SECTIO NONA

de foro Fiſci.

698 NOna concluſio Fiſcus gaudet foro privilegiato, ut ſive actor agat adverſus privatum, ſive reus à quocunque privato conveniatur, cauſas Fiſcales trahat ad proprios Judices Fiſcales, & à nemine quantumvis privilegiato trahatur ad extraneos. Probat de jure communi textus *in l.* 2. *C. ſi adverſus Fiſcum, l,* 2. *l. ad Fiſcum* 5. *& per tot. C. ubi cauſæ Fiſcales*, ubi Doctores, *l. cum eorum* 5. ubi tradit Baldus *n.* 7. *C. de ſent. & interloq. omn. judic. l. ſi minori* 3. ubi Jacob. Rebuffus *n.* 1. *C. de jure fiſci, lib.* 10 *l.* 1. *C. de fide inſtrum. & jur. haſtat. Fiſcal. eod. lib.* notant etiam communiter Doctores *in l. ſi conſtante* 24. *§. fin. ff. ſolunt. matrim.* ut retuli *ſup. q.* 5. *n.* 314. idem Baldus *in l.* 1. *n.* 19. *C. de hæret. vel act. vend.* Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi in te, ultim. n.* 4. *verſ.* 11. Salicetus ibi *n.* 1. *C. de privileg. Fiſc.* Meneſius Padill. *in l. ſi manifeſtè* 7. *n.* 4. *C. de ſervit. & aqu.* Matt. Landenſ. *de fiſco, q.* 222. Franchis Lucan. *tract. de Fiſc.* 1. *part. n.* 24. Barth. Socin. *regul.* 15. *fallent.* 3. *aliàs litt. A. regul.* 10. Gail. *obſerv. pract. lib.* 1. *obſerv.* 20. *n.* 1. *&* 2. Boſsius *tract. var. tit. de Fiſc. & privil. ejus, n.* 43. Chaſſaneus *in Catalog. gloriæ mundi,* 7. *part. conſider.* 15. Didac. Perez *in l.* 6. *tit.* 4. *lib.* 2. *ordinamenti, gloſſ.* 2. Claperius *in centur. cauſar. cauſ.* 53. Lancelot, Conradus *in Templo omn. judic. lib.* 1. *c.* 8. Farinacius *in fragment. criminal. litt. F. ex n.* 180. Peregrinus *de jure Fiſci, lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 1. 2. *&* 3. Alfaro *de officio Fiſcalis, gloſſ.* 16. *ex n.* 21. *gloſſ.* 18. *n.* 7. *&* 8. *& gloſſ.* 34. *n.* 208. *&* 209. *cum ſeqq.* quo jure attento erat Judex proprius Fiſci Procurator Cæſaris, ut conſtat ex legibus allegatis, & traditis à prædictis Doctoribus.

699 De jure Regni Caſtellæ cauſæ fiſcales tractantur in Conſilio Regii patrimonii, quod inſtitutum eſt à felicis memoriæ Rege noſtro Philippo II. antiquis computatoribus majoribus, de quibus *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recop.* agitur, abolitis & ad illud conſilium reductis; de cujus juriſdictione, & officio factæ ſunt novæ leges, & conſtitutiones. Et quemadmodum Regium patrimonium Hiſpaniarum noviſsimis temporibus ſupra modum auctum, amplificatumque eſt, ultra divitias cujuſvis alerius Regis ex nobis notis, ita ejus conſilii ampliſsima eſt juriſdictio, ut conſtat *ex l.* 4. *dict. tit.* 1. *& l.* 1. *&* 2. *tit.* 2. *lib.* 9. *Recopilation.* continet autem in ſe tria diverſa ſuprema tribunalia. Primum eſt in quo reſident Præſes conſilii cum Rationalibus, ſeu computatoribus majoribus rei dominicæ, qui adminiſtrationi Regii patrimonii incumbunt, ad quos pertinet locatio Regiorum reddituum, exactio omnium debitorum fiſcalium, & patrimonialium, ſolutio omnium regiarum obligationum, expenſæ regiæ, tàm publicæ, quàm privatæ, & totius regii patrimonii gubernatio, diſpoſitio, & diſtributio. Secundum eſt, in quo reſident quatuor, vel quinque Auditores togati, quos vocant Computorum, æquales per omnia Auditoribus cæteris Cancellarium, ut ſtatuitur *in l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recopilat.* qui habent privativam juriſdictionem inter fiſcum, & privatos, aut inter privatos de cauſis à juribus fiſcalibus ortis, tàm civiliter, quàm criminaliter, *l.* 1. *cap.* 3. 4. 5. *& ſeqq. juncta l.* 2. *cap.* 25. *&* 26. *&* 27. *tit.* 2. *lib.* 9. *Recopilat.* quibus tribunalibus aſsiſtit unus ex fiſcalibus regii ſupremi Conſilii, ut ſtatuitur *in l.* 7. *tit.* 1. *lib.* 9. *Recopil.* Cenſendum autem eſt, quoad cauſas ad ejus juriſdictionem pertinentes, tàm primum, quàm ſecundum tribunal, habere ordinariam juriſdictionem, ut ſtatuitur *in d. l.* 1. *cap.* 3. *tit.* 2. *lib.* 9. *Recopilat.* Tertium tribunal eſt, in quo reſident Computatores majores rationum, ſeu Rationales majores computorum, de quorum officio agitur *tit.* 5. *dict. lib.* 9. *Recopilat.* qui præſunt omnibus computis, & ratiociniis eorum, qui quocumque modo adminiſtrarunt regium patrimonium, aut ejus redditus exegerunt, aut apud quos fuit aliquid pertinens ad ipſum. His ſubeſt numeroſus grex Rationalium minorum, Reſultarum vocant, & aliorum, quos vocant, *Entretenidos*, omnes

nes pennati homines, inter quos esse solebat pernicioſiſsimum, quodam genus ſciolorum, qui ignorantiſsimi cùm eſſent, & ex omni parte cæci, ſe tamen exiſtimabant oculatiſsimos, ad quos cùm ſolùm pertineat calculatio Arithmetica, nempè didas calorum officium, tamen conniventibus ſuperioribus, neſcio quàm bona conſcientia, excomputationem ita ſibi ex toto uſurparunt, ut procedant ad dijudicandum, quid ſit bene, vel male expenſum, quid ſit, vel non ſit accepto ferendum, & in quam rationem, quaſi cæco diſcernendorum colorum munus deferretur. Iſtis committitur excomputatio variarum rationum Regii patrimonii, & membrorum ejus, qui ne videantur cibum gratis accipere, & telluris inutile pondus, quod ſunt, tùm ut ſe reddant majoribus ejus generis officiis digniores, omnes rationes implent difficultatibus, & ambiguitatibus, quas non habent, & inextricabiles reddunt, ut nunquam finiantur, ſed in æternum protrahantur ad hæredes computantium, & computatorum, ne deſit officium vitæ, ſed vita potius officio, ut ſolent interdum ob eandem rationem milites bella protrahere, & advocati lites. Quod malum noſtris temporibus zelo, & diligentia excellentiſsimi Domini D. Gaſparis de Guzman Comitis Olivarenſium, & beneficio Philippi IV. Domini noſtri Hiſpaniarum Regis ex parte levatum eſt, facta multorum iſtorum impedientium rationes, & eas obſcurantium reformatione, cum multa bonorum gratulatione, officialiumque utilium, & rectorum commodo, & gratia; niſi quòd timeri poteſt (tanta eſt iſtorum ſe Principibus inſinuantium improbatis) ne ex quolibet uno reformato reſurgant, ut Hydræ capita, alii ſeptem fortaſsis etiam nequiores, ut mali ſpiritus apud Matth. *cap.* 12.

700 Jure autem Neapolitano cauſæ Fiſcales pertinent ad juriſdictionem Magni Camerarii, & Rationales ipſi ſubordinatos, *ut in conſtit. officiorum, & conſtit. Magiſtris de offic. Magiſtri Camerarii.* Jure noviſsimo ad Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, & Locum tenentem ejus, & Præſidentes, tùm juriſtas, tùm idiotas, qui ſubrogati ſunt in locum Magni Camerarii, quibus ſubſunt rationales, rationibus Regii patrimonii excomputandis præpoſiti, ut conſtat ex jure noviſsimo pragmaticarum, *toto titulo de offic. Procurat. Cæſar.* præſertim *ex prag.* 13. *&* 14. *& ex prag.* 62. *&* 63. annis 1584. & 1585. factis à Duce Oſſunenſi, in quo Tribunali deciduntur lites tangentes intereſſe Fiſci, cum aſsiſtentia Advocati Fiſcalis Regii. Et quoties in lite vertente in Sacr. Reg. Conſil. dubitatur incidenter an res ſit feudalis, vel non ſit, articulus incidens remittitur à Sacr. Reg. Conſil. ad Reg. Camer. Summ. tanquam ad Judicem competentem, ob intereſſe certum Fiſci propter ſucceſsionem, & devolutionem ob lineam finitam, ſolutionem ad ho, & relevii, juxta *dict. prag.* 13. *§. item cum de jure, & prag.* 14. *verſ. Eperche nelle inveſtiture, & prag.* 63. *cap.* 3. ad quam eo caſu ſolùm pertinet, articulum incidentem decidere, videlicèt, an res ſit, vel non ſit feudalis, & ſtatim proceſſum remittere ad Sacr. Conſil. *ubi cauſa integrè definitur, & litigantibus* juſtitia adminiſtratur; (ad ſimilitudinem caſus *cap. tuam, de ordin. cognit.*) notat Rovitus *in prag.* 38. *§. & ſimiliter de diffinitivis ſententiis, n.* 2. *de offic. Procurat. Cæſar.* Galluppus *in praxi Sacri Regii Conſilii Neapolitani*, 2. *part. cap.* 6. *n.* 75. (Joan. Vincent. de Anna *Allegatione* 121. Tapia Juris Neapolitani, *lib.* 2. *Rub.* 6. *ad prag.* 12. *n.* 5. *& ad prag.* 37. *n.* 1. *de offic. proc. Cæſar. & deciſ. Sacr. Conſil.* 18. Franchis *deciſ.* 512. *n.* 5. & pro hac praxi facit textus ſingularis *in l. apud Julianum* 35. *ff. de jur. Fiſci.*) Et me referente ſic factum eſt in cauſa Joſephi de Linares, cum Franciſco, & Pyrrho Scaglionibus, Actuario Carbone. In qua cùm remiſſus eſſet ad Cameram decidendus articulus incidens, an territorium quoddam appellatum de Marata eſſet, vel non eſſet feudale, Regia Camera non deciderat articulum remiſſum à à Sacr. Conſil. expreſsè, ſed proceſſerat ad diffinitivam totius litis, incidenti non deciſo, adjudicans per eam dictum territorium prædicto Joſepho, quod poſsidebant illi de Scaglione virtute exequutionis ſen-

ten-

tentiæ Sacr. Consil. cùmque comdemnati allegarent in Sacr. Consil. prædictæ sententiæ nullitatem, habita sententia pro nulla decretum est, processum iterum esse remittendum ad Regiam Cameram quæ decideret expresè dumtaxat articulum incidentem remissum, quo decisо iterum processus ad Sacr. Consil. deferretur ad causam principalem decidendam. De hujus Tribunalis initio, progressu, jurisdictione, & officio, agunt Marinus Freccia *de subfeudis, lib. 1. tit. de offic. magni Camerarii*, Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illustrata, lib. 1. cap. 26. ex n. 23.* Scipio Rovitus collega noster *in rubric. & prag. prædicti tit. de offic. Procurat. Cæsar.* & uno verbo notavit Marcellus Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. n. 52.* Novarius *in praxi, sect. 2. q. 15. n. 2.* Galluppus *in praxi, p. 2. d. 6. n. 75.* Regens Tapia *lib. 2. juris Neapol. c. rub. 6. de offic. Procur. Cæsar. per tot.* præsertim *n. 12. & 13.*

701 Amplia primò, ut causæ Fiscales sint censendæ, quæ quocunque modo pertinent ad Principis patrimonium. Habet autem quicumque Princeps superiorem non recognoscens duplex patrimonium. Alterum est Fiscale, & pubilcum, quod pertinet ad ipsum Principatum, Imperium scilicèt, vel Regnum, vel aliud Statum: alterum privatum, quod pertinet ad Principem, ut est privata quædam persona: quod probant *Rubr. titulor. C. de offic. Comit. Sacr. largition. de offic. Comitis rerum privat. de offic. Comitis Sacri patrimon. de fundis patrimonial. lib. 11.* ad quas notavit Cujacius, docuitque Cynus *in rubr. n. 1. ff. de offic. Procurat. Cæsar.* Bal. *in leg. 1. n. 14. C. de hæredit. vel act. vendit.* Lucas de Pen. *in l. quicumque 7. n. 2. cum seqq. C. de omnia agro desert. lib. 11.* Joan. de Plat. *in rubr. C. de fund. patrimonial. eod. lib. 11.* Cassanæus *in Catalogo glor. mund. 6. part. consider. 17.* Petrus Gregor. *in sintagmate juris universi, lib. 3. cap. 2. n. 8. & seqq.* Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 17. part. 2. gloss. 4. & in leg. 10. tit. 19. part. 6. gloss. 2.* qui licèt distinguat triplex patrimonium, illud triplex reducitur ad istud duplex, Joan. Garcia *de nobilit. gloss. 3. §. 1. ex n. 19.* Peregrin. *de jure Fisci, lib. 1. tit. 1. n. 6.* Alfaro *de offic. Fiscalis gloss. 20. in initio, n. 5. & gloss. 34. §. 1. n. 7.* Petra *de potestate Principis, cap. 15. n. 36.* Franc. Marcus *decis. 338. 1. part.* Riccius *collect. 1161.* Quorum patrimoniorum administratio, & controversiarum de eis ortarum cognitio, & difinitio pertinuit ab initio ad diversos Magistratus, quorum officium succedente tempore passum est diversas mutationes. Adnotavit ubi supra Cujacius, & Duarenus *ad tit. de offic. Procurator. Cæsaris*, Oroscius *in rubr. ex n. 4. de offic. Procurat. Cæsar.* & nos inferius tangemus *disput. 7. n. 38.* & desumitur ex Casiodoro *lib. 6. variarum capit. seu epist. 6. 7. & 8.* meminit Calvinus *tractation. de Magistratibus Romanis ad finem lexici, verb. Prætor Fiscalis: & verb. Procurator Cæsaris, & verb. Quæstores ærarii*, Alciat. *lib. de Magistratibus civilibus, & militaribus offic. n. 17.* Nam patrimonium publicum, & Fiscale administrabant primùm Quæstores ærarii aut Rationales, seu Prætor Fiscalis, post Imperatorum tempore, Procurator Fisci, aut Procurator Cæsaris, qui inter Fiscum, & privatos jus dicebat, *l. 1. & seqq. C. ubi causæ Fiscales, l. 2. & 3. C. si adversus Fiscum, l. si manifestè 7.* ubi notat Menesius *n. 4. C. de servit. & aqua*, Cynus *in d. rubric. n. 1. ff. de offic. Procurat. Cæsar.* Duarenus *ubi supra, & ad tit. de judiciis, sub §. de foro competent. pag. 2.* Chassanæus *in consuetudine Burgundiæ rub. 2. de confiscation. ex n. 2. & in Catalogo gloriæ mundi, 7. part. consider. 15.* Affictis *in constitut. lib. 1. rubr. 58. de offic. Magistri Camerarii*, Caravita *ritu 17. ex n. 5.* Regens Carolus Tapia *lib. 2. Juris Neapolitan. rubr. 6. ex n. 1.* Fenestella *de Magistratibus Romanorum, cap. 26.* & Pompon. Letus *de Magistratibus Romanorum, cap. de Procurat. Cæsaris*, Cujacius *observat. lib. 19. cap. 13.* & ferè omnes alii à nobis relati *supra n. 698.* Patrimonium autem privatum administrabatur à Comite rerum privatarum, & comite Sacri patrimonii. Hodie igitur omnia ad Fiscales Judices pertinent indistinctè, sive de patrimonio pùblico, & Fiscali Principis, sive de privato agatur: nam omnes causæ, quæ quomodolibet tangunt patrimonium utrumque, Fiscales sunt,

&

& in eis practicatur practica nova conclusio, ut in specie notavit Alfarus *de official. gloss. 9. n. 3. & 4. & gloss. 20. n. 5. & 6.* Dicuntur autem causæ Fiscales ad effectũ gaudendi hujus fori privilegio, non cùm quæritur de crimine, sed de bonis Fisco applicandis, vel ex causa criminis commissi sententia lata jam super crimine, & in judicatum transacta, vel alia quavis ratione: nam de crimine ad pœnam irrogandam Præses cognoscit, *l. 1. & 2. C. ubi causæ Fiscal. l. 2. C. si adversus Fiscum, l. non valet 4. C. ad l. Flaviam de plagiar.* adnotavit ex professo, & optimè Jaso *cons. 100. vol. 1.* & Peregrinus *de jure Fisci, lib. 7. d. tit. 1. n. 2.* Cujacius *observat. lib. 19. cap. 13.*

702 Amplia secundò, ut Fiscus non possit prorogare jurisdictionem Judicum extraneorum, neque consentire, ut causas ipsum tangentes definiant. Ita sentit Bald. *in l. cùm eorum 5. n. 7. C. de sentent. & interloquut. omn. judic.* Peregrinus *de jure Fisci, lib. 7. d. tit. 1. n. 6.* Farinac. *in fragmen. crimin. litter. F. n. 181. in fin.* Novarius *in praxi sect. 2. q. 15. n. 3.* quod ex eo provenit, quod habet Judices speciales cum jurisdictione abdicativa, seu privativa, ut dicebamus *supra n. 649. & 676.* (Et probat apertè in Regno Neapolitano *pragmat. 37. de offic. Sacri Consil.* Notatque Rovitus *in prag. 63. n. 4. de offic. Procur. Cæsar.*)

703 Amplia tertiò, ut non solùm cùm Fiscus est actor, & reus, sed etiam cùm vertitur ejus interesse certum, & liti assistit tanquam Author laudatus, vel aliàs, causam vertentem inter quoscumque, etiam cœptam, & ejus processum trahat ad suos Judices, & abocet ab ordinariis Judicibus sæcularibus. Probat hanc ampliationem textus *in l. si minori 3.* ubi Joan. de Platea *n. 4.* Jacob. Rebuff. *n. 1. in fine, C. de jure Fisci, lib. 10.* Socin. *consil. 46. n. 1. vol. 4.* Paulus de Castro *in l. venditor 49. num. 3.* Cagnolus *n. 16.* & plures relati à Barbosa ibi, *n. 140.* quam videtur approbasse *num. 149. ff. de judiciis,* Duarenus *ad tit. de judiciis, §. de foro compet. in fin.* Capycius *decis. 197. n. 4. & 5.* Cavalcan. *decis. 8. lib. 1.* inclinat Franch. *decis. 117. n. 2.* sentit Everardus *in locis legalibus, loco 61. à Fisco ad Eccles. n. 3. & 10.* Ancharr. *in capit. ea quæ 26. n. 2. quæst. 17. vers. Item pro hoc, de regul. jur. in sexto,* Decius *consil. 700. n. 8.* Peregrin. *de jure Fisci, lib. 7. dict. tit. 1. n. 9.* Farinac. *in fragmen. criminal. litter. F. n. 183.* Joan. Vincen. de Anna *allegat. 121. lib. 2.* Cancer *variar. resolut. part. 2. cap. 16. n. 44.* Alfaro *de offic. Fiscal. gloss. 16. n. 23.* & non dissentit Covarr. *in practicar. cap. 8. n. 3.* tametsi censeatur contrarius, non enim firmat contrariam sententiam, sed resolvit regulariter servari contrarium, & in Fisco hoc procedere ex speciali privilegio, relato in eandem rem Socino, & Burgensi. Et quidquid sit attento jure communi, de quo diximus *superius sect. præc. n. 670. & 671.* in Regno Neapolitano, ampliatio ista est expressè stabilita *in dicta pragmat. 62. cap. 7.* ubi notat Rovitus *n. 1. de offic. Procurator. Cæsar.* Et in Regno Castellæ est praxi receptum, ut omnes lites, in quibus intervenire debet Fiscalis Regii patrimonii, remittantur ad Regii patrimonii Judices, & ab eis advocentur à cæteris quibusque Tribunalibus; & memini sæpissimè dum essem delegatus in Curia Regia Consilii Regii patrimonii in causis decoctorum Fisci debitorum, & aliis ejuscemodi, quoties interesse quodcumque Fisci vertebatur, expedisse me mandata inhibitoria quibuscumque tabellionibus, & hortatorias directas ad quosvis Judices, à quibus petebam, ut causas ad me remitterent, qui semper obsequebantur, & si quandoque contentio orta sit, delatare ad supremos Judices competentiarum, semper obtinui, ut causæ ad me remitterentur, & cùm ex Regia delatione commissa fuisset mihi anno 1611. & duobus sequentibus, venditio bonorum confiscatorum Villæ vocatæ *Hornachos*, quæ quondam fuerant Moriscorum ab ea expulsorum, vendidi totum Villæ territorium, cùm omnibus ferè prædiis, tàm justicis, quàm urbanis, & in omnibus venditionum instrumentis obligabam Regium patrimonium ob evictionem cujuslibet prædii venditi, cum expressa clausula, quod quoties immineret, aut timeretur evictio, Fiscalis Regii patrimo-

monii causam esset susceptus, & expensis Fisci apud Fiscales Judices defensurus, donec possessor securus maneret, & omni controversia liberatus. Tametsi verò Thesaurus *decis.* 213. contrarium asserat decisum, loquitur attentis legibus, & consuetudine Pedemontium, ubi prius nullum erat speciale Tribunal causarum Fiscalium, post tamen testatur esse erectum, statutamque illi certam formam procedendi, & judicandi.

704 Subamplia prædictam tertiam ampliationem de jure ejusdem Regni Neapolitani, ut non solùm cùm Fiscus assistit causæ ob interesse præteritum, vel præsens, sed etiam cùm assistit ob interesse futurum, & quod ipsi possit advenire precisè, & infallibiliter, possit causam trahere ad suos Judices, & ad eos sit remittenda, ut statuitur *in dicta pragmat.* 13. §. *item cùm de jure, & in pragmat.* 14. *& in pramat.* 63. *cap.* 3. *de offic. Procur. Cæsar.* Quod etiam ex eadem ratione crederem servandum juxta jus commune.

705 Limita tamen subampliationem ex usu ejusdem Regni Neapolitani, ut cùm Fiscus in causa non habet interesse formatum præcisum, de quo clarè & in prompto constet, sed dubitatur, utrum ex lite inter partes possit oriri aliquod commodum, vel damnum Fisci futurum, tunc causa non sit remittenda ad Judices Fiscales, seu Regiam Cameram; sed manere debet apud Sacrum Consilium, *juxta dict. pragmat.* 62. *cap.* 10. *&* 13. *de offic. Procurat. Cæsar.* data tamen facultate Advocato Regii patrimonii assistenti causæ in eodem Sacro Consilio, ut docet Franchis *decis.* 117. & decisum ab eodem Sacro Consilio in causa Monasterii Sanctorum Petri, & Sebastiani, cum Marchione Laini, Actuario Sarro, se patrocinante, & confirmatum in Collaterali, testatur Rovitus *in pragmat.* 13. *n.* 2. *de offic. Procurat. Cæsar.* similiterque decisum in Collaterali Consilio, in quadam causa inter hæredes Victoriæ Pudericæ, cum Dominico Spinola, & Regio Fisco illius creditore, referente nunc Regente meritissimo Didaco Lopez Suarez die 22. Jannuarii anni 1605. refert idem Scipio Rovitus *in pragmat.* 63. *n.* 2. *de offic. Procurat. Cæsar.* & ex ipso Novar. *in dicta sua praxi, sect.* 2. *quæst.* 15. *n.* 3. *& ad pragmat. Regn. Neap. collectan.* 165. *n.* 2. *& collectan.* 167. *n.* 1. Idemque ex eadem æquitate, & ne daretur occasio fraudandi, & remittendi plurimas causas ad Judices Fiscales, censerem ubique servandum, juxta *l.* 2. 3. *&* 4. *C. ne Fiscus, vel Respublica*, & tradita à Peregrino *de jure Fisci lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 43. *& seqq. usque ad* 47. Quæ praxis confirmatur ex textu *in l. defensionis facultas* 7. juncta Glos. ibi, *verbo, Cognitio, C. de jure Fisci, lib.* 10. & doctrina (Bald. &) Angeli per textum ibi, *in Authen. nunc si hæres, C. de litigiosis*, ubi doces posse liti assistere eum, cujus interest ne inter litigantes colludatur.

706 Amplia quartò, ut Fiscus trahat ad suos Judices causas eorum, contra quos ex suo privilegio, vel alia ratione potest dirigere actiones suas, veluti cùm agit adversus debitores debitorum suorum, *l. si debitum, l. non prius*, in quibus tamen limitatur etiam hæc ampliatio, *C. quando Fiscus, vel privatus, l.* 1. *C. de condition. ex lege, l. quoniam Augerio* 3. *C. de conveniendis Fisci debitor. lib.* 10. Peregrinus *de jure Fisci, lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 28. *& lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 10. Farinac. *in fragment. criminal. litter. F. n.* 184. rejecto sententia Glossæ *in l.* 2. *C. de primipilo, lib.* 12.

707 Amplia quintò, ut Judices Fiscales etiam inter privatos cognoscant, cùm privatus convenit privatum ex causa, quæ à Fisco dependet, *l. cum vendente, C. ubi cauf. Fiscal. l. si minori, C. de jure Fisci, lib.* 10. *l. in fraudem* 45. §. *qui pro alio, ff. de jure Fisci*, Bart. *in l. cum eorum* 5. *n.* 1. Angel. *n.* 2. Salic. *n.* 3. Paul. *n.* 3. Fulgos. *n.* 1. Mathesil. *n.* 9. *C. de sentent. & interloquut. omn. judic.* & communiter Doctores *in d. l. cum vendente*, Cappycus *decis.* 197. *n.* 2. *cum seqq.* Roderic. Suarez *in l.* 2. *tit. de los emplaçamientos*, §. *sed pone quæstionem, n.* 23. Martin. Laudens. *de Fisco, quæst.* 222. Francis. Lucan. *de Fisc.* 1. *part. n.* 24. Bossius *tit. de Fisco, & privileg. ejus, n.* 43. Farinac. *in fragm. crim. litter. F. n.* 183. *in fin.*

Ca-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cavalcan. *decis.* 8. *n.* 8. & 18. *lib.* 1. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 3. Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss.* 16. *privileg.* 1. *n.* 26. & *gloss.* 34. §. 1. *n.* 69. Barbosa *in l. venditor* 49. *ex n.* 184. *ff. de judic.* qui alios allegat, Patianus *de probationibus, lib.* 1. *cap.* 26. *ex n.* 45. *cum seqq.* & statuitur *in leg.* 2. *cap.* 26. & 27. *titul.* 2. *lib.* 9. *Re opil.* Cujus ampliationis eam rationem reddunt Patianus, & Barbosa *ubi supra*, quod connexorum idem sit judicium, & competens Judex in una causa principali est competens in connexis, & dependentibus ab ea, ut nos advertimus *supra n.* 176. & 204. & probat textus *in l. si quis ex argentariis,* §. *rationem,* ubi notat Baldus *ff. de edendo,* & textus *in Clement. dispendiosam, de judic.* Afflictis *decis.* 285. *ex n.* 20. Socin. *cons.* 244. *n.* 4. *vol.* 2. Paulus Castrensis *in d. l. venditor, n.* 4. Cagnolus *n.* 22. *ff. de judiciis.* Verum est, ideò hanc rationem satis firmam non esse, quoniam omnes Doctores præsupponunt hoc esse Fisci peculiare privilegium, quo secluso, aliud foret dicendum, tamen hæc ratio fortasse fuit, cur Fisco hoc privilegium fuerit concessum.

708 Amplia sextò, (quæ ampliatio ex superioribus colligitur) ut habens causam à Fisco conveniat, & conveniantur apud Judices Fiscales, veluti emptor, qui à Fisco emit, & eum ob evictionem obligavit fidejussor, qui Fisco solvit, & ex consequenti cessionem ab eo contra principalem debitorem obtinuit, vel sine cessione actiones Fiscales consequutus est, & universim omnis Fisci cessionarius ex necessitate, in quem etiam transit forum Fisci privilegiatum. Ita sentiunt Bald. *in d. l. cum eorum* 5. *num.* 7. Matheslan. *num.* 8. *C. de sentent. & interloquut. omn. judic.* idem Bald. Salyc. Paulus, & Fulgos. *in d. l. cum vendente, C. ubi causæ Fiscales,* Cavalcan. *decis.* 8. *ex n.* 2. Socin. *cons.* 46. *n.* 1. *vol.* 4. Martinus Laudensis *de Fisco, quæst.* 192. & *quæst.* 223. Franciscus Lucanus *de Fisco,* 1. *part. n.* 31. Tiraquell. *de retract. linag.* §. 26. *gloss.* 3. *n.* 28. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 56. *n.* 12. & 13. & *cap.* 154. *ex n.* 21. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 4. *n.* 41. & *lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 4. & 5. & 8. & *tit.* 3. *n.* 34. Farinac. *in fragment. crimin. litte. F. n.* 182. & 186. Alfaro *de offic. Fiscal. gloss.* 16. *privileg.* 36. *n.* 147. & 148. & *gloss.* 18. *n.* 8. & *gloss.* 34. *n.* 69. Scipio Rovitus *in pragmat.* 63. *n.* 3. & 5. *de offic. Procurat. Cæsar.* Barbosa *in l. post dotem* 41. *n.* 58. & 59. *ff. solut. matrimon.* & *in d. l. venditor* 49. *n.* 183. *ff. de judic.* Novarius *in praxi, sect.* 2. *quæst.* 15. *n.* 4. & 5. Probatur ex textu *in leg. ultima, C. de privileg. Fisci,* vbi Bart. & Doctores, & ex textu *in d. l. cum vendente, C. ubi causæ Fiscales, & in l. si minori* 3. *C. de jure Fisci, lib.* 10. *& in l. ultima, C. si adversus Fiscum,* ubi notat Paulus Castrensis *n.* 4. & ex textu *in l. in fraudem* 45. §. *qui pro alio, ff. de jure Fisci.*

709 Limita primò prædictam sextam ampliationem, ut procedat cùm cessio fit à Fisco ex causa necessaria; tunc enim cessionarius consequitur privilegium fori, secus si cessio fieret ex causa voluntaria. Ita docuit Bald. *in dict. l. cùm eorum* 5. *d. n.* 7. Salycet. *n.* 4. *C. de sentent. & interloquut. omn. judic.* Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 8. Villar *in sylva responsorum, responso* 16. *cap.* 3. *n.* 40. Ratio esse potest, quia non debet esse in voluntate libera Ministrorum Fiscalium communicare, cui voluerint, forum Fisci, & avocare causas à Judicibus ordinariis, *juxta l.* 2. *cum sequentibus, & totum titulum, C. ne Fiscus, vel Respublica;* quare cùm cedunt voluntariè & necessitate secluſa non transit forum Fisci in cessionarium.

710 Limita secundò, ut emptor, & cessionarius Fisci, & universim ab eo causam habentes, participent forum Fisci privilegiatum ex voluntate, non ex necessitate; ideſt, ut possint quidem volentes declinare ordinariam jurisdictionem, & petere se remitti ad Judices Fiscales; verùm si velit, possint etiam agere, aut pati, conveniri se coram ordinariis; ut probat text. *in d. l. cum vendente* 4. ibi: *Si ejus audientiam elegeris,* notat Socinus *cons.* 46. *num.* 1. *vol.* 4. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *d. tit.* 1. *n.* 4. Farinac. *in fragm. crimin. litter. F. n.* 182. *in fine.*

711 Amplia septimò, ut ratione Fisci, quædam etiam personæ participent forum privilegiatum ejusdem, veluti officiales Fisci, & in Reg. Neapol. officiales Regiæ Cameræ Summariæ. Probat textus *in l. nullum, & in l. cum aliquid, C. ubi causæ Fiscales*, cum quibus convenit de jure Neapolitano *cap.* 54. ex capitulis Regis Catholici expeditis Segoviæ ann. 1505. *fol.* 46. & ex expeditis Neapoli anno 1507. ab eodem Rege Catholico *cap.* 11. *fol.* 63. tametsi ibi denegetur illis privilegium trahendi reos cum adversus ipsos judicio contendunt ad forum Fiscale, cujus meminit Franchis *decis.* 407. *n.* 5. Adversus quod privilegium officialium non potuit civitas per suas supplicationes obtinere, ut notavi *supra n.* 590. Hoc autem tantisper videtur immutatum *per pragmat.* 14. *de offic. Procurat. Cæsar.* Officialibus autem Regiæ Cameræ competere Fisci privilegium in Regno, docuit Affictis *in constitut. Castellanorum, n.* 1. *de offic. Castellanor.* & Regens Carolus Tapia *lib.* 2. *Jur. Neapol. rubr.* 6. *n.* 11. *de offic. Procur. Cæsar.* (Rovit. *decis.* 74.) & vidi in Sacr. Consil. me interveniente causam officialis cujusdam Regiæ Camerę remissam esse ad ipsam Regiam Cameram, ex ordine facto ab Excellentissimo Prorege. Item Coloni, & conductores Fiscales conveniuntur apud Fiscales Judices, *l. si quis* 6. *l. dominicis* 7. *d. l. cum aliquid* 8. *l. ultim. C. ubi causæ Fiscales, & istis locis* notant DD. Peregrinus *de jure Fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 13.

712 Amplia octavò, ut Fiscus succedens in bonis non teneatur stare instantiæ cœptæ coram judicibus extraneis, sed de novo litem instauret coram suis. Tradunt Doctores per textum ibi *in l. si constante* 25. *§. fin. ff. solut. matrim.* quos retuli *supra q.* 5. *n.* 314. Bald. *in l.* 1. *n.* 19. *C. de hæredit. vel action. vend.* Angel. *in leg. cùm quædam puella* 19. *in princip. n.* 3. *vers. Ultimò conclude, ff. de jurisdict. omn. judic.* Salycet. *in l.* 1. *n.* 2. *C. si pendente appellat. mors intervener. & in l. si in te.* 7. *n.* 14. Paulus ibi, *n.* 4. *vers. Duodecimò, C. de privileg. Fisci*, Bossius *tit. de Fisco, & privil. ejus, n.* 44. Peregrin. *de jure Fisci, l.* 7. *tit.* 1. *n.* 11. Martin. Laudensis *tract. de Fisco, q.* 91. Franc. Lucanus *de Fisco, 1. part. num.* 40. & 70. (Menchaca *de succession. resolutione, lib.* 2. §. 18. *n.* 7.) Alfaro *de offic. Fiscalis, gloss.* 16. *n.* 21. 23. & 24. Zevallos *in specul. pract. q.* 37. Rationem hujus ampliationis reddidimus *d. quæst.* 5. *n.* 316. & *seqq.*

713 Limita primò hanc ampliationem, ut non procedat in Fisco hærede instituto: nam in eum transit instantia cœpta contra defunctum, ut latius deduximus dicto *n.* 36. Tradit Joan. de Platea *in l. scire debet* 1. *ante n.* 1. *C. de bon. vacantibus, lib.* 10. Surdus *consil.* 222. *num.* 18. *lib.* 2. qui multos refert, Sccacia *de appellat. quæst.* 7. *n.* 133. & indicavit Bossius *tit. de Fisco, n.* 46. ubi testatur de practica, & ad eum locum Quintilianus Mandosius, Peregrinus *de jure Fisci, lib.* 7. *dict. tit.* 1. *n.* 11. Novarius *in praxi electionis fori, sect.* 2. *quæst.* 15. *ex n.* 6. transcribens verba Peregrin. tametsi Bossius, Peregrinus, & Novarius, tandem ab hac limitatione recedant, licèt immeritò, ut constat ex traditis à me *dict. n.* 316. *cum seqq.*

714 Limita secundò prædictam octavam ampliationem, ut procedat cùm Fiscus succedit privato durante prima instantia: nam si succedat post latam sententiam, tunc instantiam appellationis prosequi debent coram eodem Judice. Ita sentit Salycet. *in l.* 1. *n.* 2. *C. si pendent. appellat. mors intervenerit*, quem sequuntur, Franciscus Lucanus *de Fisco* 1. *part. num.* 70. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *dict. tit.* 1. *n.* 12. & Novarius *d. quæst.* 15. *n.* 7. Rationem disparitatis redit Salycet. quoniam perempta instantia in causa ante latam sententiam, potest denuò instaurari: si verò instantia pereat post latam sententiam in causa appellationis, perit causa, & jus partis, & amplius de ea tractari non potest. Ergò ne Fiscus hoc damnum incurrat tenebitur litem prosequi coram primo Judice. Certè si discrimen illud ex quo colligit limitationem Salycet. verum esset, non esset de illa dubitandum, & Salyceti doctrinam refert, & approbare videtur Franchis *decis.* 473. *n.* 2. sed non probat ille verum esse discrimen,

men, & in causa civili non video cur perempta instantia in gradu appellationis perimatur causa, cur quem hoc magis in secunda instantia contingat, quam in prima: Nisi dicamus sententiam latam confirmari, & emologari perempta instantia appellationis, quod videtur probare *l.* 24. *tit.* 23. *p.* 3. ob transcursum fatalium, quæ tamen in Fisco, qui restitutionis beneficio gaudet, locum non haberent, & quo argumento hoc in isto casu probetur non video, ac per consequens valdè dubito, imo eam falsam existimo. Nam quod Salycetus addit, nullam se legem reperire, quæ Procuratorem Cæsaris faciat Judicem competentem in gradu appellationis, leve fundamentum est, cùm eædem rationes, & leges, quæ probant Procuratorem Cæsaris esse Judicem competentem in prima instantia, convincant etiam esse Judicem in gradu appellationis, vel saltèm, quod eodem recidit, Fiscum in gradu appellationis habiturum quoque proprios Judices, quod planè comprobat usus hodiernus Tribunalium in omnibus Christiani, seu politici orbis Provinciis.

(☞ Dele totum hunc numerum, & loco eorum, quæ delenda sunt repone, quæ sequuntur.)

714 Limita secundò prædictam octavam ampliationem, ut procedat, cùm Fiscus succedit privato, durante prima instantia. Nam si succedat post latam sententiam; tunc instantiam appellationis prosequi debet coram eodem Judice. Ita sentit Salyc. *in l.* 1. *num.* 2. *C. si pendent. appellat. mors interven.* quem sequuntur Franciscus Lucanus *in tract. de Fisco*, 1. *part. n.* 70. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *d. tit.* 1. *n.* 12. & Novarius *d. quæst.* 15. *n.* 7. Rationem disparitatis reddit Salycet. (cæteri enim nihil nisi Salycetum, pro se adducunt) quoniam perempta instantia in causa ante latam sententiam potest denuò instaurari, videlicet aut per insufflationem spiritus vitæ, ac per nova acta lite denuò cœpta, & repetita. Si verò instantia pereat post latam sententiam, & in gradu appellationis, petit causa, & jus partis perimitur, & amplius de eis tractari non potest. Ergò ne Fiscus hoc damnum incurrat, tenebitur litem prosequi coram primo Judice.

§. 1. Discrimen illud inter peremptionem instantiæ coram primo Judice, & peremptionem instantiæ in gradu appellationis, ut per primam dumtaxàt pereant acta prioris judicii non jus partis, per secundam verò jus partis perimatur, ita ut amplius de causa tractari non possit, Salycet. præsupponit, non probat. Eandem tamen de illo discrimine doctrinam iterum repetit idem Salycet. reddens rationem *in leg. etiam, n.* 2. *versic. Oppono* 3. *C. si tutor, vel curat. intervenerit*, quam tradunt, & approbant Alberic. *in l. properandum* 11. *n.* 35. *C. de judiciis*, Bart. *in leg. petendæ* 6. *n.* 4. *C. de temp. in integr. restit. & in auth. item si appellat.* Socinus *cons.* 299. *num.* 3. *vol.* 2. ubi dicit, esse de mente Doctorum communiter Abbas Panorm. *in cap. venerabilis* 20. *n.* 14. *versic. Nec est eadem ratio, de judiciis*, Balb. *de præscriptionibus* 1. *part.* 6. *part. n.* 39. Maranta *in praxi. part.* 6. *tit. & quandoque appellatur, n.* 238. Franchis *decis.* 473. *n.* 2. Mastrillus *decis.* 66. *n.* 11. Scacc. *de appellationib. q.* 15. *n.* 322. & 346.

§. 2. Probatur autem ex mente omnium, quia in causa appellationis instantia petit ob transcursum fatalium, ex quo lapsu à negligente appellatore permisso provenit, ut sententia lata emologetur, & firma remaneat, tamquam in judicatum transacta, ac per consequens amplius de causa tractari non possit; deserta enim appellatione obstabit exceptio rei judicatæ, *l. tempora, Auth. ei, qui appellat. l. cum anterioribus, §. illud etiam, C. de temp. & reparat. appell. Clem. si appellationem de appellat. l.* 24. *tit.* 23. *part.* 3. *Constit. Appellationum tempora*, ubi Afflictis *l.* 1. & 2. & *l.* 11. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* ubi Azevedus *in l.* 1. *n.* 55. *in* 2. *n.* 26. *cum sequentibus*, Avendañus *responso* 2. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 3. *ordinam. gloss.* 2. & 3. Ponte *consil.* 62. *ex n.* 1. *vol.* 2. Maranta *in praxi, part.* 6. *tit. & quandoque appellatur, ex n.* 410. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 6. *part. cap.* 1. *n.* 6. Ergo ne Fiscus hoc damnum incurrat, tenebitur litem prosequi coram primo Judice.

§. 3. Sed hæc limitatio Salyceti ex eo displicet quòd si contraria doctrinæ generali, & communi Doctorum, de qua paulò superius, *n.* 712. ab eaque discedat absque fundamento, & ratione. Illa enim, qua Salycetus nititur, nullo modo subsistit, ac per consequens corruere debet limitatio.

§. 4. Primò enim respondendum est, tunc in gradu appellationis peremptа instantia, & lapsis fatalibus perire causam, & emologari sententiam, cùm appellans, ex negligentia sua in prosequenda causa patitur labi, fatalia, & instantiam perire, nam illius negligentiæ jura imposuerunt pœnam desertionis appellationis, ut prima sententia remaneat firma, & exequutioni mandetur. Juxta textus id apertè statuentes *in dict. l. tempora, Auth. ei, qui appellat. l. cum anterioribus, C. de temp. & reparat. appellat. d. l. si appellationem.* De jure Castellæ, *d. l.* 11. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* De jure Neapolitano *in pragmat.* 1. *de instantia causæ non restituen.* Notat Ludov. Gomez *in regul. de triennali possessore, post quæst.* 28. *in casibus negligentiæ, casu* 122. *casu* 126. *& casu* 189. præsupponunt omnes Doctores superius relati. Verùm cum ex privilegio succedentis liti instantia perimitur, neque perit jus partis, neque sententia emologatur. Tunc enim nulla est negligentia, quæ puniatur, qua cessante, cessare quoque debet legis pœna, quippè cum cessante causa legis, cesset lex, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patr.* Tiraquel. *in tract. cessante causa, ex n.* 130. Cùm igitur in Fisco succedente privato, etiam in secunda instantia, nulla possit negligentia considerari, non poterit illi denegari appellationis prosequutio coram suis Judicibus; ne quod favore Fisci constitutum est, ut in suis causis proprios habeat Judices, in læsionem, & damnum ejus convertatur, quod fieri non debet, *l. quod favore*, C. *de legibus.*

§. 5. Secundum respondendum est, dato esset verum, quòd succedente Fisco in instantia appellationis, & processu ad novos Judices devoluto, ob novam instantiam ad illos deductam periret tota causa, & de illa amplius tractari non posset, illud non semper esset Fisco damnosum, sed plerumque utile. Nam si lata esset sententia in prima instantia in favorem illius, cui Fiscus succesisit, utile esset Fisco, per suam successionem in gradu appellationis, ita causam perimere, ut de ea amplius tractari non posset, & primam sententiam in prima instantia latam emologari, firmamque remanere, quæ cedit in sui beneficium. Ergò non est solidum fundamentum hujus limitationis, ut ea admitatur ob evitandum Fisci damnum, cùm plerumque illi hoc ipsum, quod damnum appellatur, utilissimum futurum esset.

§. 6. Tertiò respondendum est, quamvis verum esset hoc casu Fisco succedente causam perimi, & emologari sententiam, etiam latam contra eum, cui succesisset quasi appellatio maneret deserta ob instantiæ peremptionem, ob id tamen Fiscum nullum damnum incursurum, quippè cùm possit se beneficio restitutionis in integrum juvare, quemadmodum sentiunt Guido Papæ *decis.* 302. Boerius *decis.* 265. Bossius *divers. tract. tit. de Fisco, & privilegiis ejus, n.* 21. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 10. Regula enim de desertione appellationis ob transcursum fatalium limitanda est in iis personis, quæ possunt petere restitutionem in integrum: ut docet Maranta *in praxi, 6. part. tit. & quandoque appellatur, n.* 413. Afflict. *decis.* 175. Joseph Ludovicus *decis. Peruf.* 36. *n.* 1. Rota *diversorum, decis.* 78. 4. *part.* Serafin. *decis.* 245. *& apertè colligitur de jure Neapolitano, ex prag.* 1. *de instantia cauf. non restituen.*

§. 7. Quartùm respondendum est, in fiscalibus causis non concurrere fatalia, quemadmodum neque terminum primæ instantiæ concessum, *l.* 1. *properandum, §. censemus itaque ibi: Exceptis tantummodò causis, quæ ad jus Fiscalis pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, C. de judiciis,* Maranta *in praxi, 5. p. n.* 20. Peregrin. *de jure Fisci, lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 4. Panorm. *in cap. Venerabilis* 20. *n.* 12. *de judiciis,* Afflict. *decis.* 210. *n.* 1. *vers. Fuit dubitatum.* Trentacinq. *variar. lib.* 2. *tit. de Judiciis, resol.* 4. *n.* 23. Scaccia *de appellat. q.* 15. *art.* 11. *num.* 264.

&

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& 265. & de jure Neapolitano eſt textus in prag. 51. de offic. Magiſtri Juſtitiar. & prag. 11. §. 33. de offic. judic. Eadem enim ratio, ob quam perpetuatur quoad Fiſcum prima inſtantia viget, ut perpetuetur ſecunda, & fatalium tranſcurſus illi damnum non afferat.

§. 8. Quintò reſpondendum eſt, in Conſiſtorio Principis, & Supremis Tribunalibus non curari de traſcurſu fatalium, nam appellationis exercendæ aſſignantur tres termini, ſeu tempora. Primùm ad appellandum, quod eſt decem dierum, *Auth. de appellat. & intra, quæ tempora in princip. Auth. hodie, C. de appellat.* Maranta *in praxi, p. 6. tit. & quandoque appellatur, n. 213.* Ad interponendam autem reclamationem de jure commune datur biennium, *Auth. quæ ſupplicatio in fin. C. de precib. Imper. offerendis*: quæ quoad hoc ſervantur etiam in Regno Neapolitano, obſervat Rovitus *in pragm. 5. n. 5. de offic. S. R. C. & in l. unica, C. de ſent. præfect. prætor.* Notat Urſillus ad Afflict. *deciſ. 78. n. 2.* Et quoad iſtud nihil eſt immutatum de jure Regni Neapolitani. Solum adverto, lapſum eſſe Rovitum *in pragm. 1. de appellat. n. 1.* dum credit, cum iſtis textibus concordare, *Conſtit. Appellationum tempora*, quaſi illa ageret de tempore appellandi, cùm tamen ſolum agat de tempore præſentandi ſe cum proceſſu coram Superioribus, ut ſtatim dicemus. De jure Regni Caſtellæ noviori conſtituuntur ad appellandum quinque dies ab intimatione ſententiæ, *l. 1. titul. 18. lib. 4. Recop.* Secundum tempus ad proſequendam appellationem, & ſe præſentandum coram Superioribus cum proceſſu. Quod in hoc Regno Neapolitano eſt quinquaginta dierum, *juxta Conſt. Appellationum tempora*, & notata à Maranta *ubi ſupr. n. 221.* De jure Caſtellæ eſt quadraginta dierum, *d. l. 1. tit. 18. lib. 4. Recop.* Tertium ad litem peragendam, quod eſt unius anni, & eſt cauſa biennii, aut trienii, juxta textum *in l. tempora fatalium, C. de tempor. & repar. appellat. Authentica ei, qui appellat. l. cum anteriorib. §. illud etiam, eod. tit. cap. ex ratione 8. extra de appell.* & notata à Maranta *ubi ſupra ex n. 228.* & Muſcatello *in praxi appellationis, ſeu ſecundæ inſtantiæ, p. 2. in princ. & in gloſſ. ſecundi.* De jure Caſtellæ hoc tertium tempus eſt unius anni, ut *l. 11. tit. 18. lib. 4. Recop.* ad quam videndus eſt Azeued. & Paz *in praxi, tom. 1. in princ. Annotatione 2. ex n. 13.* Primus tempus ſervatur inviolabiliter apud nos, in Caſtella videlicèt, & Neapoli: nam Rebuffus *in proœmio Conſtitutionum Franciæ, gloſſ. 5. n. 93.* teſtatur in Gallia ſtatuta in jure communi de appellationum temporibus non ſervari. Et omni ratione ille primus terminus ſervari debet, quia niſi appellatio interponatur in illo, non eſt appellatio, eſt nulla, & invalida, *l. 1. §. fin. cum l. ſequenti, ff. de appellat.* Ubi autem appellatio non eſt, fruſtra tractabitur, an ſit deſerta; *Auth. hodie, C. eod. tit.* Corſetus *in ſingularib. verb. Appellatio 4. n. 1. cap. Romana 3. §. ſi verò de appellat. in 6.* Et idem dicendum eſt de inſtantia reclamationis, ut ſervetur primum illud fatale biennii dati ad reclamandum, intra quod ſi reclamatio non interponatur, ſtandum erit primæ ſententiæ. De ſecundo tempore in Tribunalibus ſuperioribus non curatur, dummodò intra breve tempus poſt tranſcurſum illius termini appellans ſe præſentet cum proceſſu, antequam appellatio pronuncietur deſerta, ut obſervat Afflictis *deciſ. 79. & deciſ. 243.* Covarr. *lib. 1. variar. cap. 1. n. 10. in fin.* qui etiam de primo termino videtur loqui, ſed non benè Avendañus *reſponſ. 2. n. 6. verſ. Undecima concluſio*, Maranta *in praxi, 6. p. tit. & quandoque appellatur, n. 411.* Muſcatell. *in praxi, lib. 2. p. 1. gloſſ. proſequendum, num. 94. 95. 102. 103. & 104.* Galluppus *in praxi S. C. part. 3. cap. 5. n. 31.* Guido Papæ *deciſ. 205.* Azevedus *in l. 2. n. 39. tit. 18. lib. 4. Recop.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 1. part. §. 1. n. 10.* Gutierrez *lib. 1. pract. quæſt. 104. ex n. 4.* Et ſæpiſsimè in S. C. mei interveniente id factum fuiſſe memini, ubi in ſimilibus caſibus jubetur, cauſam revideri ex eiſdem actis, punita in eo appellantis negligentia, ne poſsit facere novas probationes. Imò verò Urſillus ad afflict. *in d. deciſ. 79. n. 2.* ait, ſuo tempore

ge-

generaliter vidisse se communiter observari in S.C. ut causæ appellationis revideantur ex eisdem actis, etiamsi longo tempore post transcursum quinquaginta dierum processus fuissent præsentati, dummodò nondum fuisset declarata appellatio deserta, & contestatur Rovitus *in prag.* 1. *n.* 21. *de appellat.* idem Afflict. *d. decis.* 243. *n.* 5. Et juxta hanc Ursill. traditionem, quamvis ab ea videatur recedere Muscatellus *in praxi, lib.* 2. *p.* 1. *gloss. prosequendum, n.* 104. & 105. me referente servatum est in causa quadam Universitatis Ischiæ, cum illis de Durazzo. Universitas enim appellaverat à decreto Mag. Cur. Vic. quod denegata fuerat remmissio causæ ad Curiam Civitatis Ischiæ, & acta non erant præsentata in Sacro Consilio, nisi post annum ab appellatione, nihilominus ex æquitate Sacri Consilii, quamvis Universitas non petierat restitutionem in integrum adversus omissum appellationis prosequutionem, & lapsum termini præsentationis actorum die 13. mensis Octobris anni 1635. decisum est, causam ex eisdem actis revidendam, quia nondum fuerat pronunciata appellatio deserta, quamvis esset peritum illam desertam declarari. Actuario Anello de Ferrariis.

§. 9. De tertio autem tempore, seu fatalibus ad omninò finiendam appellationis causam concessis, introducta lite, & jam præsentato processu in supremis Tribunalibus, in eisdem supremis Tribunalibus non curator; imò semper revidetur causa, & cognoscitur de justitia, vel injustitia priorum sententiæ. Idque videtur probari ex textu *in Auth. sed & lis*, apertius *in l. cum anterioribus, §. si tamen, qui est textus expressus, C. de temp. & reparat. appellat. item in Auth. de iis, qui ingrediuntur ad appellat. §. quia enim, in Auth. de appellat. & intra quæ tempor. §. ad hæc in Auth. de appell. §. sancimus igitur, in anteriorum, §. ad hæc 2. quæst.* 6. Atque ita senserunt Speculat. *libr.* 2. *tit. de appellat. §.* 7. *nunc breviter, n.* 4. Afflict. *decis.* 78. ubi dicit, hunc esse stilum S. C. de quo cœptam fuisse informationem non obstante *pragm.* 1. *de appellat.* Capycius *decis.* 109. *n.* 5. Mastrill. *de Magistratibus lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 16. & *decis.* 66. Thesaurus *decis.* 10. *n.* 15. Cassanæus *in Catalogo gloriæ mundi* 5. *p. consider.* 24. *n.* 31. Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 1. *n.* 10. Bobadilla *lib.* 5. *Politicæ, cap.* 1. *num.* 131. Azeved. *in l.* 10. *n.* 67. *tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* & *in l.* 2. *n.* 20. *tit.* 18. *eod. lib.* 4. *Recop.* Scac. *de appellat. quæst.* 15. *n.* 131. & *num.* 266. Gallupus *in praxi, S. C. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 53. Muscatell. *in praxi, libr.* 2. *gloss. concedunt, n.* 2. *vers. Tertiò fallit.* Et non obstante lapsu fatalium posse procedi in supremis Tribunalibus in causa appellationis ad revocandam sententiam, quando sententia, à qua fuit appellatum esset injusta, sentiunt Rota diversor. 1. *par. decis.* 165. *n.* 1. & 4. *part. decis.* 68. Seraphinus *decis.* 245. *decis.* 251. *n.* 3. & *decis.* 344. *n.* 1. Ludov. *decis.* 317. *n.* 1. Cæsar de Grassis *decis.* 10. *de re judicata, aliàs decis.* 103. Mantica *decis.* 106. *n.* 1. Guido Papæ *decis.* 215. *n. vers. An sententia, & decis.* 368. Ursill. *de Afflict. decis.* 79. *n.* 3. Scaccia *de appellationib. q.* 15. *art.* 9. *num.* 205. ubi loquitur de Tribunalibus Neapolitanis, Rovitus *in pragm.* 1. *n.* 54. & *in pragm.* 2. *n.* 11. & 12. *de appellat.* & *in prag.* 3. *n.* 15. *de officio Sacri Cons.* & plurimos casus, in quibus lapsus fatalium nulla habetur ratio, vide apud Thesarum *decis.* 10. Riccium *collect.* 245. Novarium *ad pragm. Regni, collect.* 12. *ex n.* 11. Scacciam *de appellat. quæst.* 15. *art.* 3. *ex n.* 44.

§. 10. Nec movere debet, quòd in Regno sit *pragm.* 1. *de appellat.* quæ statuit, appellationum tempora servari debere in S. C. & in eo locum habere dispositia circa fatalia: atque cùm introduxisset stilus ejusdem S. C. ut illa pragmatica aboleretur, & ab ejus usu fuisset recessum, ut testatur Afflict. *dict. decis.* 78. iterumque accidisset casus, in quo dubitatum fuit, an fatalia in quadam reclamatione essent servanda, fuisseque ratio dubitandi illa *decis.* 78. Matthæi de Afflict. ut refert Grammaticus *decis.* 13. factum fuerit à S. C. decretum, quod nunc est *pragm.* 54. *de offic. S. C.* latum sub die 24. alioqui die 13. mensis Augusti, anni 2539. quo provisum est, esse observandam prædictam pragmaticam primam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nam de appellationibus in S. C. tàm circa appellationum tempora, quàm circa fatalia, etiam in cauſis reclamationum à ſententiis ejuſdem S.C. ut idem Grammaticus *ubi ſupra*, refert. Ex quo fundamento fatalia obſervari debere etiam hoc præſenti tempore, ſentiunt Urſillus ad Afflict. *dict. deciſ.* 78. & ibidem Piſanellus, Proſper Caravita, & Pulverinus. Idem Caravita, *ad rit.* 252. *n.* 15. & 16. Ponte *conſ.* 63. *volum.* 2. Franch. *deciſ.* 646. & ad eam Riccius, idem Riccius *d. collect.* 12. *n.* 26. Didac. de Mari *ad d. deciſ.* 13. Grammatici *verb. In fin.* ubi plures refert Rovit. *in d. prag.* 54. *de offic. S.C.* Petra ad Capyc. *deciſ.* 109. *addit.* 1.

§. 11. Non inquam, movere debet, nam quemadmodum tempore Matthæi de Afflict. receſſerat ab uſu illa *prag.* 1. *de appellationib.* & ſtilus introduxerat, ut de cauſis ad S. C. devolutis, & in illud introductis, nulla habita conſideratione lapſus fatalium, Sacrum Conſilium judicare, revocando, vel confirmando ſententias, à quibus appellatum, vel reclamatum fuiſſet, ut *in d. deciſ.* 78. factum eſt: ſic hoc tempore illa *pragm.* 54. *de offic. S. C.* quæ priorem renovaverat, obſoleta eſt, & inuſitata, & omninò receſſit ab aula, ut animadvertit Muſcatellus *in praxi, libr.* 2. *part.* 1. *verb. Seu gloſſ. conceduntur, num.* 9. ubi poſt commemoratas duas prædictas pragmaticas ſubjungit: *Nihilominus quamvis prædicta vera ſint, tamen de ſtilo S.C. videmus hodie ſervari, quod perinde habetur, ac ſi dicta fatalia non currerent, ſicut ſi cauſa eſſet introducta in Conſiſtorio Principis de jure communi, ut in d. Auth. ſed & lis, nam non obſtante lapſu fatalium, & appelationis deſertione, cauſa appellata revidetur ex eiſdem actis, &c.* neque mirum videri debet, ſiquidem decreto S. C. declaratum eſt prædictam pragmaticam non procedere in ſupplicatione à ſententia Regia, ut refert Loffred. *conſ.* 14. *n.* 72. cujus meminit Franch. *d. deciſ.* 646. *n.* 5. Item Urſillus parum ſibi conſtans *in d. deciſ.* 79. *n.* 2. ait, vidiſſe ſe in eodem 2. C. vigere praxim, etiam decurſis fatalibus, ut poſt præſentationem proceſſos Domini de Conſilio, antequam declarent appellationem deſertam, velint aliqualiter cognoſcere de ordine inſtantiæ cauſæ principalis, & hoc de ſtilo S. C. ſecundum æquitatem, quem ſtilum dicit in Curiis debere obſervari. Et poſt hęc ſcripta vide quæ congeſsit Regens Fabius Capycius Galeota *lib.* 1. *controverſ. controverſia* 19. *ex n.* 18. *& controverſia* 20. Et ſi quid valet meum de hac re teſtimonium, ego à tredecim annis retro aſtiti in S.C. & interfui innumerabilibus cauſis appellationum à Tribunalibus inferioribus, tum Regiorum Auditoriorum, tum M. C. V. in cauſis reclamationum à ſententiis ejuſdem S.C. & nunquam vidi opponi exemptionem tranſcurſus fatalium ad finiendam cauſam, aut ad eam attendi, cùm tamen à tempore priorum ſententiarum, non biennium, aut triennium ſolum, ſed decem, viginti, & trigenta nonnunquam, aut quinquaginta anni præteriiſſent: ſed ſine ullo ſcrupulo, aut impedimento cauſas introductas in S. C. revideri, & tractari de juſtitia, vel injuſtitia ſententiarum, à quibus appellatum, vel reclamatum eſſet, eaſque quaſi nulla eſſent fatalia confirmari, vel revocari. Niſi dicamus, fatalia communi litigantium conſenſu prorogati, cùm nihil opponant, quod fieri poſſe cenſuit Theſaur. *deciſ.* 244. Idque ſæpiſsimè uſuvenire ſolet, cùm feruntur leges, quæ communi utilitati repugnant, quantumvis enim à Legislatoribus commendentur, quantumvis earum obſervationi incumbant, nunquam recipiuntur à populis, nunquam uſu confirmantur, & approbantur ab invitis Civibus. In eo verò rerum ſtatu, qui hodie quoad lites viget in hoc Regno, difficillimum eſſet eas fatalibus terminis concludere, imò impoſsibile ſine magno appellantium, & appellatorum damno, & violentia, qui nullo modo in hoc rerum ſtatu poſſunt ſuas lites, quantumvis velint, ſpatio duorum, vel trium illorum fatalium antiquorum finire. Ea de cauſa receptum eſt, ut fatalium curſus contemnatur: ſeu quia tot ſunt caſus, in quibus non ſervantur, juxta tradita à Theſauro *d. deciſ.* 10. Riccio *d. collect.* 243. Novar. *dict. collect.* 12. & Scaccia *de appellat. d. quæſt.* 15. *art.* 3. Caſtillo *deciſ.* 47. *ex n.* 2. *lib.* 1. Rovi-

vito *decis.* 21. *n.* 15. ut posit statui regula negativa non esse servanda; seu quia, ut rectè notavit Archidiaconus *in cap. anteriorum, n.* 8. 2. *quæst.* 6. non currunt fatalia, si qualitercumque impediatur quis appellationem suam prosequi, nam sola negligentia imputatur. In hoc Regno verò tantùm excrevit litigantium malignitas, & iniquitas, tantum Advocatorũ calumniæ, ut habeatur pro constanti certo, & absoluto, non ex appellantium, aut appellatorum negligentia lites protrahi, sed potius ex illorum, qui de sua justitia timent, calumniis, atque item ex nimia Judicum occupatione tantæ litium multitudini intentorum. Atque, ut credo, (quod ex eodem fonte nascitur) existimatur definitio incidentis articuli desertionis difficilior, & prolixior, quàm ipsius causæ principalis, potiusque occasio protrahendæ litis, quàm causa breviandæ, & extinguendæ. Hinc factum, ut improbitas, & versutia Causidicorum trium illorum fatalium violentiam illuserit, tresque illas litium parcas, clotom, lachesim, & atropon antiquitus nulli parcentes controversiæ, sed omnes interimentes, vicerit, atque separaverit; ne deinceps vim suam possint contra jurgiorum vitam exercere. Ut cumque sit, fatalia ista non servantur, quasi nulla esset pragmatica de illis statuens, ut rectè monuit Muscatellus, & Ursillus.

§. 12. Quod verò Salycetus addit, quo suam sententiam confirmet, nullam, inquam se legem reperire, quæ Procuratorem Cæsaris faciat Judicem competentem in gradu appellationis, levissimum fundamentum est, cùm eædem rationes, & leges, quæ probant, Procuratorem Cæsaris esse Judicem competentem in prima instantia, convincat esse judicem in gradu appellationis, vel saltèm (quod eodem recidit) Fiscum in gradu appellationis habiturum quoque proprios Judices. Quod planè comprobat usus hodiernus Tribunalium in omnibus Christiani, seu polytici Orbis Provinciis.

715 Prædictam tamen nonam conclusionem principalem limitabis, ut in loco, in quo adest Procurator Cæsaris, & Tribunalia patrimonii Principum, quæ in ejus locum successerunt, & subrogata sunt, debeat cognoscere de causis fiscalibus, verùm in illis locis, à quibus abest Procurator Cæsaris, & prædicta Tribunalia, de causis fiscalibus possit etiam cognoscere Præses Provinciæ, seu Judex ordinarius, donec fuerit inhibitus à Judicibus Fiscalibus superiorum Tribunalium. Probat textus *in l.* 1. *C. de collatione feudorum Fiscalium, libr.* 11. & ita sentit Glossa *in l. defensionis* 7. *verb. Cognitio, C. de jure fisci, lib.* 10 & Bart. illam sequutus *in l. si vacantia* 5. *n.* 1. *C. de bonis vacantibus, eodem libro.* Decius *in cap. cæterum, n.* 57. *de judiciis,* Oroscius *in rubrica, n.* 3. *ff. de offic. Procurat. Cæsar.* (Martinus Laudensis *de fisco, quæst.* 147. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 2. *vers. Item intellige.* De jure Regni Castellæ probatur *in l.* 1. *§.* 6. *tit.* 2. *lib.* 9. *Recop. & in l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 11. *&* 12. *tit.* 7. *eod. libr.* 9. Tametsi melius facturum ordinarium si abstineat ab hujusmodi fiscalium causarum cognitione moneat Ulpianus *in l. nec quicquam* 9. *in fine principii, ff. de offic. Proconsul. & Legat.* Hæc dicta sint de foro privilegiato, quæ non potuimus brevius colligere. Neapoli decimosexto die Septembris anni 1627.

SUMMA QUÆSTIONIS septimæ.

SUMMA SECTIONIS PRIMÆ.

716 *IN loco delicti fortitur forum delinquens, & ibi potest agi ex delicto adversus ipsum criminaliter ad punitionem, & civiliter ad interesse, partis offensæ.*

Jus naturale postulat, ne delicta maneant impunita.

717 *Exemptus punitur in loco delicti, non obstante privilegio exemptionis.*

Facilius tollitur, quod competit jure speciali, quàm quod competit jure communi.

Exemptus fortitur forum in loco rei sitæ, & in loco contractus non obstante privilegio.

718 *Reus fortitur forum in loco quasi delicti.*

719 *Judex loci delicti potest procedere adversus reum, non solum via accusationis, &*

de-

denuntiationis, sed etiam viam inquisitionis.

720 *Reus sortitur forum, etiam ubi delictum continuatur.*

Fur Punitur in quocumque loco, in quo apprehenditur cum re furtiva.

Furtum est contrectatio rei alienæ invito Domino.

Fur, qui fugit cum re furtiva, de uno loco ad alium, est vagabundus.

721 *Contrariam sententiam, qui sint amplexi.*

Ad constituendum sit ne fur manifestus, necne inspicitur tempus delicti.

722 *Ex assidua contrectatione rei furtivæ, non nascitur nova actio furti.*

723 *Doctor non potest testificari de consuetudine extra locum in quo degit.*

Aliud est agere de qualitate furti, aliud de jurisdictione Judicis competentis ad puniendum furem.

724 *Una actio potest proponi coram diversis Judicibus.*

725 *Judex loci transitus furis non procedit via inquisitionis contra furem absentem, sed contra eum cum furto apprehensum.*

726 *Dive sum est Judicem esse competentem ad puniendum delictum, & debere, vel non debere remittere delinquentem.*

Furem etiam cum furto apprehensum, requisitus à Judice loci, ubi factum est primò furtum, debet ad eum remittere.

727 *Delinquens sortitur forum apud diversos Judices, cùm delictum committitur in diversis locis.*

728 *Distinguuntur duo casus.*

729 *Cùm Delictum in uno loco inchoatur, in alio perficitur, Judex utriusque territorii est competens ad illud puniendum.*

730 *Homicidio commisso jactu sagittæ, ex uno territorio in aliud, Judex utriusque territorii est competens ad illud puniendum.*

Delictum tangens plura loca, unicuique attribuitur insolidum.

731 *Delinquens in confinio duorum Regnorum, aut Civitatum, potest puniri à Judice utriusque loci, ita tamen ut sit locus præventioni.*

732 *Judex competens ad puniendum mandatum, est Judex loci, in quo delictum est consumatum.*

Ex mandato quis non tenetur, nisi ratione facti ex mandato sequuti.

733 *Contraria sententia verior, Judicem competentem ad puniendum mandatum esse Judicem loci, tàm ubi factum est mandatum, quàm ubi sequutum est delictum.*

734 *Explicatur doctrina Bartoli* in l. non solùm, §. si mandatum, ff. de injuriis.

735 *Judex domicilii, & originis, rei criminosi, potest cognoscere de delicto commisso extra suum territorium.*

Ex contractibus ad delicta rectè deducitur argumentum quoad effectum sortiendi forum.

736 *Judex domicilii, & originis, est competens ad procedendum via accusationis contra reum, non via inquisitionis.*

737 *Via inquisitionis pertinet ad vindictam publicam, & oritur ex injuria Reipublicæ facta.*

738 *Judex non tenetur inquisitionem facere de delictis extra suum territorium commissis à subditis.*

Regulariter in Judice potestas cum necessitate conjuncta est.

739 *Contrariam sententiam, Judicem originis, & domicilii, posse procedere adversus subditum via inquisitionis, multi Doctores tuentur, & quibus fundumentis.*

740 *Resolutio hujus difficultatis est maximè controversa.*

741 *Conciliatio insignis viri Doctoris Franciſci Caldera in hoc articulo.*

Oppida, & Civitates unius Regni, vel Reipublicæ, unum corpus efficiunt.

Offensa facta in qualibet parte corporis, toti corpori facta censetur.

742 *Prædicta conciliatio non videtur tollere difficultatem hujus articuli.*

743 *Resolutio ex nova Authoris consideratione, &* 744.

745 *Cùm in loco originis, aut domicilii viget statum, ut possit procedi via inquisitionis adversus cives, ob delicta patrata extra territorium, Judex loci, domicilii, & originis, procedit via inquisitionis.*

Barones in Regno Neapolitano frequenter habent privilegia cognoscendi de delictis sub-

ſubditorum extra territorium commiſsis, & ſic procedunt adverſus vaſſallos via inquiſitionis.

746 *Vagabundus ex delicto punitur, & accuſatur ubicumque reperitur.*

Qui fugit à patria ob delictum patratum, non amittit domicilium, neque cenſetur vagabundus.

747 *In loco delicti proceditur adverſus delinquentem præſentem, & abſentem, & numer.* 748.

749 *Adverſus reos præſentes unus eſt ferè modus procedendi, tàm de jure communi, quàm Regio Caſtellæ, & Neapolitano, & quis ſit.*

750 *An reus ſit relaxandus ſub fidejuſſoribus, & traduntur in hac re duæ regulæ, una affirmativa, alia negativa.*

751 *Damnatus pœna pecuniaria, aut alia non corporali, qui appellavit, poteſt relaxari ſub fidejuſſoribus à Judice à quo.*

Temporalis relegatio, ſeu exilium, quod Hiſpani vocant, non eſt pœna corporalis

752 *Quomodo procedatur adverſus reos fugitivos, & contumaces, de jure communi, & veteri jure Caſtellæ partitarum.*

753 *Quomodo procedatur adverſus abſentes contumaces, de jure noviori Regni Caſtellæ.*

754 *Quomodo procedatur adverſus contumaces; de jure, & praxi Regni Neapolitani.*

755 *De jure Saxonum, quomodo procedatur adverſus contumaces, remiſsivè.*

756 *Judex quantum in ſe eſt, procurare debet, ut delinquens conjiciatur in vincula.*

757 *Judex adverſus abſentem à ſuo territorio commorantem in alieno, utitur litteris requiſitoriis, hortatoriis, ſeu ſubſidiariis, miſsis ad Judices ubi reus moratur.*

758 *Uſus litterarum requiſitoriarum admittitur inter Judices, ad diverſos effectus.*

759 *An Judex requiſitus teneatur finem adhibere, quibus libet litteris requiſitoriis ad eum miſsis, ſine ulteriori cauſæ cognitione.*

760 *Judicem debere obſequi requiſitoriis, illiſque fidem habere, ſine ulla cauſæ cognitione, ſententia quorumdam*

Judex requiſitus habet vicem exequutoriis.

761 *Non debere Judicem requiſitum exequutioni mandari decreta requirentis ſine prævia aliquali cauſæ cognitione, ſententia aliorum magis communis, & uſu recepta.*

762 *Diſtinguuntur multi caſus.*

763 *Quænam ſint crimina merè Eccleſiaſtica, difficilis quæſtio, & ſententia eorum, qui exiſtimant, crimen merè Eccleſiaſticum eſſe, quod cœpit prohiberi ſola lege divina ſupernaturali, aut eſt vetitum ſola lege Pontificia, & rejicitur.*

764 *Crimen merè Eccleſiaſticum eſſe, vel ratione perſonæ, vel rei in qua, vel loci in quo committitur, aut ratione pœnæ, ſententia aliorum, quæ tamen non eſt ad rem.*

765 *Crimina merè Eccleſiaſtica eſſe, quæ ſolo jure canonico prohibentur, & improbantur.*

766 *Delicta merè Eccleſiaſtica eſſe, quæ vel ſolo jure canonico prohibentur, vel de quibus laici Judices cognoſcere non poſſunt, ſententia, quæ difficultatem non explicat.*

767 *Crimen merè Eccleſiaſticum eſſe, quod principaliter reſpicit potentiam, vel reverentiam Dei, ſententia aliorum, & improbatur.*

768 *Certum eſt, eſſe delictum merè Eccleſiaſticum, quod prohibetur ſola lege canonica, & non civili.*

769 *Delictum merè Eccleſiaſticum eſt etiam illud, quod etiamſi lege civili ſit prohibitum, ſtatutum eſt jure canonico eſſe crimen Eccleſiaſticum, ut crimen hæreſis.*

In cauſa hæreſis non reparatur quæſtio facti à quæſtione juris, & de quæſtione facti in illa non cognoſcit ſæcularis.

Ratio ex Alphonſo de Caſtro cur Judex ſæcularis non cognoſcat, neque puniat de hæreſi.

770 *Illa eſſe crimina merè Eccleſiaſtica, in quorum examine, & diffinitione involvitur diſcernenda materia cauſarum merè Eccleſiaſticarum.*

771 *Cætera crimina, ſi dumtaxat prohibeantur tunc civili, ſunt merè ſæcularia, & eorum punitio non pertinet ad Eccleſiaſticos, niſi ratione perſonæ, ſi verò prohibeantur utroque jure, ſunt mixti fori, & ambo Judices Eccleſiaſticus, & ſæcularis*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ris cognoſcunt contra laicos, ſervata præventionis prærogativa.

Quæ ſint crimina mixti fori, remiſſivè.

772 *Judex ſæcularis requiſitus pro exequutione ſententiæ Eccleſiaſtici in cauſa merè Eccleſiaſtica civili, vel criminali, debet impartiri brachium ſine ulteriori cauſæ cognitione.*

773 *Cum Judex Eccleſiaſticus implorat brachium pro exequutione ſententiæ contra Clericum degradatum, non poteſt ſæcularis formare novum proceſſum.*

Sæcularis fundat juriſdictionem in Clericum degradatum, per qualitatem degradationis.

774 *Degradato Clerico non ſe intromittit ſæcularis in proceſſu degradationis, ſecus in impoſitione pœnæ.*

775 *Judex ſæcularis requiſitus ab Eccleſiaſtico pro exequutione ſententiæ latæ in crimine mixti fori, impartitur brachium eiſdem diligentiis adhibitis, quibus utitur ad impartiendum auxilium alteri ſæculari.*

776 *Si Judex ſæcularis juſtè requiſitus deneget auxilium, poterit excommunicari.*

777 *Judex ſæcularis ab alio ſæculari requiſitus non tenetur fidem adhibere litteris hortatoriis aſſerentibus, quem eſſe delinquentem.*

Solemnitas requiſita in litteris hortatoris in criminalibus.

In earum exequutione quid debeat Judex animadvertere.

778 *Judex requiſitus etiamſi cenſeatur exequutor, habet cognitionem circa exequutionem, ex qua reſultat infamia, vel injuria alterius.*

779 *Practica exequendi litteras hortatorias.*

780 *Quenam exceptiones proponi poſſint coram requiſito, remiſſivè.*

781 *Quibus remediis utendum ſit circa expeditionem, & exequutionem litterarum hortatorialium remiſſivè.*

782 *Forus loci delicti in criminalibus eſt præſtantior, & majoris efficaciæ cæteris foris.*

783 *Judex loci delicti quoad punitionem ejus, formationemque proceſſus, præfertur cæteris omnibus Judicibus competentibus, & eo petente remiſſionem rei, ad eum ex quocumque loco, & foro debet remitti.*

784 *In foro conſcientiæ non attenditur locus delicti ad ſortiendum forum, & quæſit ratio.*

785 *Delinquens in Terra Baronis contra ipſum Baronem, non ſortitur forum in loco delicti, neque poteſt puniri à Barone, ſed ſolùm carcerari, & remitti ad ſuperiorem.*

786 *In ſua cauſa nemo poteſt eſſe Judex.*

Ab hac regula non receditur, niſi in Supremis Principibus, Papa, aut Regibus, qui poſſunt eſſe Judices in propriis cauſis civilibus, & criminalibus.

Honeſtius, & decentius eſt, ut Supremi Principes ſuas cauſas aliis dijudicandas committant.

787 *De injuria Baroni facta non poteſt cognoſcere officialis Baronis ſive Delegatus, ſive Ordinarius, ſed ſolùm poteſt reum carcerare, & ad ſuperiorem remittere.*

Quiſque prohibetur eſſe Judex in cauſa ſuorum.

788 *Quod quis per ſe facere non poteſt, non poteſt per alium.*

Idem cenſetur Tribunal Baronis, & officialis, quemadmodum Epiſcopi, & Vicarii.

789 *Baro non habet juriſdictionem circa ſuas cauſas, & ita eam alii non dat.*

790 *Ex contractu facto cum Barone, aut Domino loci in ejus territorio, non ſortitur forum contrahens in loco contractus.*

791 *Barones in Regno Neapolitano ſunt officiales Regni.*

De delictis Officialium activè, & paſsivè, ſola Magn. Cur. cognoſcit.

792 *Contraria ſententia, officialem ordinarium Baronis poſſe cognoſcere de delicto patrato in offenſam Baronis, habet non levia fundamenta.*

Patri, Domino, & Patrono, interdicitur officium juriſdicendi in cauſa criminali filii, ſervi, aut liberti, aut familiaris, non in civili, & ratio diſcriminis.

Injuriæ noſtrorum nobis fiunt.

Cauſa juſta ſuſpicionis contra Judicem eſt conſanguinitas litigantium.

Suſpitio non reddit Judicem incompetentem.

793 *Officialis Baronis eſt officialis Regius, &*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

exercet jurisdictionem nomine Regis, non nomine Baronis, & non dependet à Barone post factam nominationem, neque est ad nutum amovibilis.

In Regno ferè omnes Barones habent primas, & secundas causas.

794 *Confessio jurisdictionis regulariter censetur fieri comulativè.*

Cùm datur annexa feudo est privativa, & non comulativa.

Dominus directus non potest se intromittere in primis causis occurrentibus in terris vassallorum.

Officialis Baronis potest recusari uti suspectus in causis Baronis, ex quo arguitur esse Judicem competentem in ejus causis.

Adversarius nihil opponendo contra Judicis personam jurisdictionem ejus confirmat.

Pater potest esse Judex in causa filii, si non recusetur.

795 *Contractus factus cum aliquo, tamquam cùm statim recessuro forum non tribuit; sed delictum semper tribuit forum.*

796 *Commune Neapolitanorum axioma de delictis Officialium solam magnam Curiam cognoscere, verius est, non esse accipiendum de delictis passivè.*

797 *Officialis Baronis si nihil opponitur contra ejus personam, potest esse Judex de causa Baronis, verum recusatus, etiam non solemniter est removendus.*

Actus etiam nullus in judicialibus sustinetur parte non opponente.

Statuto annullante actum, etiam ipso jure, debet intelligi, si petatur.

Item clausula irritans contra factum.

798 *Injuriam notoriam sibi illatam in officio officiando (quo dicitur) potest venire Baro, & officiales ejus.*

Non deferens Judici honorem, quem debet, potest puniri verbis asperis, & reprehensione dura.

799 *Item indicta multa, aut pœna graviori, quod declarat, ut ibi.*

Non solum formato processu, sed de facto, & ex abrupto potest punire Judex injuriosos in ipsum pro tribunali sedentem.

QUÆSTIO VII.

de foro delicti.

SECTIO PRIMA.

Quibus modis delinquens ex delicto, & apud quos Judices forum sortiatur.

716 COnclusio, & regula prima generalis statuitur, in loco delicti sortiri forum delinquentem, ut ibidem possit civiliter, & criminaliter agi adversus ipsum, & possit accusari, seu denuntiari de delicto ibidem commisso, aut ratione ejus ob interesse partis offensæ conveniri: & Judex ejus loci sit competens, & legitimus ad procedendum civiliter, & criminaliter adversus ipsum, eumque carcerandum, condemnandum, & puniendum. Eam probat textus *in l. sicut 7. §. idem Imperator, & in l. 1. & Authent. qua in Provincia, C. ubi de criminibus agi oport. & in Autb. ut nulli Jud cum liceat, cap. 5. seu, §. si verò quis comprehensorum, collat. 9. tit. 17.* Tradunt Gloss. *in d. l. 1. verb. Commissa, & in d. Auth. qua in provincia, verb. Deliquit,* Azo *in summa, C. ubi de criminib. agi oport. n. 1.* Cynus *in d. l. 1.* Bart. *ante n. 1.* Alber. *n. 1.* Bald. *n. 1. & 2.* Angel. *n. 1.* Salyc. *n. 1.* Paul. *n. 1.* Fulgos. *n. 1.* & omnes *in d. Authent. qua in Provincia, n. 1.* De jure Canonico probatur ex textu *in capit. de illis, ultimo 6. quæst. 3. cap. licèt ratione ultimo de foro compet.* & ibi notat Glossa, & omnes Canonistæ, & *in cap. 1. de raptoribus, & in cap. 1. de privilegiis in sexto,* Marian. Socin. *in cap. postulasti, n. 4. de foro compet.* ubi per numeros sequentes latissimè, & optimè tractat materiam, *& in cap. 1. num. 12. de raptoribus.* De jure Regio Castellæ probatur *ex l. 32. titul. 2. part. 3.* ubi Glossa decimaquinta, *& in leg. 15. tit. 1. part. 7.* ubi Glossa prima copiosè exponit, *& in l. 1. & 3. tit. 16. lib. 8. Recop.* ubi Azeved. De jure Regni Neapolitani probatur *ex pragm. 1. ubi de delicto, quis deb. conu.* ubi Rovitus *ex n. 1.* notant Bossius *tract. diversorum, tit. de foro compet. n. 46.*

Ju-

Julius Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. quæst.* 38. *n.* 1. & *quæst.* 39. *n.* 1. 2. & 3. & *quæst.* 85. *n.* 1. & ad hæc loca Bajardus,& alii addentes. Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 1. & *seqq.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 7. *ex n.* 1. Covarr. *in practicis, cap.* 11. *n.* 3. Thesaurus *lib.* 4. *quæst. forens. quæst.* 55. *in princ.* & *num.* 1. Cardinal. Tuschus *litt. F. conclus.* 440. Cevallos *tom.* 2. *communium, q.* 678. *n.* 1. Barbosa *in l. hæres absens* 19. §. *proinde in articulo, de foro delicti, ex n.* 1. *ff. de judiciis,* Tepatus *in compendio variar. tit.* 134. Dueñas *regul.* 378. *forum,* Medices *regul.* 2. *n.* 48. Avendañus *respons.* 40. *n.* 1. Molinus *de brachio sæculari, cap.* 40. *ex n.* 1. Boerius *decis.* 270. *n.* 2. Francis. Marcus *decis.* 179. *n.* 1. & *decis.* 713. *n.* 1. 2. *par.* Franchis *decis.* 37. *n.* 1. Riccius *collect.* 854. Syntagma *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 1. & *per totum.* Ratio autem hujus conclusionis ea est; quoniam jus naturale postulat ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* imò ut committentes delicta condignis afficiantur pœnis, *l. si aureo* 71. §. *id quod vulgo, ff. de fidejussor.* Impunè autem peccaret quisque, nisi potest Judex loci in quo delinquit illum coercere, sed expectandus esset Judex domicilii, aut originis, qui illi pœnam imponeret : nam facilè pœnam effugeret, aufugiens ex loco delicti; & Respublica frequenti injuriarum, & delictorum copia malè vexata periclitaretur. Alias adde ex Covarr. *d. cap.* 11. *n.* 3. Peguera *decis.* 66. Molino *d. cap.* 40. *n.* 1. quas inferius adducemus *sectione seq. n.* 802.

717 Amplia primò prædictam primam conclusionem,& regulam,ut etiam exemptus Principis privilegio possit conveniri in loco delicti, & apud Judicem ejus ordinario, non obstante privilegio exemptionis. Probatur ex textu *in l.* 1. *C. ubi Senatores, vel clarissimi, & in Auth. qua in Provincia, C. ubi de crimin. agi oport.* ubi notant Gloss. & omnes supra relati, & *ex cap.* 1. *in princ. de privilegiis in sexto,* ubi notant Joan. Andræas, Dominicus Geminianus, Philippus Franchis, & Petrus Ancharr. Bart. *singul.* 151. Panormit. *in cap. licet, ultimo, n.* 11. *de foro compet.* Jaso *in l. beneficium, ultima, n.* 52. *ff. de constit. Princ.* Covarr. *in practicis, d. cap.* 11. *n.* 5. Francis. Marcus *quæst.* 713. *n.* 2. 2. *part.* Tepatus *in compend. variar. tit.* 134. *cap.* 1. *versic. in loco delicti.* Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 30. Bajardus *ad Clarum lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 38. *n.* 3. Angel. *de maleficiis, verb. In scalis S. Petronii, n.* 4. & ibi Augustinus Ariminensis in additione, Foller. *in constit. Capitaneorum ex n.* 22. Quam ampliationem quinque modis limitat Jaso videndus *d. n.* 52. Rationem autem ejus optimam reddit Bald. *in d. Auth. qua in Provincia, n.* 2. ex Joan. Andrea *in cap.* 1. *in princ. verb. Nunquid ergò,* & *in commentario, n.* 2. & *n.* 6. *in fin. de privilegiis in sexto* ; cujus doctrinam sequuti sunt ibi Dominicus *in* §. *nunquid, n.* 8. & Philippus Franchus *in princ. n.* 4. & 5. Ancharr. *n.* 2. quoniam non potest plus operari, aut eximere privilegium,quam jus commune operaretur, aut eximeret ; cùm imò faciliùs tollatur, quod competit jure speciali, quàm quod competit jure communi, *l. ejus milites* 34. §. *militia missus ff. de milit. testam.* qui autem exemptionem habent de jure communi à Judice alicujus territorii (videlicèt extranei ab eo territorio, & qui nullo modo sunt subditi, verbi gratia Anglicanus à Judice Bononiensi,ut utar exemplo Joannis Andreæ, Baldi,& cæterorum,) nihilominus si delinquant,fortiuntur forum in territorio Judicis, in quo delinquerunt, non obstante exemptione, qua gaudent de jure commmuni. Ergò simili modo exemptus per privilegium,si delinquat in alio territorio, nihilominus ratione delicti sortietur forum apud Judicem ejus territorii, exemptionis privilegio non obstante ; ob quam eamdem rationem exemptus fortitur forum in loco rei sitæ, suo privilegio non obstante, ut dixi *supra quæst.* 3. *n.* 144. atque item in loco contractus, ut dixi *quæst.* 6. *n.* 597. De interprætatione autem textus *in d. cap.* 1. vide Covarr. *ubi supra.*

718 Amplia secundò, ut quemadmodum reus fortitur forum ratione delicti in loco delicti commissi, fortiatur item forum ratione quasi delicti, ubi commissum est quasi delictum. Probatur *ex l.* 1. *C. ubi de cri-*

crimin. agi oport. juncta l. omnem 20. *ff. de judiciis,* docet Cyn. *in Auth. qua in Provincia, num.*7. *C.ubi de crimin. agi oport.* notat Barbosa *in d. l. hæres absens, §.* 1. *n.*5. *ff.de judiciis.*

719 Amplia tertiò, ut Judex loci delicti possit procedere contra delinquentem, non solum interveniente instantia, & petitione offensi, seu via accusationis, vel denuntiationis, *juxta l. ultimam, ff. de accusationib.* sed etiam ex officio formans processum contra delinquentem, nullo existente accusatore, quæ vocatur via inquisitionis. Probatur ex regula generali textus *in leg. congruit, ff. de offic. Præsid.* tradit Angelus *de maleficiis, verb. Hæc est quædam inquisitio, ex n.*12. & ad eum locum Augustinus Ariminensis, Gandinus *de maleficiis, rubr. quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem, n.*1. & 2. Decian. *tract. crimin. lib.*4. *cap.*17. *n.*3. Julius Clarus *lib.*5. *sentent. §. fin. q.*3. *n.*6. Farinac. *in praxi crimin. q.* 1. *n.* 10. Anton. Gomez *tom.*3. *variar. cap.*1. *n.*49. Joan. Vela *de modo procedendi in causis criminalibus, cap.*2. *ex n.*1. Cevallos *lib.* 1. *commun. quæst.*430. Fachineus *lib.*1. *controversiar. cap.*34. Caball. *resol. crimin. casu* 114. *ex n.* 10. Rationem hujus ampliationis habes apud Angel. *de maleficiis, verb. Etiam vestem celestem, n.*6.

720 Amplia quartò, ut non solum ubi delinquitur sortiatur forum ratione delicti, ut possit ab ejus loci Judice puniri; sed etiam ubi delictum continuatur: exemplum. Fur non solùm ubi rem furatus est, sed in quocumque loco, in quo apprehenditur cum re furtiva, puniri potest. Ita sentiunt Bal. *cons.*471. *præsupponitur, quod quidam, vol.* 3. Angel. *de maleficiis, verb. Et vestem cœlestem, n.*15. Marian.Socin. *in d. cap. postulasti, n.*8. *de for.compet. & in cap.* 1. *n.*15. & 16. *de raptoribus,* Avendañ. *respons.*40. *n.*10. *vers. Decimaquarta conclusio,* qui allegat, *l.*4. *tit.*14. *p.* 7. Dueñas *regul.*378. *forum, limit.*5. Follerius *in pract. crim.* 1. *p.* 2. *p. verb. Audiantur excusatores, n.* 64. & 1. *part.* 3. *part. rubr. & si confitebuntur, n.*121. Bajardus *ad Jul. Clar. lib.*5. *senten. §. fin. q.*38. *ex n.*39. *ad* 45. Bobad. *lib.*2. *Polit. cap.*13. *n.*72. 73. & 74. Caball. *resol. crim. tom.*1. *cas.*163. (Anna *singulari* 438.) Boerius *decis.*218. Francis. Marc. *decis.*176. 2. *part.* Capycius *decis.*104. Franchis *decis.* 681. Capiblanc. *in prag.*8. *part.*2. *n.*134. & *seqq. de Baronibus,* Peguera *decis.*28. & fuit originalis sententia Bart. *in l. si dominium* 48. *n.*2. *ff. de furt.* ubi additio Alexandri notat, quam praxi ubique receptam prædicti testatur. Eamque apud nos Hispanos planè probat *l.*32. *tit.*2. *part.* 3. quam nullus ex nostris, quem viderim, quoad hunc articulum expendit, cui conjunge quæ à me dicta sunt *supra quæst.*3. *num.*148. Est autem, ut ego existimo, maximè conformis juri communi: nam cùm furtum sit contrectatio rei alienæ invito domino, *l.*1. *§. ultimo, ff. de furt.* & furtum delictum sit, *principio instit. de obligat. quæ ex delicto nascunt.* qui continuat hanc contrectationem per multa loca, per multa loca continuat delictum, argumento de tempore ad locum, *ex l. inficiando* 67. *§. infans, ff. de furt.* quare tanquam continuans delictum in loco suæ jurisdictionis poterit puniri fur à Judice ejus loci, in quo cum re furtiva inventus est. Accidit, quòd fur, qui cum re furtiva ex uno loco fugit ad alium, est vagabundus verè, vel præsumptivè, quia suspitio maxima, & spes est ipsum in locum originis, vel domicilii sui non migraturum intra breve tempus. Quo fit, ut possit puniri à quocumque Judice loci, ubi moram fecerit, aut per cujus territorium transierit viator, ut annotavit Covarr. *in pract. d. cap.*11. *n.*10. *versic. Attamen est animadvertendum.* Quo eodem argumento utitur ad eandem conclusionem comprobandam Bald. *in l. si abducta* 10. *n.*4. *in fine, C. de furtis.* Idem confirmat egregia doctrina, quam tradunt Lucas de Penna *in l. si coloni* 14. *n.* 12. *in fin. C. de agricol. & censit. lib.*11. Cataldinus *de syndicatu, n.*97. & Foller. *in pract. crimin.* 4. *p. principali, rubrica pœnis debitis feriantur, n.*44. *in fine,* videlicèt, eum, qui aufugit à patria sua propter crimen, ex ea fuga censendum vagabundũ, ita ut ubique possit puniri; allegant ejus comprobationem, *l.*1. *C. ubi quis de Curiali, vel cohortali.*

Ve-

721 Verùm contrariam ſententiam huic ampliationi, imò non poſſe furem puniri, ubi inventus eſt cum re furtiva, ſed ſolùm in loco, in quo rem furatus eſt, ſequuntur multi, inter quos Hippolytus de Marſiliis *in l. extra territorium, ex n.* 208. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Nelus *in tract. bannitorum, 2. part. primi temporis, n.* 5. *tom.* 11. *tract.* 1. *p.* Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. fin. q.* 38. *n.* 16. Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 15. Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *n.* 15. *verſ. Vigeſimooctavo, & in practicis, cap.* 11. *n.* 9. Farinac. *in praxi crim. quæſt.* 7. *ex n.* 7. Fachineus *lib.* 9. *controverſ. cap.* 19. Barboſ. *in l. hæres abſens* 19. *§. proinde, in art. de foro delicti, n.* 149. Cevallos *in ſpecul. pract. lib.* 1. *quæſt.* 318. qui dicit, opinionem contra Bartolum ſervari in Hiſpania, & teſtatur de praxi. Probatur primo, quoniam inſpici debet tempus commiſſi furti, & initium delicti, ad conſtituendum, an ſit fur manifeſtus, necne *l. quamvis* 6. *ff. de furt.* Ergò ſimili modo ad puniendum delictum, nam pœna pendet à qualitate delicti.

722 Secundò, quia ex aſsidua rei furtivæ contrectatione non naſcitur nova actio furti, *l. ei qui* 9. *ff. de fur.* Ergò nec nova accuſatio, ac per conſequens non poterit fur accuſari apud Judicem loci, ubi cum re furtiva fuit inventus.

723 Verùm non eſt recedendum à prædicta quarta ampliatione, & non obſtant in contrarium adducta. In primis, quod Cevallos aſſerit praxi Hiſpaniæ ſervatam eſſe contrariam opinionem, movere non debet quoniam ille Toletum non egreſſus, non poteſt teſtificari de praxi totius Hiſpaniæ. Toleti autem ſæpè fuerunt Judices minus ſapientes, quàm Salomon, ex quorum praxi mala argumenta poſſent deſumi. Ad primum igitùr, *ex d. l. quamvis*, dicendum eſt, non tolli, etiamſi omnia in argumento contenta vera ſint, quin fur cum furto apprehenſus, per multa etiam loca vagus, puniri poſsit, ubi fuerit inventus; tametſi tunc judicandus ſit fur non manifeſtus, utpotè qui apprehenſus non fuerit cum furto, priuſquam rem pertulerit, quo deſtinaverat, juxta *l. fur* 3. *cum duabus ſequentibus, ff. de furtis*: nam etiamſi pœna pendeat à qualitate delicti, non pendet ab ea juriſdictio Judicis delictum punientis.

724 Ad ſecundum dicendum eſt, quamvis ex furto quantumvis continuatio nova actio non naſcatur, una tamen actio poteſt coram diverſis Judicibus proponi, & ſub diverſis Judicibus agitari, tàm civiliter, quàm criminaliter.

725 Duo tamen hac in re ſunt animadvertenda, quæ fortaſsis deſervient ad conciliationem prædictarum ſententiarum. Primum eſt, non eo ſenſu defendendam eſſe primam ſententiam, ut eſtimetur, ſic manere competentem Judicem loci tranſitus furis, ut poſsit etiam abſente fure, & poſtquam in alterum migravit locum inquiſitionem de furto facere. Nam cùm ob ſolam continuationem delicti, ejuſque fragrantiam, & furis cum furto apprehenſionem fiat Judex competens, ceſſante in eo loco continuatione, credendum eſt ceſſare etiam juriſdictionem, quam dat præſentia furis, & ejus cum furto apprehenſio, ut quoad hoc conſtituamus diſcrimen inter Judicem loci, ubi furtum initium accepit, primoque factum eſt, qui ſemper manet Judex legitimus, & competens ad inquirendum de furto, etiamſi furem non apprehenderit, & Judicem loci, ubi furtum continuatum eſt. Quod videtur voluiſſe Nelus ante relatus, & non adhorret Bald. *ubi ſupra.*

726 Secundum eſt, longè diverſam eſſe quæſtionem, an poſsit Judex loci, ubi fur eſt inventum cum re furtiva, cognoſcere de furto, & furem punire, ab ea, an debeat, vel non debeat furem remittere ad locum, ubi furtum primò factum eſt, ſi ab ejus loci Judice requiratur. Nam quamvis quoad primam cenſeamus, Judicem loci, ubi fur tranſiens cum furto eſt apprehenſus, eſſe competentem ad cognoſcendum de furto, non ideò quoad ſecundam negare oportet, furem etiam cum furto apprehenſum, eſſe remittendum ad Judicem loci, ubi furtum initio factum eſt, quaſi ad eum ad quem primo loco, & principaliter, tanquam ad potiorem, & præferendum pertinet

net punitio furti. Quod ſolum videtur ſignificaſſe Covarr. *ubi ſupra*, & inclinat Anna *ſingul.* 438. & Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 13. *n.* 73. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 18. *lib.* 8. *ordinam. gloſſ.* 1. *pag.* 339. *col.* 1. *verſic. Quæri etiam poteſt*, tametſi contrarium, videlicèt furem cum furto apprehenſum non eſſe remittendum ad Judicem in cujus loco furtum primo factum eſt, bis deciſum eſſe in Sacr. Conſil. referat Foller. *in pract. c. crim. Rubr. audiantur excuſatores, n.* 64. Capyc. *deciſ.* 104. Franchis *deciſ.* 681. & Regens Tapia *in prag.* 1. *n.* 17. *ubi de delicto quis debet conveniri, ſub lib.* 3. *Juris Neapolitani, Rubr.* 6. Verùm planè ſentiendum eſt, quod ex inferius dicendis dilucidius apparebit, hæc duo eſſe invicem compatibilia, & quem eſſe Judicem competentem alicujus cauſæ, & nihilominus requiſitum ab alio competente potiore eam ad illum non ſolùm ex urbanitate, ſed etiam ex neceſsitate remittere debere.

727 Amplia quintò, ut delinquens fortiatur forum, ratione delicti, etiam apud diverſos Judices, cùm delictum committitur in diverſis locis, quod multis modis contingere poteſt, ut mox explicabimus. Tradunt Marian. Socin. *in cap. poſtulaſti*, qui latiſsimè proſequitur materiam hujus ampliationis *n.* 5. & 6. *de for. comp.* & *in cap.* 1. *ex n.* 14. *verſ. Sed quæro, de raptoribus*, Felin. *in cap. ultim. ex n.* 13. *de foro comp.* Hippolit. de Marſil. *in l. extra territorium, ex n.* 204. *ff. de juriſdict. omn. judic.* & *in rep. l. unicæ, ex n.* 296. *C. de rapt. virgin.* Decian. *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *ex n.* 6. Farinacius *in praxi, q.* 7. *ex n.* 44. Boſsius *titul. de foro comp. n.* 59. & 60. Jul. Clar. *lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. q.* 38. *n.* 9. Bajardus *ad eum locum n.* 16. & *ſeqq.* verùm quoniam hæc definitio nimis generalis eſt, oportet eam ad ſingulos caſus accommodare.

728 Et Farinacius *d. n.* 44. diſtinguit poſt Felinum tres caſus, ego tamen credo duos ſolum poſſe diſtinguì. Primus eſt, cùm delictum in uno loco inchoatur, in alio perficitur, tàm reſpectu agentis, quàm reſpectu patientis, ideſt illius, qui delinquit, & illius, in quem delinquitur. Exemplum eſt, ſi quis in uno territorio vulneret, & fugientem inſequatur, & in alio territorio occidat; vel in uno territorio capiat, & liget, ligatumque ducat in aliud territorium, & ibi ſpoliet; vel in uno territorio rapiat puellam, in alio violenter cognoſcat; vel in uno loco juret, in alio falſum deponat. Secundus caſus eſt, cùm delictum in uno territorio inchoatur, in alio perficitur, non reſpectu utriuſque ſimul, ſed reſpectu agentis tantùm, vel patientis tantùm. Exemplum eſt primò, in eo, qui exiſtens in uno territorio emiſſa ſagitta, ſeu ſclopo occidit aliquem in alio territorio exiſtentem, vel in uno territorio convicium dicat, & verba injurioſa jacter in exiſtentem in alio territorio. Secundò, in eo, qui in uno loco mandat, ſeu tractat, ut delictum fiat in alio loco, vel ratificat delictum in alio loco factum, (de quo tractat Bald. *conſ.* 154. *vol.* 1.) in quorum utroque caſu perſona agentis, & patientis delictum non concurrunt ſimul in eodem loco. Verùm differunt inter ſe, quoniam in caſu primi exempli delictum eſt individuum: nam emiſsio ſagittæ, aut pilæ plumbeæ diſploſio, ſi per ſe, & ſeorſim conſiderentur, delicta non ſunt, niſi fiant fine occidendi, & percutiendi, vel percutiant, aut occidant, (ſecluſis ſtatutis aliter diſponentibus, ut notat Decian. *d. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 9.) ſed ſolùm ſunt inchoationes, ſeu viæ, & media ad delictum perpetrandum: at in caſu ſecundi exempli, mandatum, ſeu tractatus, aut ratificatio delicti ſunt delictum conſumatum, etiam ſeorſim, & per ſe conſiderata, tametſi delictum mandati, vel tractatus minus leve cenſeatur non ſequuto effectu: effectu verò ſequuto planè duo delicta reputantur, mandatum, & mandati exequutio, ut notat Bald. *in l. non ideò minus* 5. *n.* 33. *C. de accuſationibus.*

729 Igitùr in primo caſu dicendum eſt, delictum poſſe puniri à Judice utriuſque territorii, qui competens erit, ita tamen ut locus ſit prævention̄i. Tametſi enim unicum delictum reputetur ob continuationem ejuſdem actus ſucceſsivi, utroque tamen loco videtur commiſſum, & utriuſque Judicis Reipublicæ cenſetur facta injuria, & ideò uter-

uterque Judex erit compentens punitionis hujus delicti. Quod videtur à simili probare textus *in l. eum qui nocentem* 18. *§. si nupta, ff. de injuriis*, docuit Bald. *in l. si quis non dicam* 5. *n.* 10. *& 11. C. de Episcop. & Cleric.* Marsil. *in repet. l. unicæ, n.* 296. *C. de rapt. virgin. & in repet. l. extra territorium, n.* 205. *& 206. ff. de jurisdict. omn. judic.* Marianus *in d. cap. postulasti, n.* 4. *& seqq. de for. compet. & in cap.* 1. *n.* 14. *de raptor.* Felin. *in cap. licèt ratione, ultimo, n.* 13. *de for. compet.* Bossius *tit. de for. compet. n.* 59. *&* 60. Everar. *in locis legalibus, loco* 42. *à contractibus ad delicta, n.* 7. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 49. *ex n.* 5. Decian. *tractat. crim. lib.* 4. *d. cap.* 17. *ex n.* 6. Jul. Clar. *§. fin. q.* 38. *n.* 9. & Farinac. *d. q.* 7. *n.* 45. Franciscus Marcus *decis.* 178. *n.* 4. *2. part.*

730 Quod verò attinet ad secundum casum, circa primum exemplum dicendum est, utrumque Judicem, tàm loci, ex quo emissa est sagitta, quàm loci in quem est missa, & in quo homicidium, vel vulnus perfectum est, esse competentem ad cognoscendum de delicto, & illud puniendum, servata præventione prærogativa. Ratio est, quoniam quemadmodum publicè interest, ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus* 51. *ff. ad l. Aquil.* notat Azeved. *in l.* 1. *n.* 63. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recop.* Tusch. *litter. D. conclus.* 157. ita interest, ut facilius etiam, promptius puniantur: hoc autem melius fit, si delictum, quod ex se individuum est (ut paulò ante diximus) insolidum cuilibet territorio attribuatur, & utriusque territorii uterque Judex sit hujus delicti legitimus punitor: nam si æquitas illa facit, ut delictum plures personas tangens, unicuique insolidum attribuatur, *d. l. ita vulneratus, in fin. l. vulgaris* 21. *§. si duo, ff. de furtis*, non est alienum à ratione, ut delictum tangens plura loca, unicuique insolidum attribuatur, quod significat, *l.* 1. *C. ubi de crim. agi opor.* Ita sentiunt Joan. Andr. *in regula in obscuris* 30. *ex n.* 3. & ibi *n.* 6. Philipp. Franch. *n.* 2. *de regul. jur. in* 6. Panormit. *in cap. licèt ratione, ultimo, n.* 25. *de for. compet.* Marian. Socin. *in d. cap. postulasti, n.* 5. *eodem tit. & in cap.* 1. *n.* 14. *de raptorib.* Bald. *in d. l. si quis non dicam* 5. *n.* 11. *C. de Episc. & Cleric.* Hippolyt. de Marsil. *in repet. l. extra territorium, n.* 206. *&* 207. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Bossius *tit. de for. compet. n.* 59. *&* 60. Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. fin. dict. quæst.* 38. *n.* 9. & ibi Bajardus *ex n.* 16. Decianus *tract. crim. lib.* 4. *d. cap.* 17. *n.* 9. *&* 10. Farinac. *d. quæst.* 7. *n.* 46. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 49. *ex n.* 16.

731 Ob eandem prorsus rationem concludunt Doctores, si quis in confinio duorum Regnorum, aut Civitatum delinquat, Judicem utriusque loci esse competentem ad puniendum delictum, ut tamen sit locus præventioni; ut docent *ubi supra* Panormit. *n.* 26. Franch. *d. n.* 2. Marianus *in dict. cap. postulasti, n.* 7. Bossius *n.* 60. Jul. Clar. *n.* 10. Decian. *n.* 16. Farinac. *n.* 51. (Bald. *in l.* 1. *n.* 15. *C. de confes.*) Syntagma *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 59. Francisc. Marc. *decis.* 354. *2. part.* Fulvius Constantin. *in l. unica, n.* 20. *C. de clasicis, lib.* 11. Barbosa *in l. si quis postea quam* 7. *n.* 104. *ff. de judiciis*, qui credit, utrumque posse procedere ad punitionem, etiam præventione non obstante, & probat quibusdam argumentis, quæ tamen cautè sunt accipienda, ne demus ex uno delicto posse quem bis puniri.

732 Circa secundum verò exemplum de mandante, & mandatario, & ratificante delictum alibi factum, major est difficultas. Nam quidam existimant, Judicem competentem ad puniendum mandatum, vel ratificationem delicti, esse eum, qui præsit loco, in quo delictum est consumatum, cùm ex ratificatione, vel mandato non teneatur quis, nisi ratione facti ex mandato sequuti, vel ratificationem antecedentis; ut docuit Bart. *in l. non solùm*, 11. *§. si mandato, n.* 9. *& in l. sed si unius* 17. *§. servus meus, n.* 5. *&* 6. *ff. de injuriis*, & Glossa *in l.* 1. *sed utrum, verb. Furtum, ff. de serv. corrupt.* & probatur ex textu *in l. qui servo* 36. *in prin. & in §. item placuit, & in l. si quis uxori* 52. *§. neque verb. ff. de furt.* Atque ita, cùm uterque ex uno facto teneatur, tàm mandator, quàm mandatarius, habeantque inter se connexitatem delictum mandatoris, & mandatarii facientis, & ratum habentis,

debent apud eundem Judicem tractari, *l. 1. ff. de quibus reb. ad eundem Judic. eat. l. nulli, C. de judiciis, cum similibus.* Ita sentit Bart. *in l. si ut proponitur 62. ex n. 2. ff. de fidejussoribus,* quem sequitur Alexand. ibi in additione, (Paul. *in d. l. si ut proponitur,*) & Abbas Panormit. *in cap. licèt ratione ultimo, n. 27.* dicens communem sententiam, *de for. compet.* & Marian. Socin. *in d. cap. postulasti, n. 5. vers. Circa secundam quæstionem, eod. tit.* Angel. *de maleficiis, verb. Et Sempronium Rodulphi, n. 20.* Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. n. 6.* Foler. *in pract. crim. 1. p. 2. p. Rub. Audiantur excusatores, n. 130.* Stracha *de decoctoribus, ultima parte, quomodo in causis mercatorum sit procedendum, 2. partic. n. 28.* Barbosa *in l. hæres absens, §. apud labeonem, n. 21. ff. de judiciis,* Dueñas *regul. 738. forum, ampliat. 3.* Medices *regul. 2. n. 48.* Guido Papæ *decis. 104.* Francisc. Marc. *decis. 178. n. 3. 2. p.* Hieronym. de Laurentiis *decis. 114. n. 5.* Fachineus *lib. 9. controversiar. cap. 25.*

733 Contrariam tamen sententiam, imò utrumque Judicem esse competentem ad puniendum delictum mandati, cum mandatum est punibile seorsim, tàm inquam Judicem loci, ubi mandatum factum est, quàm loci, ubi delictum ex mandato consumatum est, ut tamen sit præventioni locus, amplexi sunt multi alii. Dixi: *ad puniendum delictum mandati, cum est punibile seorsim,* quoniam ad puniendum delictum consumatum ex mandato ortum solus Judex loci, ubi delictum est consumatum, erit competens; cùm Judex loci, ubi mandatum est delictum, non possit punire eum, qui in loco suæ jurisdictioni suppositio non deliquit, videlicèt mandatarium; quippè cùm Reipublicæ, cui præest, nulla sit facta ab illo injuria, neque ab ipso mandatore, præterquam ex nudo mandato. Idem dixi, *cum est punibile seorsim,* quia nonnumquam contingit nudum mandatum delicti non esse punibile. Hanc sententiam sequuti sunt Bald. *in l. non ideò minus n. 33. C. de accusationib.* Imol. *in l. si ut proponitur 62. ff. de fidejussoribus,* Alexand. *in additione ad Bartol. verb. Quam legem, in l. 1. ff. de quibus rebus ad eundem Judicem eatur,* Angelus *de maleficiis, verb. Existens Florentiæ, num. 2.* & Augustin. Ariminensis, idem Augustin. *ad eundem Angel. verb. Et Sempronium Rodulphi, n. 21.* Albertus de Gandino *de maleficiis, Rubr. ubi puniatur deliquens, n. 4.* qui pro ea refert Dyn. Muxelanum, Bolsius *tit. de foro comp. ex n. 109. ad 115.* Decianus *tract. crim. lib. 4. cap. 17. n. 7.* qui multos allegat, Farinac. *d. q. 7. n. 48. vers. Verùm de his non obstantibus,* Plaza *in epitome delictorum, cap. 15. n. 16. & 17.* Bajard. *ad Clarum in d. §. fin. q. 38. n. 11.* Franchis *decis. 37. n. 5.* Molinus *de brachio sæculari, ex n. 32.* & insignis vir Franciscus Caldera Lusitanus Regius Consiliarius, Præceptor meus, *in l. à Divo Pio, §. sententiam Romæ, n. 35. ff. de judic. in manuscripto.* Imò idem doctissimus vir existimat Judicem loci, ubi factum est mandatum delicti, non teneri remittere mandatorem ad Judicem loci, ubi delictum est consumatum, etiamsi ab eo requiratur; & posse eidem imponere pœnam ordinariam delicti in alio loco perpetrati. Ratio hujus sententiæ est, quoniam cùm mandatum etiam seorsim consideratum, est punibile, qui in aliquo loco mandat delictum fieri; revera delinquit, & offendit Rempublicam illam, apud quàm degit. Ergò ibidem debet sortiri forum, in quo imponetur illi pœna condigna mandato; minor quidem effectu non sequuto, major verò sequuto effectu.

734 Qua sententia retenta, non obstant, quæ pro priori adducta sunt: nam in primis doctrinam illam Bart. *in d. l. non solum, §. si mandato,* dicendum est procedere affirmativè, ut in loco delicti commissis puniatur is, qui mandavit: non verò procedere negativè, ut extra locum commissi delicti puniri non possit. Idque pater ex eo, nam licèt delinquens in loco commissi delicti forum sortiatur, non tamen ideò minùs adversus illum poterit procedere Judex sui domicilii, ut jam dicemus. Neque item obstat, quod mandans, & mandatarius ex uno facto teneantur, & causæ videantur connexæ, quoniam ex eo similiter colligitur affirmativè, ut in loco consumati delicti possit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sit uterque conveniri, non verò negativè, ut non possit alibi conveniri: imò verò ex eo fieri videtur, ut ibi mandatum est delictum, si ibidem reperiretur mandatarius, posset quoque puniri; sed non est tanta causæ connexitas, ut non possit sine mandatario puniri mandans. Quod ex eo constat evidenter, quòd si fugiat mandatarius; constet autem de mandatore, nihilominùs poterit puniri, & adversus eum agi suspensa causa mandatarii. Ita similiter fieret, si Judex loci mandati non esse legitimus, & competens comparatione mandatarii.

735 Amplia sexto propositam primam conclusionem, & regulam, ut possit etiam Judex domicilii, & originis cujuscumque rei criminosi cognoscere de delicto ab ipso commisso extra suum territorium, & illum ob ejus culpam condignis pœnis afficere. Ita sentiunt Accursius *in l. relegatorum 7. §. interdicere, verb. Ad rescripti*, per textum, ibi, *ff. de interdict. & relegat.* Bart. *in l. si cui 7. §. cum sacrilegium, n. 6. ff. de accusationibus*, Panormit. *in cap. licèt ratione, ultimo, n. 38.* Marian. Socin. *n. 45. & 56. de foro compet.* Albert. de Gandino *de maleficiis, in Rubric. ubi puniatur delinquens, n. 1. & in Rubr. ultima, ex n. 1.* Covarr. *in practicis, cap. 11. n. 6. vers. Sexto in hoc, & vers. His equidem*, Bossius *tit. de foro comp. num. 282.* Foller. *in pract. crim. 1. p. 2. p. Rub. audiantur excusatores, ex n. 127. ad 129. & 4. p. princ. in Rubr. pœnis debitis feriantur, n. 44. & in constit. Capitaneorum, n. 35.* Bernardus Diaz *in pract. crim. canonic. cap. 8. & 9. & 10. & ad ea capita*, Salcedo *in annotationibus*, Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 38. ex n. 1.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 16. ex n. 1.* Farinac. *in praxi, d. q. 7. ex n. 19.* Tepatus *in compend. variar. tit. 134. cap. 3. vers. Judex domicilii*, Tusch. *litter. F. conclus. 436. & conclus. 443. n. 5.* Thesaurus *lib. 4. q. forens. q. 55.* Joseph. Ludov. *decis. Lucensi 16. ex n. 26.* Gamma *decis. 53. n. 1.* ubi Blasius Florez *in addit.* Thesaur. *decis. 90. n. 2. 3. & 4.* Francisc. Marc. *decis. 331. n. 2. 2. p.* Vincent. de Franch. *decis. 37. n. 1. & decis. 66. & decis. 88. n. 5.* Peguera *decis. 87. ex n. 1. ad 4.* Caball. *resolut. crim. casu 162. n. 1.* Cancer *variar. resol. p. 2. cap. 2. n. 66.* Barbosa *in l. hæres absens, §. proinde, in artic. de foro delicti, n. 9. cum seqq. & n. 26. usque ad 37. ff. de judiciis*, Syntagma *commun. opinion. lib. 3. titul. 13. n. 10. & 12.* (Menoch. latè differens, *cons. 911. per totum, libr. 10.*) Et probatur apertè hæc ampliatio ex textu *in capit. cum contingat 13. de foro compet.* Ratio autem ejus est, quoniam Judices domicilii, & originis sunt legitimi, & competentes, coram quibus possit conveniri quilibet de omnibus etiam gestis extra domicilium, aut originem, ut dixi *q. 1. n. 3. & q. 2. n. 56.* Et ex eo probatur, quoniam, ut ex prædictis locis constat, reus ex contractibus alibi gestis potest conveniri in foro domicilii, aut originis, *l. hæres absens 19. §. illud sciendum, ff. de judiciis, cap. dilecti, de foro compet.* & dixi *q. 4. n. 236.* Ergò poterit ex delictis alibi patratis ibi conveniri, seu accusari. Probatur consequentia, quoniam ex contractibus ad delicta licet argumentum ducedere, etiam quoad hunc effectum in specie sortiendi forum, ut notat Baldus *in l. cum quædam, in princ. n. 3. vers. Extra quæro, ff. de jurisdict. omn. judic.* Everardus *in locis legalibus, loco 42. à contractibus ad delicta, n. 4.* Rollan. à Valle *consil. 19. n. 25. vol. 3.*

736 Prædictam tamen sextam ampliationem limitandam existimant multi, ut Judex domicilii, & originis sit legitimus, & competens ad procedendum via accusationis contra subditum, & illum puniendum ob delictum commissum extra suum territorium ad instantiam partis læsæ, id est, si pars ipsa læsa, cui jus est accusandi, adeat Judices prædictos domicilii, aut originis, & ibi velit accusationem, denunciationem, aut querellam proponere: secus ex officio, & via inquisitionis; non enim poterit Judex domicilii, & originis ex officio inquisitionem formare contra subditum de delicto commisso extra suum territorium nullo accusatore existente. Hæc sententia videtur probari, *ex l. 2. C. ubi de crimin. agi oportet.* Ita sentiunt Cyn. *in l. 1. C. eod. tit.* si benè intelligatur, qui communiter refertur pro contraria

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſententia, Signorolus de Homodeis *conſil.* 128. Bald. *conſ.* 393. *n.* 3. *vol.* 1. *&* *conſ.* 471. *vol.* 3. *& in l. cùm quædam* 19. *in prin. n.* 3. *verſ. Extra quæro, ff. de juriſdict. omn. judic.* Joan. Andr. poſt Odoffred. *in additione ad Specul. lib.* 2. *tit. de competent. judic. addit.* §. 1. *n.* 4. *verb. Et ſequentibus*, Hippolyt. de Marſil. *in repet. l. extra territorium, ex n.* 138. *&* *ibi*, *n.* 140. *ff. de juriſdict. omn. judic. & ſingul.* 576. Pariſius *conſ.* 159. *n.* 6. *&* 7. *part.* 4. Menoch. *conſ.* 2. *n.* 130. *lib.* 1. ubi ait, hanc eſſe crebriorem, & veriorem ſententiam, *&* *conſ.* 911. *libr.* 10. ubi latiſsimè diſputat, *&* *n.* 10. refert pro ea quadraginta ſeptem Doct. Avend. *reſponſ.* 40. *n.* 6. *verſ. Hoc intelligo, & verſ. Secus verò*, Grammaticus *deciſ.* 16. *ex n.* 6. Theſaurus *deciſ.* 90. *n.* 5. Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonic. cap.* 9. Foller. *in practic. crimin.* 4. *p. principal. rubr. pœnis debitis feriantur*, *n.* 44. Decianus *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 16. *ex n.* 2. Farinac. *in praxi, d. q.* 7. *n.* 22. *in princ.* Barboſa *in l. hæres abſens*, §. *proinde*, *in art. de foro delicti, ex n.* 26. *&* *ex n.* 127. *ff. de judic.* Michael Craſſus *apud Syntagm. commun. opin. lib.* 3. *tit.* 13. *n.* 20. Bonacoſa ibi, *n.* 21. & Vivius *n.* 55. Cevallos *in ſpecul. practic. q.* 678. *ex n.* 9. *ad* 18. Hæc ſententia quoad primam partem, nempè, poſſe Judicem originis, aut domicilii procedere contra reum ſibi ſubditum extra ſuum territorium delinquentem via accuſationis, præterquamquod eam paſsim communem fatentur utriuſque juris interpretes, ut adnotavit Covarr. *in pract. cap.* 11. *n.* 6. *verſic. His equidem*, & omnes aſſerunt eam eſſe indubitatam, ut animadvertit Peguera *deciſ.* 87. *num.* 6. probatur manifeſtè ex eo, quòd reus ratione delicti ſortitur forum, non ſolum in loco delicti, ſed etiam in loco originis, & domicilii, ut probavimus numero præcedenti. Cùm autem reus ſortitur jure communi multos foros, electio ad actorem pertinet, ut dixi *q.* 3. *n.* 152. Ergò accuſator poterit eum forũ eligere, quem maluerit, ac per conſequens accuſare in foro originis, aut domicilii, omiſſo foro delicti.

737 Quoad ſecundam verò partem, nempè, non poſſe Judicem originis, aut domicilii ex officio procedere contra delinquentem extra territorium ſuum, probatur: quoniam tunc permittitur Judici via inquiſitionis, quæ ad publicam vindictam pertinet, (ut deſumitur ex Angelo Peruſino *in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus, lib.* 10. & Angelo Aret. *de maleficiis, verb. Hæc eſt quædam inquiſitio*, *n.* 29. *&* 30.) cùm Reſpublica cui præeſt affecta eſt aliqua injuria à delinquente, turbataque malo exemplo, & ſcandalo oborto ex patrato crimine, ut eleganter notat Bald. *in d. verſ. Extra quæro.* Sed ex delicto commiſſo extra territorium, nulla fit injuria Reipublicæ. Ergò non poteſt Judex via inquiſitionis ob illud adverſus ſuum civem reum procedere.

738 Secundò, quoniam Judex non tenetur inquiſitionem facere de delictis extra ſuum territorium, commiſsis à ſuis ſubditis, ut docet Bald. *in cap.* 1. §. *ſi judex, n.* 4. *de pace tenenda, & ejus violatoribus*, & eum ſequutus Afflictis *deciſ.* 265. *n.* 6. Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. rubr.* 12. §. *unico, n.* 3. Foller. *in conſtit. Cap taneor. n.* 34. Ergò non poteſt. Nam ſi poſſet, teneretur Reipublicæ hac in re officium ſuum impartiri, quemadmodum ob eandem rationem tenetur inquirere de delictis intra territorium factis, & Provinciam ſuam malis hominibus purgare, *l. congruit, ff. de offic. Præſid.* & omiſsio tam gravis curæ dolo malo videretur facta, Judicemque honeraret, eique imputatur, juxta *l. non quidquid* 40. §. *Judex, ff. de judiciis.* Præſertim, quia in Judice regulariter poteſtas cum neceſsitate conjuncta eſt, ut notat Decius *in l.* 1. *num.* 12. 13. *&* 14. *ff. de juriſdict. omn. judic.* hoc autem onus eſſet graviſsimum, & intolerabile.

739 Sed contrariam ſententiam, quinimò Judicem originis, & domicilii poſſe procedere ex officio, & via etiam inquiſitionis, nullo exiſtente accuſatore adverſus reos ſibi ſubditos, ob delicta extra territorium commiſſa, ſequuti etiam ſunt plurimi. Menoch. *d. conſ.* 911. *n.* 17. refert pro ea quadraginta quatuor Doctores. Eam amplectuntur Bald. *in l.* 1. *n.* 98. *C. de Summa Trinitate*, *& Fide Catholica*, qui ait hanc

eſſe

esse tutiorem opinionem, Angel. *in l. extra territorium, ultima, n.7. ff. de jurisdict.omn. judic. & in quæst. Bononiensis suæ civitatis Bannitus, n.5.* Salyc. *in d.l.1. n.8. vers.Ex quo infero, C. de Summa Trinit.* Panormit. *in cap. cum contingat 13. n.7. de foro comp.* Marian. Soc. qui latissimè prosequitur *in cap. qualiter, & quando 24. ex n. 21. de accusationib.* Cagnol. *in l. ultima, n.53. ff. de jurisdict. omn. judic.* Angel. Aret. *de maleficiis, verb. Hæc est quædam inquisitio, n. 85.* & ad eum locum Augustin. Arimin. Bossius *tit. de foro comp. n.182.* Gamma *decis. 53. n.1.* & ad eum Florez, Fachin. *lib. 6. controvers. cap. 20.* Foller. *in pract. crimin. 1.p. 2.p. Rubric. audiantur excusatores, n. 129. & in Constit.Capitaneorum, n.36.* Regens Tapia *lib.2. Jur. Neapol. Rubr.12. in constit. Capitaneorum, n.6. in fin.* Covarr. *in pract. cap.11. n.6. vers. His equidem*, Jul. Clar. *lib.5. sentent. §. fin. quæst.39. n.4.* & Bajardus ad eum locum, *n.12. & 13.* Zevallos *d. q.678. n. 19.* recedens à seipso, Laurentius Silvanus *cons.103. n.1.* qui ait hanc sententiam esse veriorem, & crebriorem, Franchis *decis.66.* qui ait hanc opinionem habitam fuisse in Sacr. Consil. pro vera, Joseph. Ludov. *decis. Lucensi 16. ex n.26.* Magonius *decis. Lucensi 36. ex n. 1. & decis.70.* Peguera *decis.87. n.6.* Cancer *variar.resolut. 2.p. cap.2.n.68.* Bobad.*lib. 2. polit. cap.13. num.71.* Farinac. *in prax. crim. d. q. 7. n.22. in fin.* ubi in additione retractavit priorem sententiam, quam in principio dicti numeri in prioribus impressionibus sequutus fuerat,Syntagma *commun. opinion. lib.3. tit.13. n.22. & 41.* Caballus *resolut. crimin. casu 162. n.7.* ubi in fine ait, se vidisse infinitis viribus hanc partem affirmativam practicatam in variis Italiæ pertibus, & se eam practicasse. Quæ proculdubio majori cum ratione locum habebit in hoc Regno Neapolitano *ex pragmatica quinta Caroli Quinti Imperatoris, ubi de delicto quis debet conveniri.* Fundamentum est. Primò, quoniam ad officium Judicis pertinet inquirere contra sibi subditos facinorosos, & Provinciam suam purgare malis hominibus, *d. l. congruit 13. in princip. ff. de offic. Præsid.* Ergò poterit inquirere contra malefactores, etiamsi extra territorium deliquerint; præsertim cùm publicè interfit, ne delicta maneant impunita. Secundò probari videtur eadem sententia *ex l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* Ubi dicitur quæstiones de maleficiis posse institui apud Judicem loci, ubi ipsa commissa sunt, aut loci, ubi reus adest. Judex igitùr domicilii poterit inquirere contra extra delinquentem. Tertiò, quoniam si Judex domicilii, & originis inquisitionem facere non posset ex officio contra sibi subditos facilè quæreretur impunitas maximorum delictorum. Nam subditi ex suo territorio in aliena se conferrent ad gravia delicta perpetranda, evaderentque facilè periculum accusationis, si miserrimis facerent injuriam, & perpetrarent cædes pauperimorum hominum peregrinorum,advenarum,& mercatorum, ex longinquis locis, & distantissimis Provinciis adventantium, qui cùm vel nullos habeant hæredes, vel eos habeant in locis remotissimis, ad quæ delictorum nulla,vel tardissima pervenit noticia, nedum delinquentium, eos accusare non possent,atque ita maxima sceleratis hominibus, latronibus, grassatoribus, homicidis, & assassinis daretur occasio, tùm peccandi, tùm impunitatis. Igitur magis consultum erit Rebuspublicis, & earum tranquilitati, si tribuamus Judicibus facultatem inquirendi contra subditos facinorosos delinquentes extra territorium, quò sic facilius homines saltem metu pœna in officio contineantur, & à delictis abstineat.

740 Est res ista proculdubiò maximè controversa pugnantibus hinc inde rationibus, Auctoribus maximi nominis pari auctoritate adversus se invicem contendentibus. Habet enim utraque sententia Doctores auctoritatis maximæ, habet rationes magni ponderis, testesque usus, & praxis multorum, & gravissimorum tribunalium omni exceptione majores. Quo fit, ut nihil certum resolvi possit, & judicium ad æquilibrium ferè reducatur: certè post multa pro utraque parte expensa vix adduci possunt, ut uni potius, quàm alteri subscribam,

bam, ſed eſto inter utramque, anceps ferè, & ambiguus.

741 Invenio quidem inſignem illum virum Præceptorem, & Dominum meum ſuperius à me commemoratum Franciſcum Calderam in manuſcripto à me excepto ex ejus lectura *in l. à D. Pio, §. ſententiam Romæ, n. 33. ff. de rejudicat.* conciliare duas iſtas ſententias, diſtinctione facta, cujus verba ſubjiciam. Mihi in hoc articulo ita diſtinguendum videtur, ut ſi delictum committatur in eo loco, qui ſubjicitur eidem Principi, cui etiam ſubjicitur locus domicilii, tunc etiam per viam inquiſitionis poſsit Judex domicilii procedere contra ſubditum, qui in alieno territorio delictum commiſſit. Si verò locus delicti non exiſtat ſub juriſdictione, vel imperio ejuſdem Principis, ſeu Reipublicæ, tunc Judex domicilii non poſsit contra delinquentem per inquiſitionem procedere. Ratio differentiæ eſt, qua oppida, & civitates alicujus Regni, vel Reipublicæ, unum corpus efficiunt, & conſtituunt, & ideò quando locus delicti, & domicilii eidem Principi ſubjiciuntur, vel ad unius Reipublicæ corpus reducuntur, quilibet locus ejuſdem Regni, etiam remotiſſimus, offenditur ex delicto alibi commiſſo, & ratione hujus offenſæ poterit etiam Judex domicilii, etiam per viam inquiſitionis procedere contra deliquentem. Quemadmodum enim quælibet offenſa facta in qualibet parte corporis humani toti corpori facta intelligitur; ita etiam quoties plura oppida, vel civitates unum corpus Reipublicæ, Regni, vel Principatus conſtituunt, delictum in quolibet loco ejuſdem Regni commiſſum ſingulas partes hujus corporis offendit, & propterea Judex domicilii poterit adverſus delinquentem per viam inquiſitionis procedere, quamvis per hunc modum principaliter agatur ad publicam, & non ad privatam vindictam. At verò quando delictum extra Regnum commiſſum fuit, tunc locus domicilii nullo modo offenditur, & ita Judex non poterit procedere contra delinquentem per viam inquiſitionis, quamvis reus etiam pro delicto extra Regnum commiſſo poſsit in loco ſui domicilii accuſari, & puniri, non ad effectum, ut imponatur pœna ordinaria pro delicto, ſed ut extra ordinem judicantis arbitrio puniatur. Ex quibus emmendanda ſunt, quæ tradit Gamma *d. deciſ. 53.* Hucuſque Caldera.

742 Ex qua doctiſsima conciliatione colligitur urgentiſsima ratio ad comprobandam poſteriorem ex relatis à nobis ſententiis. Verùm planè reducenda eſt, ad ipſam poſteriorem ſententiam, quoniam Doctores de hac difficultate tractantes ſolùm agunt de caſu, quo locus delicti, & locus domicilii delinquentis ſunt intra unum Regnum, & Provinciam, ſub eodem Rege, vel Principatu: nam quando iſta loca pertinent ad diverſos Principatus, res eſt minus controverſa, & inferius tractabitur à nobis *ſect. 2.* ubi de remiſsionibus ſermo erit, ex *num. 827.*

743 Ergò certè ſi caſus occurreret, ſub quavis meliori conſideratione, cui libentius acquieſcam, crederem, utramque ſententiam ad uſum, & praxim prudenter reducendam, adhibito quodam temperamento, & diligenter attentis circunſtantiis locorum, perſonarum, & delictorum. Etenim in omni caſu ante omnia præſuppoſita fama criminis publica, quæ viam aperit inquiſitioni, & in locum accuſatoris ſubrogatur, ut probatur ex textu *in cap. qualiter, & quando 24. de accuſationibus*, traditque multis relatis Fachineus *controv. juris, libr. 1. cap. 34. & libr. 9. cap. 15.* & Joan. de Arnono *ſingul. 58.* ſi Judex videat civem modeſtum, & benè moratum intra territorium, ſine aliorum offenſa viventem, ut vivere ſolent optimè inſtituti, quem fama denunciet extra territorium, præſertim ſi in locis remotis, & à propria civitate valdè diſtantibus, deliquiſſe caſu potius quàm præmediato animo, aut provocatu potius quàm ſpontè, eo criminis genere, quod in homines etiam honeſtiſsimos cadere ſolet, crudeliter faceret judicio meo, ſi adverſus eum inquiſitionem inſtitueret. Præſertim cùm in hoc ſtatu Rerumpublicarum omnium, quæ in orbe Chriſtiano ſunt, non ſoleat amor publici boni, zeluſque exempli, & emendatio-

tionis inquiſitiones promovere, ſed ſitibunda potius iniquorum Judicum cupiditat, aut etiam malevolorum invidia, & occultæ vindictæ aviditas prava ingerens ſe per diſſimulatos delatores, & inſtigatores earum. Tametſi enim negandum non ſit intereſſe Reipublicæ, ut malis hominibus purgetur, & ne impunitate obtenta in majora in dies delicta prolabantur: id tamen maximè locum habent quoad eos, qui intra Provinciam, & territorium delinquunt: nam ſi intra territorium quietè, & honeſtè vivant, quoad eam Rempublicam, in qua degunt, mali cenſeri non poſſunt, nullaque ratio eſt, ob quam debeant interturbari, etiamſi extra territorium in crimina inciderint. Imò verò potius ſunt laudandi, quod in Provincia, in qua degunt, à criminibus abſtinent, cùm in alia delicta perpetraverint, ut notat Bald. *in l. 2. §. deinde ex his, n. 5. & 6.* Cagnol. *n. 72. & 73. ff. de origin. jur.* Roland. *conſ. 19. n. 23. & 24. vol. 2.* Et colligitur ex textu *in d. l. 2. §. poſteà ne diutius* 4. ubi refertur Hermodorum Effeſium exulem in Italia Auctorem fuiſſe Romanis ferendarum legum duodecim tabularum, & quod conſequens eſt apud eos in honore habitum: ob quam cauſam ei erectam eſſe ſtatuam in Comitio (qui ſummus honos magnis viris exhibebatur) teſtatur Plinius *libr. 34. naturalis hiſtoria, cap. 5.* & ex eo Cagnolus *ubi ſupra.*

744 Si verò videret Judex, laborare infamia multorum delictorum extra territorium admiſſorum, aut alicujus graviſsimi, civem improbum, corruptis moribus inſignem, qui ea uteretur cautela ad impunitatem criminum, in quibus aſsiduè verſatur conſequendam, ut admittat extra territorium flagitia, præſertim apud vicinas civitates, & adverſus perſonas exteras, & miſerabiles, quæ non facilè poſſunt apud domicilia delinquentium accuſationes inſtituere, & injuriarum ſuarum ſatisfactionem quærere, profectò in ejuſmodi caſu non erit alienum à ratione, Judicem zelo boni publici, & vindictæ peccatis debitæ per motum inquiſitionis via ex officio de ejuſmodi criminibus adverſus eum quærere. Etenim tametſi Reſpublica ipſa non eſſet affecta injuria ex crimine extra territorium commiſſo, negari non poteſt, quin perturbetur ſcandalo, & malo exemplo ex patientia, & impunitate publicorum criminum permiſſorum, præſertim cum vigeat illa naturalis ratio, *quod tibi non vis, alteri ne feceris.* Quemadmodum enim Reſpublica nollet offendi, & perturbari à cive Reipublicę extraneæ, ita non permittere à cive ſuo extraneam offendi. Tum vel maximè cùm veriſsima ſit ratio à nobis ſuperius expenſa *n. 741.* eas omnes Reſpublicas, quæ membra ſunt unius, & ejuſdem Principatus ſimul compati, & offendi ſuo modo, cùm quælibet ex illis offenditur. Hactenùs æquiſſimum eſt, omnes Reſpublicas ad unum Principatum expectantes cenſeri fœderatas, ut quemadmodum cum quis delinquit in una civitate, poteſt in alia confœderata puniri, ſi ad eam confugiat, in qua ſententia fuit Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 16. n. 32. & cap. 29. n. 12.* Hippolyt. de Marſil. *conſ. 121. n. 9. & 10.* Cataldin. *de ſyndicatu, n. 174.* Farinac. *in praxi, d. q. 7. n. 6.* Molinus *de brachio ſæculari, cap. 21.* ita ſimiliter in hoc caſu poſsit cùm ad ſuum domicilium ex alibi patrato delicto confugit: quo conferunt notata à Joſepho Ludovico *deciſ. Lucenſi 16. ex n. 28.* Item quia quemadmodum auxilio legum non juvatur, qui in leges committit, *l. auxilium 37. §. in delictis, in fin. ff. de minorib. Authent. ut liceat matri, & aviæ, cap. 15. §. quia verò ita, verſ. Non enim debent,* & ibi Gloſſa, *verſ. Deſpexerunt, collat. 8.* & immunitatem Eccleſiæ amittunt, qui ea abutentes in Eccleſia ipſa maleficia committunt, ſub ea ſpe, quod ab Eccleſia ſunt defendendi, *cap. immunitatem, ultimo, de immunit. Eccleſ.* & ibi Doctores notant, Remigius de Goni, *de immunit. Eccleſ. fallent 3. & ſeqq. uſque ad 11.* Ambroſinus *de immunit. cap. 5. n. 1.* Gambacurta *de immunit. lib. 5. tota part. 3. ex cap. 16. ubi ex num. 6.* latè proſequitur: & quotieſcumque privilegiatus privilegio abutitur, illud meretur amittere, *cap. licet quibuſdam de regularibus,* cum concordantibus, quæ congeſſit idem Ambroſ. *de immunit. cap. 18. n. 17.*

&

& Castillo *de usufructu, cap. 3. num. 104. & 105.* ita sit æquissimum, ut illam quasi immunitatem jure communi indultam, quam quis habet, ut contra eum non possit apud domicilium, vel originem suam inquiri, cum intra territorium non delinquit, amittat, cùm hujus ipsius immunitatis occasione abusus ad aliena se conferat territoria, ut in ea delicta committat, quasi sub spe hujus immunitatis impunitatem suorum criminum consequuturus, quod permitti non debet.

745 Prædictam tamen sextam ampliationem sic explicatam subamplia majori cum ratione, ut procedat cùm in loco originis, aut domicilii viget statutum, ut possit via inquisitionis procedi adversus cives ob delicta patrata extra territorium. In quo casu loquitur Bart. huic sententiæ acquiescens, *in l. cunctos populos 1. n. 47, C. de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, qui refertur communiter pro sententia à me relata *supra n. 739.* cùm tamen videatur restringere se ad hujus subampliationis casum. Et ob eandem rationem Barones in hoc Regno Neapolitano, qui frequentissimè habent privilegium cognoscendi delictis subditorum, extra territorium commissis, possunt via inquisitionis procedere adversus vassallos propter delicta extra territorium commissa, quod videtur præsupponere Franchis *decis. 66.* & sentire Foller. *in practic. crimin. 1. p. 2. p. Rub. audiantur excusatores, ex n. 64. & 65. & ex n. 127. ad 129. & n. 160.* Petra *ad Grammaticum decis. 26. n. 19.* Rovitus *in pragm. 1. n. 6. & seqq. latè, ubi de delicto, quis deb. convenir.* Capiblanc. *in prag. 8. part. 2. n. 135. de Baronibus.*

746 Amplia septimò, ut vagabundus ratione delicti ubicumque perpetrati, etiam extra territorium illius Judicis, apud quem reperitur, & accusatur, sortiatur forum in quocumque loco, in quo fuerit inventus, & possit ejus loci Judex procedere adversus ipsum, tàm via inquisitionis, quàm accusationis, ipsumque punire. Ita sentiunt ii, quos retuli hac eadem disputatione *q. 1. n. 47.* ubi probavi multis Doctoribus in hanc rem adductis, & in eum sensum accipitur à Glossa, & Doctoribus, *textus in d. l. 1. C. ubi de crimin. agi port.* ut constat ex scholio ultimo, ibidem, & traditis ad eum locum. Quibus addo Bossium *titul. de for. comp. n. 69. & 70.* Guidonem Papæ *decis. 202. n. 1. & 2.* Dueñas *regul. 378. limitat. 4.* Julium Clarum *libr. 5. sentent. §. fin. q. 39. n. 7.* & ad eum Bajardum *n. 16.* Avendañum *de exequut. mandat. 2. p. cap. 7. n. 7. & respons. 40. n. 8. vers. Nona conclusio*, Molin. *de brachio sæculari, lib. 3. cap. 40. n. 24.* Foller. *in pract. crimin. 4. par. principali, n. 44.* ubi addit censeri vagabundum eum, qui propter crimen à patria sua fugit, ut notavi supra hac eadem quæstione *n. 720.* in fine, tametsi doctrina in genere proposita sit valdè dubia; qui enim à patria fugit ob crimen patratum domicilium non amittit, ut probat textus *in l. si mulieri 22.* ubi notat Bart. *ff. quibus modis ususfruct. amit.* idem Bart. *in l. 1. §. permittitur, n. 7. ff. de liber. agnoscend.* & qui domicilium proprium habet vagabundus non est, ut notat Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti, ex n. 19. ff. de judiciis*, quis autem censendus sit vagabundus explicavi, *dict. q. 1. n. 46.*

747 Amplia octavò, ut tàm in loco delicti, quàm in foro domicilii, & originis delinquentis possit procedi, non solùm contra reum præsentem, sed etiam contra absentem. Probatur ex textu *in d. l. 1. & in Auth. qua in Provincia, C. ubi de crimin. agi oport.* jure Castellæ *in l. 1. & 3. tit. 16. lib. 8. Recop.* jure Neapolitano *pragm. 1. ubi de delict. quis deb. conven.*

748 Eget tamen ampliatio ista ulteriore declaratione, nam hoc loco explicandum occurrit, quomodo sit procedendum contra delinquentes præsentes; quo verò modo contra absentes fugitivos, & contumaces, tàm de jure communi, quàm de jure Hispano, & Neapolitano; quod quia ad practicos pertinet ex professo tractare, breviter percurremus.

749 Certè, quod ad reos præsentes attinet, unus ferè modus est procedendi, adversus ipsos, tàm de jure communi, quàm utro-

que Regio, tametsi in quibusdam levibus diversus. Nam cùm crimen commissum esse, pervenit ad Judicis notitiam, seu ex querella partis offensæ, sive deferente fama, Judex summariam capit informationem delicti, constitoque tàm de delicti corpore quod dicitur, quàm de delinquente, procedit ad capturam ejus, seu citationem realem, vel eum citat ad informandum; captum autem examinat, seu recipit confessionem. Si autem procedit ex officio, edit reo copiam capitum inquisitionis, aut eam facit intimari, ut se defendat: eo discrimine, quod apud Castellanos datur statim, etiam ante ratificationem testium inquisitionis, seu accusatoris, copia summariæ informationis reo: juxta praxim verò Neapolitanam non datur reo copia processus informativè, seu repertorum, nisi habitis testibus pro repetitis, qui eo jure haberi possunt pro repetitis, etiam in causis gravissimis, & capitalibus; quod jure Regio Castellæ non permittitur in illis causis, in quibus imponi potest pœna corporalis; eo quod quis non est Dominus membrorum suorum (*liber homo* 13. *in princ. ff. ad l. Aquil.* Azeved. *in l.* 13. *n.* 10. *tit.* 7. *lib.* 3. *Recop.*) neque reus potest renunciare in ejusmodi causis suis defensionibus. Habitis verò testibus pro repetitis in hoc Regno Neapolitano dari potest, & datur copia repertorum, seu summariæ informationis, & lis contestatur. Si verò procedatur via accusationis, facto examine rei, accusatio proponitur, cujus data copia reus litem contestatur, & suas proponit exceptiones; super quarum disceptatione datur terminus quo peracto fit publicatio, causaque concluditur, & devenitur ad sententiam diffinitivam, si probationes sint concludentes condemnando, si nullæ absolvendo. Si verò non sint concludentes, sed dumtaxàt reus urgeatur gravibus, & legitimis indiciis negati criminis, subjicitur torturæ; de quibus modis procedendi Castellani videant Suarez de Paz *in praxi* 1. *tit.* 5. *p. cap.* 1. 2. & 3. ubi optimè docet Tyrones modum procedendi, & formandi processum contra eos præsentes nihil omisso, & Joannem Vela *de modo procedendi in causis criminalibus ex cap.* 2. Neapolitani verò Follerium *in pract. crim.* 1. *p.* 2. *p. usque ad Rubricam fiat relatio Nuncii,* & 2. *p.* 2. *p.* & 3. & 4. *p. principalibus,* ubi latissimè, & optimè & Nuncium Tartaglia *in praxi Magn. Cur. Vicar. causarum criminalium, ex cap.* 1. & aliqua apud Marantam *in praxi,* 4. *part. distinct.* 1.

750 Solet autem statim post examen rei carcerati incidere quæstio frequentissimè an sit, vel non sit relaxandus sub fidejussoribus; qua in re duæ regulæ sunt constituendæ. Prima affirmativa, ut tunc reus sub fidejussoribus sit relaxandus, quando ex processu non venit illi imponenda pœna corporalis. Secunda negativa, ut ibi venit imponenda pœna corporalis ex processu reus non sit sub fidejussoribus relaxandus. Utraque traditur *in l.* 1. & *in l. divus* 3. *ff. de custod. & exhibit. reor.* de quibus videantur Rodericus Suarez *de fidejussore in causa criminali, ex n.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 16. *tit.* 1. *p.* 7. *gloss.* 5. *per textum ibi,* & *in l.* 10. *tit.* 29. *eadem part.* 7. *gloss.* 1. & *seqq.* & textus ibi, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *n.* 8. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 9. *n.* 7. & 8. Matienzus *in l.* 10. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 1. *ex n.* 14. Paz *in praxi,* 1. *tom.* 5. *part. cap.* 3. §. 6. *n.* 90. Salcedo *ad pract. Bernardi, ad cap.* 124. *litter. A. vers. Ultimo,* Joan. Vela *de modo procedendi in criminalibus, cap.* 6. *n.* 36. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotidianarum, cap.* 17. *n.* 47. Bossius *tract. crim. tit. de carcerato fidejussorib. committendo, per totum,* Julius Clar. *lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 46. *ex n.* 6. Farinac. *in praxi crimin. q.* 33. *ex n.* 1. Tuschus *litt. F. concl.* 330. & *litt. C. concl.* 87. Heringius *de fidejussoribus, cap.* 10. *ex num.* 359. & 380. latissimè Pyrrhus Maurus *de fidejussoribus,* 1. *p. sect.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 5. & 2. *part. sect.* 4. *cap.* 21. *n.* 2. & 3. Magonius *decis. Lucensi* 42. (In Regno Neapolitano quid sit servandum, vide Marantam *in praxi, p.* 6. *tit. de satisdatione, octavo membro judicii, n.* 10.)

751 Advertendum est autem regulam affirmativam esse ampliandam, ut locum habeat etiamsi reus damnatus fuerit pœna pecuniaria, aut alia non corporali, & appel-

laverit : nam nihilominùs poterit à Judice à quo, relaxari, ut notat Gregor. Lopez *in l.26. tit.23. part.3. gloss.* 5. & Farinac. *in praxi, d. q.* 33. *ex n.* 20. *ad* 23. & statuitur apud Castellanos *in l.*16. *tit.*18. *lib.*4. *Rec.* quæ tametsi loquatur in causa civili, idem est dicendum in criminali , dummodò non possit imponi pœna corporalis ob eandem rationem. Tametsi contrarium sentiat Francisc. Marc. *decis.*913. *ex n.*1. *part.* 1. juxta cujus sententiam videtur edita pragmatica quædam vocata duodecima, de appellationibus, in Regno Neapolitano, in novissima compilatione edita post hæc scripta. Item advertendum erit, pœnam temporalis relegationis (exilium vocamus indifferenter Hispani, non distinguentes exulem à relegato, ut distinguebantur apud Romanos) non esse corporalem , ut probatur *in l.*2. *in princ. tit.*19. *lib.*8. *Recop.* & notat ibi Azeved. *n.*1. *& in l.*8. *n.*1. *in fin. cum seqq. tit.*18. *lib.*4. *Recop.* Avend. *de exequend. mandat.* 2. *part. cap.*16. *n.*17. *&* 18. Antonius Gomez *tom.*3. *variar. cap.* 1. *n.*13. *in fin.* Bobadilla *lib.* 5. *Politic. cap.*1. *n.* 128. Boerius *decis.*254. *num.*4. Cornazan. *decis.* 197. Jul. Clar. *libr.*5. *sentent.* §. *fin. q.* 32. *n.* 5. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 33. *n.* 55. *vol.*1. Caball. *resol. crimin. casu* 156. *n.*13. *& seqq.*

752 Cæterùm, quod attinet ad reos criminis absentes, fugitivosque , & contumaces , (contra quos quomodo sit procedendum , latissimè agit Scaccia *de judiciis causar. civil. & crimin. libr.* 1. *cap.*97.) de jure communi, & veteri jure Castellæ partitarum, Judex loci delicti non potest proferre contra absentem sententiam diffinitivam capitalem, sive via inquisitionis , sive accusationis procedatur, quia neminem inaudita causa damnari æquitatis, ratio patitur, quam consuetudinem apud Romanos receptam dicitur, *Actorum* 25. *n.* 16. meminit Joan. Stephanus Menoch. *institutionis politicæ, lib.*2. *cap.* 12. *n.*3. probat textus *in Clement. Pastoralis,* §. *quod si punitio, de re judic. & in l. absentem* 5. *ff. de pœnis in l.* 1. *in princ. &* §. 1. *de requirend. reis, & l.*1. *C. eod. tit.* & docuit Glossa *in Auth. ut nulli Judicum, cap.* 5. *seu,* §. *si verò quis comprehensorum, verb. Comprehendere, collat.* 9. *& in l.*7. *tit.*8. *part.*3. & ibi Glossa sexta, notant Olanus *in concordia, litt. A. ex n.* 1. & Barbosa *in l. hæres absens* 19. §. *proinde, in art. de foro delicti, n.*5. 6. *&* 7. *& ex n.*92. *ff. de judiciis;* sed dumtaxàt potest, & debet reum adnotare, idest decernere, ut requiratur relato ejus nomine in publica acta, ut placet Duareno *lib.*1. *disput. anniversaria, cap.*8. & Ubesembecio *in paratitla, n.*2. *ff. de requirend. reis,* & ibidem Cujacio, & Olano *in concordia, litter. A. n.*19. *& seqq.* & eductis eum adesse jubere , ut potestas sit sui purgandi, *d. l.*1. *C. de requirend. reis,* interea autem absentis bona describuntur, ut in tuto sint, *l. ultima, ff. eod. tit.* Quod si accusatus, & requisitus absens intra annum, ex quo ea annotatio facta est , Judicem adjerit, & se purgaverit, vel mortuus fuerit, bona vivus recuperat, mortuus ad suos hæredes transmittit, *l.*1. §. *sed & Papinianus, l.*2. 4. 5. *ff. de requir. reis, l.* 1. *C. eod. tit.* Sin verò anno elapso non redierit, sed contumax fuerit, & perseveraverit, bona fisco irrevocabiliter vindicantur, *dict.* §. *sed & Papinianus, l. anni, l. annus , l. mandatis, ff. de requirend. reis, l.*2. *C. eod. tit. d. l.*7. *tit.*8. *part.*3. & ibi Gregor. per omnes Glossas : consonat *constit. grandis utilitas, lib.*2. *constit. Regn. Neapolit.* Adeò, ut etiamsi post annum venerit ad judicium, quasi moram purgaturus, & innocentiam suam ostenderit, nihilominus bona apud fiscum perseverent, & recuperari non possit; notant Doctores ad prædictas leges, Ubesembecius *in paratitla, ff. de requir. reis,* quare potest contumax, & absens pœna pecuniaria damnati, *d. l. absentem , §. adversus contumaces,* ubi dicitur absentem posse damnari pœna infamiæ, & usque ad relegationem, non ultra : consonat Glossa ibi *verb. Existimationem, cum tribus sequent.* & Gloss. *in verb. Capitaliter, in d. constit. Regni, grandis utilitas, lib.*2. *tit.*1. & Andr. de Isernia *ibidem in princ.*

753 De jure noviori Regni Castellæ modus procedendi contra absentes contumaces traditur *in l.*3. *tit.*10. *lib.*4. *Recopil.* vi-

videlicèt, cùm quis crimen incurrerit ejus conditionis, ut sit locus bonorum sequestro, bona statim ab initio, capta summaria delicti informatione sequestrantur, post reus absens citatur ter per præconia de novenio in novennium, quæ citationes intimantur domi, si eam habuerit in loco delicti; in iisdem dilationibus, & terminis affiguntur edicta in locis publicis civitatis, quibus citatur, & vocatur, ut exhibeat se purgaturus innocentiam suam à culpa delicti in specie expressi, quod illi imputatur. Quod si se judicio non sistat, & in carceribus præsentet, facta fide de perseverantia in contumacia per Scribam causæ in fine cujusque termini ex prædictis, incusatur ejus contumacia, & in ea persistens damnatur quibusdam pœnis pecuniariis contumaciarum, & expensis, quæ Hispanè vocantur, *despreces, y omezillo*, antiquis vocibus. Quod si per tertiam dilationem non venerit responsurus, si proceditur ex officio, proponuntur illi capita inquisitionis, ac si esset præsens, ut se defendat, Hispanè dicimus, *se le haze cargo*: quod si procedatur via accusationis, proponitur accusatio in forma, Judexque decernit edi accusato, copiam non secus, ac si esset presens, quod decretum intimatur in auditorio, admittiturque accusator ad probationem intimatis in auditorio actis, Hispanè dicimus, *se notifican los autos en los estrados de la Audiencia*; repetunturque testes fisci, vel accusatoris, & Judex ex officio procedit ad veritatem indagandam, & comprobandam absentis innocentiam, fitque testium publicatio, & tandem conclusio. Quod si reus interea se judicio sistat, aut in carceribus præsentet (quod vulgò dicitur) refectis expensis, & solutis prædictis pœnis auditur de novo; verùm testes fisci, & accusatoris iterum non repetuntur, sed censetur plenaria, & perfecta probatio in damnum contumacis, solùm fit locus defensionibus rei. Si verò reus contumax perseverat, proceditur ad sententiam diffinitivam, in qua si probationes accusatoris videantur Judici insufficientes reum absolvit, ut *in d. l.* 3. dicitur, & tradit Anton. Gomez *in l.* 36. *Tauri, n.* 14. si verò sint concludentes, & probent delictum, vel saltem adsint in processu indicia, ex quibus reus præsens torqueretur, damnatur pœna ordinaria delicti, tàm corporali, quàm pecuniaria in commodum fisci, & accusatoris, & in expensis litis. Quæ sententia quoad pœnas pecuniarias, si reus perseveret per annum contumax, tàm quoad illas, quæ cedunt in commodum fisci, quàm in utilitatem accusatoris, transit in judicatum, & illas reus non recuperat, exemplo amissionis bonorum rei contumacis jure communi constitutæ, de qua numero præcedenti. Verùm quod ad pœnas corporales attinet, sententia lata reo absente, & contumace, non est mandanda exequutioni, sed reus circa illas semper auditur, semperque patet aditus ejus defesionibus, ne inaudita causa contra æquitatis rationem justis defensionibus præcluſa via, damnetur. Quare sententiam illam à Judice in contumacem latam censendam esse interloquutoriam, quæ contrario Imperio tolli possit, juxta textum *in l. quod jussit, ff. de re judicat.* censuit Joan. Garcia *de nobilitate, gloss.* 6. §. 1. *n.* 25. & reo se judicio sistente vires amittit, & infirma manet, ut notant Avendañ. *respons.* 15. *n.* 7. Azeved. *in d. l.* 3. *n.* 127. & 130. *tit.* 10. *lib.* 4. *Recop.* Tusch. *litt. C. conclus.* 1021. & *litter. D. conclus.* 138. Farinac. *decis. crim.* 191. *vol.* 2. De cujus legis tertiæ praxi videndi sunt Azevedus *ad eam*, Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *p. cap.* 4. Monterosus *in practica, tract.* 4. *tit. del processo en rebeldia*, Olanus *in concordia, litter. A. ex n.* 1. Avendañ. *respons.* 15. Joann. Garcia *d. gloss.* 6. §. 1. *ex n.* 21. Hevia Volaño *in Curia Philippica*, 3. *p.* §. 18. Villadiego *in sua Politica, cap.* 3. *ex n.* 375. Barbosa *in dict. l. hæres absens* 19. §. *proinde, in art. de foro delicti, ex n.* 95. & 96. *ff. de judiciis.*

754 De jure, & praxi Regni Neapolitani capta summaria informatione delicti reus carceratur, vel citatur ad informandum, ideſt ad se purgandum à culpa imputata, vel querella personaliter comparendo, quæ citatio per nuncium fit domi. Quod si facta relatione nuncii se citasse reum, reus non compareat, accusantur duæ contuma-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ciæ, aſsignatis diverſis terminis, & dilationibus ad comparendum reo abſenti extra civitatem, & extra Provinciam, & ultima contumacia accuſatur curia pro tribunali ſedente. Vocatur autem reus in ipſo Prætorio, ſeu banca juris, quam vocant, voce præconis. Quod ſi non compareat, nec aliquis pro eo, qui juſtam abſentiæ excuſationem proponat, condemnatur pœna contenta in mandato ad informandum, quæ eſt arbitria, & ipſi mandato ſolet inferi, & decernitur adverſus ipſum altera citatio ad recipiendum formam capitulorum ſpecialis inquiſitionis. Si verò compareat aliquis ad ipſum excuſandum, cur in judicium non veniat, debet alteram ex tribus excuſationibus proponere abſentiæ, infirmitatis carcerationis. Si autem, vel excuſator Judicem non adeat, vel excuſationem propoſitam non comprobat accuſata contumacia, ut dictum eſt, Judex procedit ad annotationem bonorum rei, & inventarium conficiendum, ne occultentur, quoniam reus contracta contumacia amittit tertiam partem mobilium bonorum, quæ fiſco irrevocabiliter adquiritur. Quòd ſi in contumacia perſeveret, proceditur ad bannum, quod in ultimo decreto contumaciæ comminatum eſſe debet. Bannire autem non eſt aliud quàm reum ponere extra civitatis protectionem, & correſpondet excommunicationi canonicæ, aut antiquę interdictioni, aquę, & ignis, & exinde à nullo poteſt impunè receptari, & à quocumque capi poteſt. In quo banno ſi quis per annum perſeveret contumax, ſi ob delictum pro quo bannitus eſt poſsit imponi pœna mortis naturalis, aut abſciſionis membri, aut mortis civilis, aut carceris perpetui (quæ in foris civilibus Neapolitanis, quandoque admittitur, ut eam vidimus nonnumquam impoſitam, in foro Eccleſiaſtico uſitata eſt, ut agnoſcunt Bernard. Diaz *in pract. cap.* 137. *& ad eum* Salcedo, Ponte *conſ.* 73. *vol.* 1. Rovit. *in prag.* 1. *n.* 31. *de pœnis*, & in foro etiam civili de jure Caſtellæ in quibuſdam caſibus locum habet, ut tradit Bobadill. *Polit. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 56. *& lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 7. *&* 8.) profertur contra reum ſententia forjudicationis, quæ eum habet effectum, ut poſsit forjudicatus impunè à quocumque privato occidi. Imò ſolet nonnunquam proponi præmium occidenti forjudicatum, vel indulgentia ſuorum delictorum, vel aliud pecuniarium. Si autem prolata ſententia forjudicationis contra aliquem ille capiatur, recognoſci debet, & recipitur ad hunc effectum ejus confeſsio. Quod ſi neget eſſe ſe illum, qui forjudicatus eſt, adhibentur teſtes de recognitione. Recognitione verò facta datur illis brevis terminus ad dicendum, quare ſententia forjudicationis exequutioni mandari non debeat, daturque illi Advocatus, & Procurator, & copia proceſſus forjudicationis, & ſententiæ adverſus quam ſolent allegari nullitatis, quæ ſi militent, auditur, & proceditur contra eum, tamquam contra præſentem purgata contumacia. Si verò nullitates locum non habeant intra brevem terminum furca ſuſpenditur. Hunc modum procedendi docet Follerius *in pract. crim. tota* 1. *p.* 2. *p.* & Tartaglia *in pract. crim. Magnæ Curiæ Vicariæ, cap.* 6. *præſertim ex num.* 8. apud quem videbis formam ſententiæ forjudicationis. Adde *conſtit. grandis utilitas, lib.* 2. *tit.* 1. *& conſtit. pœnam eorum, eodem lib. tit.* 3. Tametſi verò in hoc Regno tam acerbus ſit modus procedendi contra delinquentes, nuſquam vidi, aut atrociora delicta, aut frequentiora, aut inverecundiùs commiſſa, quam in eo perpetratur. Scit Deus, cui ſit imputandum.

755 De jure verò Saxonum quis ſit procedendi modus contra abſentes, & contumaces delinquentes, habes apud Ubeſembecium *in paratitla, ff. de requirend. reis, ex n.* 6. & Hartmanum Piſtoris *lib.* 1. *quæſt. juris, quæſt.* 3. & Ulricum in additione ad eam; qui tamen multum convenit cum proceſſu Neapolitano, ſeu Italico.

756 Quoniam verò ad Judicem pertinet, quantum in ſe eſt curare, ut omninò ſatisfiat parti læſæ, atque item Reipublicæ, cui præeſt ex malo criminis exemplo offenſæ, & ſcando affectæ, facta publica vindicta, ut publico ſupplicio delinquentibus illato, cæteri à delinquendo abſterreantur, & à maleficiis obſtineant, non exiſtimabit, of-

fi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ficio se satisfeciſſe ſuo formato Proceſſu, quibus modis diximus contra contumacem, niſi ſimul procuret modis omnibus reum undecumque quæſitum capere,& in vincula conjicere , ut poſsit illum afficere condignis pœnis. Quare inquirere debebit; in quem locum ſe contulerit reus, & ubi moretur ; quod ſi locus ille, in quo latitat, & ubi moratur, ſit intra ſuum territorium,illùc ſe conferre debebit, vel ſuos miniſtros mittere, quò reum capiant, & in carcerem adducant. Si verò locus ſit extra territorium , ut plerumque contingit, cùm captura ſit actus contentioſæ juriſdictionis, & ea non poſsit extra territorium exerceri, *l. extra territorium, ultima, ff. de juriſdictione omnium Judicum*, non poterit ipſe per ſe , aut ſuam familiam in alieno territorio capere delinquentem , quod adnotavi *ſupra q.* 1. *n.* 25. & notarunt Boſsius *tit. de captura, n.* 34. & Joan. Vela *de modo procedendi in cauſis criminalibus, cap.* 6. *n.* 9. Quod adeò verum eſt, ut procedat, etiamſi familia Judicis delicti cœperit inſequi in ſuo territorio delinquentem fugientem ab eo , uſque ad extraneum : nam in extraneo capere non poterit. Tradunt Boſsius *dict. n.* 34. Julius Clarus *lib.* 5. *ſentent. §. fin. q.* 29. *n.* 10. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 9. *n.* 5. & ibi additio *litt. B.* Angel. *de maleficiis, verb. Quod fama publica, n.* 62. Bobad. *lib.* 2. *Politic. cap.* 13. *ex n.* 66. Farinac. *in praxi crim. q.* 7. *n.* 41. Caball. *reſol. crimin. caſu* 291. *n.* 5. *cum ſeqq.* Molinus *de brachio ſæculari, lib.* 2. *cap.* 23. *ex n.* 11.

757 Utendum ergò erit Judici in eo caſu , frequentiſsimo remedio litterarum, quas vocant hortatorias, ſeu requiſitorias, aut ſubſidiales , quibus petat à quibuſcumque Judicibus apud quos remanet , ut eum capi faciant per ſuam familiam,& ad requirentem remittant puniendum, quemadmodum idem efficere ſolet in cauſis civilibus, ut dixi *d. quæſt.* 1. *n.* 15. *cum ſeqq.* docent Gregor. Lopez *in l.* 18. *tit.* 1. *part.* 7. *gloſſ.* 5. per textum ibi, Covarr. *in pract. cap.* 11. *ex n.* 3. Julius Clar. *lib.* 5. *ſentent. §. fin. q.* 38. *n.* 19. Avendañ. *de exeq. mand.* 2. *part. cap.* 7. *ex n.* 6. Joan. Vela *ubi ſupra, d. cap.* 6. *n.* 10. Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 13. *ex n.* 65. Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *§. proinde, in art. de foro delicti, ex n.* 69. *ff. de judiciis*, Avilès *in cap.* 27. *Prætorum, verb. Entreguen, n.* 8. *&* 9. Molinus *de brachio ſæculari, lib.* 2. *cap.* 22. *per totum*, & deſumitur *ex leg.* 20. *in princip. & §.* 2. *tit.* 21. *libr.* 4. *Recop. & ex l.* 3. *&* 5. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Quod jus originem ſumpſit, *ex l.* 1. *§. Præſides, ff. de requirend. reis, l. ſolent* 7. *ff. de cuſtod. reorum*, & ex textu *in Auth. ut nulli Judicum, §. ſi verò quis comprehenſorum, collat.* 9. *& Authent. ſi verò criminis , C. ad l. Jul. de adult.* De jure Caſtellæ veteri, *l.* 1. *tit.* 29. *part.* 7. ubi Gregor. *Gloſſa* 2. *in d. q.* 1. *n.* 26. dixi qua forma ſint expediendæ litteræ requiſitoriæ in civilibus,egique breviter de criminalibus,remittens ad hunc locum latiorem tractatum. Circa quarum litterarum formam, uſum, & exequutionem ſolent occurrere quædam difficultates hoc loco explicandæ, ut ſcire poſsit Judex requiſitus, quando illis obſequi debeat,quando non item.

758 In primis ſciendum eſt, uſum litterarum requiſitoriarum inter Judices admiſſum eſſe ad diverſos effectus. Aut enim mittuntur ſolùm ad citandum aliquem civiliter; aut ad citandum realiter,ſeu capiendum, & remittendum ; aut ad ſequeſtranda bona alicujus exiſtentia intra territorium Judicis requiſiti ; aut ad immittendum aliquem in eorum poſſeſsionem ; aut ad exequendum decretum,aut ſententiam à Judice requirente latam, *ut in l. à Divo Pio* 15. *§. ſententiam Romæ , ff. de re judicata* , aut exequendam ſententiam criminalem,quemadmodum ſolent Eccleſiaſtici remittere ſæcularibus exequutionem ſententiarum ſanguinis in delictis graviſsimis, quod vocant relaxare reos brachio ſæculari , juxta animadverſionem Bartoli *in leg. Magiſtratibus* 121. *num.* 4. *&* 5. *ff. de juriſdictione omn. judic.*

759 Quo ſuppoſito prior dubitatio occurrit examinanda , an Judex requiſitus teneatur fidem adhibere quibuslibet litteris requiſitoriis ad eum miſsis, eaſque exequutioni mandare, nulla alia adhibita cauſæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sæ cognitione: an verò teneatur id efficere præmissa causæ cognitione.

760 Prima sententia ait, Judicem teneri præstare obsequium requisitoriis litteris, nulla alia adhibita causæ cognitione, illisque simpliciter asserentibus, aliquem esse reum, fidem habere, pro quarum exequutione statim capi, & remitti oportere à Judice requisito, sine ullo alio examine, an verum sit, quod continent litteræ requisitoriæ, an justum, quod rogant. Ita sentit Cynus *in l. properandum, §. sin autem reus, n.* 10. *C. de judiciis, & in Auth. qua in Provincia, C. ubi de criminib. agi oport.* Bart. *in l. interdum, ultima, §. idemque, ff. de publicand. & vectigal.* Fulgosius *in l. Magistratibus, n.* 5. *in fine,* Paulus *n.* 2. Roman. *n.* 4. *in fine,* Jaso *in princip. ante n.* 1. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Julius Clarus *lib.* 5. *senten. §. fin. q.* 38. *n.* 19. *in fine,* Rebuffus *tom.* 2. *in constit. reg. tit. de litteris requisitoriis, in præfatione, n.* 13. ubi testatur de generali usu, Foller. *in pract. crimin.* 1. *p.* 2. *p. Rubrica notatos capita de persona, num.* 22. *& in constit. Capitaneorum, n.* 86. Francisc. Marcus *decis.* 119. *n.* 6. *& decis.* 332. *n.* 7. 2. *p.* Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 87. *in fine,* Barbosa *in d. l. hæres absens* 19. *§. proinde, in art. de foro delicti, n.* 72. 73. 77. *&* 78. ubi ait, sic esse statutum in Regno Portugaliæ. Et probatur, quoniam Judex requisitus habet vicem exequutoris, ut notant Bart. Paul. & Jaso, ubi supra: exequutor autem non potest cognoscere de veritate causæ, cujus ei committitur exequutio, *l. si ut proponis, C. de exequut. rei judic. cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg.*

761 Secunda sententia est, non debere, nec posse justè Judicem requisitum exequutioni mandare decreta Judicis requirentis, credendo soli simplici ejus relationi, sine prævia aliquali cognitione causæ, veritatisque, & justitiæ earum litterarum, quibus requiritur, ut auxilium requirenti præstet, brachiumque impartiatur. Ita sentiunt Glossa *in Clement. pastoralis, §. quod si punitio, verb. Demore, circa fin. de re judic.* Bart. *in l. Magistratibus* 12. *n.* 4. Alber. *n.* 6. *&* 7. Bald. *n.* 3. Angel. *n.* 6. Paulus seipsum explicans, *n.* 4. Alexand. *n.* 8. *& seqq. ff. de jurisdict. omn. judic.* idem Alberic. optimè declarans *in Auth. qua in Provincia, n.* 11. *&* 12. *C. ubi de crimin. agi oport.* idem Paulus *in l.* 1. *n.* 6. *C. eod. tit.* Oldradus *consil.* 124. *n.* 4. Marian. Socin. *in cap. postulasti, n.* 15. *de foro compet.* Panormit. *in cap. ultimo, n.* 18. Felinus *n.* 10. *eod. tit.* Bartholomæus Socin. *regul.* 415. *alias litter. R. regul.* 4. *fallent.* 5. Covarr. *in pract. cap.* 11. *n.* 8. Guido Papæ *decis.* 202. *n.* 1. Avendañus *de exequut. mandat.* 2. *p. cap.* 7. *n.* 6. *& tract. de exceptionibus, n.* 18. *& respons.* 40. *n.* 3. *&* 4. *n.* 9. *vers. Decima conclusio, & vers. Undecima conclusio,* Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordinamenti, gloss.* 1. *pag.* 339. *colum.* 2. Bobadilla *in Polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 69. Joan. Vela *de modo procedendi in criminalibus, cap.* 6. *n.* 11. Bossius *tit. de foro compet. n.* 50. 87. *& seqq. usque ad* 91. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 2. *cap.* 38. *ex n.* 2. *& cap.* 40. *ex n.* 38. Farinac. *in praxi. q.* 7. *ex n.* 34. Francisc. Marcus *decis.* 179. *n.* 7. 2. *p.* Salcedo *ad practicam Bernardi, cap.* 151. Cancer *variar. resol. p.* 2. *cap.* 15. *ex n.* 9. Quæ proculdubio est magis communis sententia, & usu recepta, non solum in Regno Castellæ, ubi eam sæpius practicavi, & practicari vidi, sed etiam in Regno Neapolitano in cujus Sacr. Cons. me interveniente nonnunquam practicata est. Et probatur ex textu *in l. Divus* 3. *ff. de custod. reor. & in Authent. de sanctissimis Episcopis, cap.* 21. *§. si verò crimen, collat.* 9. Et ex eo probat prædicta Glossa *in d. clementina pastoralis,* quoniam alioqui per capturam quis injustè, & calumniosè, & absque ulla justa causa afficeretur injuria. (Qua verò injuriosa sit captura, exagerat Paulus de Castro *in l.* 4. *§. condemnatum, n.* 3. *in fin. ff. de re jud.* dicens, esse injuriam, quæ non potest aboleri: & tanquam in injuria, & damno irretractabili supersedendum esse in executione decreti capturæ, quoties objiciuntur contra ipsum nullitatis, etiamsi non offerantur probationes in continenti. Quod dictum extollit, & sequitur Alexand. *ibidem, n.* 29. & Jaso. *n.* 22.)

762 Verùm ut in hac re possit statui cer-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

certa, & determinata doctrina in casibus occurrentibus, concordarique prima sententia cum secunda, oportet distinguere diversos casus, in quibus occurrunt diversæ considerationes. Et primò distinguendum est, an per litteras requisitorias invocetur brachium, seu auxilium Judicis sæcularis à Judice Ecclesiastico: an verò invocetur brachium, seu auxilium Judicis sæcularis ab alio Judice sæculari ad executionem decreti, seu sententiæ latæ à Judice requirente. Sub primo autem casu adhùc includuntur plures diversi. Primus est, cùm invocatur brachium, seu auxilium sæculare à Judice Ecclesiastico super executione alicujus decreti, aut sententiæ, in causis merè Ecclesiasticis, ut in causa matrimoniali, aut circa creationem Sacerdotum, & Episcoporum, distributionem Diœcesum, & ejusmodi aliis, quarum definitio de jure divino pertinet privativè ad tribunalia Ecclesiastica, & circa quas eodem jure Clerici exempti sunt à sæculari, & laica jurisdictione, ut dicimus *q. præced. n.* 397. & adnotavit Belluga *in speculo, Rub.* 11. *§. sunt, & aliæ ex n.* 1. dummodò in illis agatur de jure, non de facto, juxta distinctionem traditam communiter à Doctoribus *in l. Titia* 35. ubi videndus est Barbosa *ex n.* 21. *ff. solut. matrim.* Eodem pertinet, cùm invocatur brachium, seu auxilium sæculare ad executionem decreti, aut sententiæ latæ in causis criminalibus, in quibus tractatur de crimine merè Ecclesiastico, cujus cognitio, & punitio privativè pertinet ad tribunalia Ecclesiastica, ut docet textus *in Auth. ut Clerici, apud propios Episcopos, cap.* 1. *seu, §. si verò Ecclesiasticum, collat.* 6. *novell.* 83.

763 Non est verò facilè discernere, quænam sint crimina merè Ecclesiastica: nam Doctores varia dicunt, & difficulter se ab hac difficultate extricant. Quidam existimant crimen merè Ecclesiasticum esse illud, quod cœpit prohiberi sola lege divina supernaturali, vel est vetitum sola lege Pontificia. Ita definit Navarrus *in relect. cap. novit. notab.* 6. *corollar.* 11. *n.* 39. *de judiciis.* quem sequuntur Joan. Luppus, Geminian. *de usuris commentar.* 4. §. 4. *n.* 8. *vers. Unde tertia, alias n.* 66. Simancas *de Catholicis institut. tit.* 36. *n.* 1. dum ait crimen merè Ecclesiasticum esse illud, quod christiana religio ostendit esse crimen, cùm tamen antea per jus civile crimen esse ignoraretur, quod eodem ferè recidie, & Covarruvias *libr.* 3. *variarum, cap.* 3. *num.* 1. §. *ego ut liberè, vers. Tertiò ratione*, Gaspar Roderic. *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *n.* 125. Anastasius Germonius *de sacrorum immunitatibus, lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 51. *in fin.* Barbosa *in l. Titia* 35. *n.* 50. *ff. solut. matrimon.* Sed hæc sententia non placet, quoniam blasphemia, quæ adversatur confessioni fidei sola lege supernaturali cœpit prohiberi, & tamen est mixti fori. Item desperatio adversatur spei supernaturali, ac per consequens sola lege supernaturali cœpit prohiberi, & tamen punitur etiam in foro sæculari, præsertim apud Hispanos, ut constat *ex l.* 8. *tit.* 23. *lib.* 8. *Recopil.* (*& toto tit.* 27. *part.* 7. conformibus doctrinæ Aristotelis *lib.* 5. *Ethicor. cap.* 15.) & tradit attento jure communi Hieronymus à Laurent. *decis.* 123. (& Petrus Gregorius *lib.* 39. *syntagmatis juris universi, cap.* 22.)

764 Alii ad hanc rem explicandam distinctione utuntur, dicuntque crimen merè Ecclesiasticum esse aliquod, vel ratione personæ, ut crimina Clericorum gaudentium fori immunitate, vel ratione rei in qua ut quod principaliter committitur in sacris, vel Sacerdotibus, vel privilegiis eorum, aut ratione loci, ut quia in Ecclesia delinquitur, aut ratione pœnæ, ut illud pro quo fertur sententia excommunicationis, suspensionis, depositionis. Ita explicat Baldus *in Auth. Clericus quoque, n.* 6. *&* 7. *C. de Episcop. & Cleric.* quem sequuntur Belluga *in spec. Rubric.* 11. §. *videamus, n.* 1. *&* 2. & Francisc. Marcus *decis.* 535. *n.* 15. 1. *p.* discernens ex genere pœnæ crimina Ecclesiastica à sæcularibus. Quæ consideratio proculdubio vera est, sed minus conveniens præsenti articulo, in quo tractamus de ratione, qua crimen ita redditur Ecclesiasticum, ut de illo laicus Judex cognoscere non possit, etiamsi à laicis committatur.

765 Alii dicunt, crimina merè Ecclesiast-

siastica esse illa, quæ solo jure canonico sunt prohibita, quæ verò utroque jure prohibentur, esse mixti fori. Ita definit Goffredus *in cap. cùm sit generale*, & Cardin. Zabarella *ibi, n.* 4. *de foro compet.* Archidiac. *in cap.* 1. *n.* 411. *quæst.* 1. assentiuntur Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.* 37. *n.* 4. Cardin. Tusch. *litter. C. conclus.* 566. *n.* 5. *tom.* 2. Duarenus *libr.* 1. *de Ecclesia, cap.* 2. sed eos impugnat Abbas Panormit. *in dict. cap. cùm sit generale, n.* 31. & Marianus Socinus *n.* 26. ex eo quod juxta hanc doctrinam crimen hæresis, quod utroque jure prohibetur, non esset merè Ecclesiasticum.

766 Alii dicunt, delicta merè Ecclesiastica esse, quæ vel solo jure canonico prohibetur, vel de quibus laici Judices cognoscere non possunt. Ita declarat Abb. Panormit. *in d. cap. cùm sit generale, n.* 31. Marianus *n.* 26. *de foro compet.* Geminianus *in cap. ultimo, n.* 12. *eodem tit. in sexto*; sed est obscura admodum, & confusa definitio, & videtur definiri idem per idem.

767 Alii dicunt crimen merè Ecclesiasticum esse, quod principialiter respicit potentiam, vel reverentiam Dei. Ita definit Bart. Socin. *consil.* 119. *n.* 11. *vol.* 4. quem sequitur Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 25. *n.* 65. Verùm multa crimina sunt admissa contra reverentiam Dei, quæ mixti fori sunt, ut blasphemia, teste Julio Claro *lib.* 5. *§. blasphemia, n.* 4. & ibi Bajardo *n.* 15. & sacrilegium mixti quoque fori, teste eodem Claro *d. lib.* 5. *§. fin. q.* 37. *n.* 6. & Francisco Marco *decis.* 595. *n.* 3. *& decis.* 608. 2. *part.*

768 Jam ut accedamus ad resolutionem tam controversæ definitionis. Primò certum est, delictum merè Ecclesiasticum esse proculdubio illud, quod sola lege canonica prohibetur, non civili: nam quod fuerit ejus conditionis, pertinet privativè quoad punitionem ad solum Ecclesiasticum Judicem; quippè cùm Judex sæcularis punire non possit, nisi eum, in quem pœna à lege civili statuta est, argumento *l. & si quis* 14. *§. divus autem* 14. *ff. de Religios. & sumptib. funer. & ex l.* 3. *ff. de concubin.* & traditis ad eam ab Anastas. Germonio *animadversionum, lib.* 1. *cap.* 11.

769 Secundò certum est, crimen merè Ecclesiasticum esse illud, quod tametsi lege civili sit prohibitum, & in illud statuta pœna, tamen jure canonico statutum est, esse crimen merè Ecclesiasticum. Hujusmodi est crimen hæresis, quod jure canonico declaratum est, esse merè Ecclesiasticum, ut docet textus *in cap. ut inquisitionis* 18. *§. prohibemus*, & ibi Doctores *de hæreticis in sexto*, cùm tamen jure civili sit, etiam prohibitum, ut constat *ex l.* 1. 2. *&* 3. *& seqq. C. de Summa Trinit. & Fide Cathol. & toto tit. C. de hæreticis, & Manicheis apud Hispanos ex toto titul.* 26. *par.* 7. *& ex l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recop. apud Neapolitanos ex constit. inconsutilem, de Hæreticis, & Paterenis, & ex constit. Patarenorum, de Patarenor. receptatorib.* docet Gregor. *in l.* 2. *d. tit.* 26. *part.* 7. *gloss.* 3. Alciatus *in cap.* 1. *n.* 73. *de offic. ordinar.* Bossius *tit. de hæreticis, ex num.* 10. Julius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. hæresis, ex n.* 4. Afflictis *in verb. Bona contrahentium, n.* 12. *quæ sint regalia*, Simancas *de Catholicis instit. tit.* 36. *ex n.* 1. Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *n.* 70. Paz *in praxi*, 2. *tom. prælud.* 2. *ex n.* 28. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 4. Farinac. *in praxi, q.* 8. *n.* 127. *& quæst.* 186. *§.* 9. *n.* 153. Villar *in sylva respons. respons.* 12. *n.* 18. Carretius *tract. de hæreticis, §.* 3. *circa itaque tertium, ex n.* 1. Castro *de justa hæreticor. punit. lib.* 1. *cap.* 23. Directorium inquisitorum 2. *part. quæst.* 46. *n.* 11. & ad ipsum Pegna *commentar.* 158. *§. nunc quid*, Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. Molinus *de brachio sæculari, cap.* 8. (Gambacurta *de immunitate Ecclesiarum, lib.* 7. *cap.* 1. 2. *&* 6. *n.* 1. 2. *&* 4. *& cap.* 8. *ex n.* 1. Palacios *Rub. in repet. cap. per vestras notab.* 2. *§.* 1. *n.* 22. Belluga *in specul. Principum, Rub.* 11. *§. viso, n.* 1.) Barbosa *in l. Titia* 35. *n.* 37. *&* 38. *ff. solut. matrim.* ubi egregiè notat, & probat in causa hæresis non servari quæstionem facti juris à quæstione juris; ac proinde in causa hæresis, neque de quæstione facti posse cognoscere sæcularem. Quam eandem doctrinam prosequitur, & declarat ibidem *n.* 54. *ex versic. His ita explicatis*: (Notat Diana *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 1. *resolut.* 2. *tametsi contra*

tra ſentiant. Corraſius *in centuria Senatuſconſultorum Curiæ Tholoſanæ, cap.*70. Pereira *de manu* Regia, 1.*part. in concordiis, num.* 175. *ad finem libri*, Cevallos *de cognit. per viam violent.* 2.*p. q.*65. *n.*39. Anguian.*de legibus, lib.*2. *controv.*21. *ex n.*38.& Foller. *ad Marantam in ſpeculo*, 4.*p. diſtinct.*11. *n.* 8. quamvis generaliter loquens) imò verò, & Covarr. *lib.*3. *variar. cap.*3. *n.*1. §. *ego, ut liberè, verſ. Quod ſi crimen*, ſignificare videtur, illa ſola crimina eſſe merè Eccleſiaſtica, quæ tractare laicis Judicibus jus canonicum prohibuit: cùm ex eo probat, crimen uſurarum eſſe merè Eccleſiaſticum, quod in eo prædicta Regula locum non habet. Quod eodem argumento uſus eſt Gaſpar Rodericus *de annuis redditibus, libr.* 3. *q.*4. *n.*124. *verſ. Probatur primò.* Ratio autem hujus aſſertionis eſt, qua utitur Alphonſus de Caſtro *de juſta hæretic. punit. lib.*1.*d. cap.*23. Quoniam Judex ſæcularis non poteſt de hereſi inquirere, nec de illa judicare; videlicèt, non poteſt judicare an hæc, aut illa aſſertio ſit Hęretica, an Catholica. Ergò non propter illud crimen aliquem punire. Conſequentia ex eo conſtat, quia injuſtum eſt, ut quis poſsit judicare circa crimen, de quo non poteſt cognoſcere, & punire eum, cujus actum non poteſt, an ſit, & in quo genere, quantumque criminoſus diſcernere, decernere, & definire. Quod autem non poſsit ſæcularis poteſtas definire de rebus fidei, multis probat idem Alphonſ. de Caſtro *d. lib.*1.*c.*5.*& lib.*1.*adverſus hæreſes, cap.*8. de ea re videndus, & Farin. *in praxi, q.*186. *ex n.*1. *& ſect.*9. *ibidem ex n.* 152. Bellarminus *tom.*1. *vol.*2. *controverſ.*5. *lib.*3.*cap.* 17. ubi ſe ad alia loca refert.

770 Tertiò ex prædictis infertur ob eandem rationem, illa crimina eſſe merè Eccleſiaſtica, in quorum examine, & definitione involvitur, principaliter diſcernenda, & diſcutienda materia illarum cauſarum merè Eccleſiaſticarum, quas connumeravimus *quæſt. præced. n.*397. & paulò ante commemoravimus *num.*762. dum tamen tractetur quæſtione de jure, non de facto, (juxta rectè notata ab Anguiano *de legibus, lib.*2. *controverſia* 22. *ex n.*36.) ut crimen apoſtaſiæ, in quo vertitur quæſtio de fide, quemadmodum in cauſa hæreſis. Crimen ſchiſmatis, in quo vertitur quæſtio de electione Pontificis; crimen ſimoniæ, in quo vertitur quæſtio de beneficiis, & juribus ſpiritualibus, ut Doctores numero præcedenti relati animadvertunt, & colligitur ex traditis à Fachineo *libr.*1. *controverſiar. cap.* 44. Maranta *in ſpeculo*, 4.*part. diſtinct.*11.*n.* 8. *&* 67. Anaſtaſio Germonio *de ſacrorum immunitatibus, lib.*3. *cap.* 11. *ex n.*113. *&* Barboſ. *in d. l. Titia* 35. *ex n.*21. latiſsimè *& ex n.*54. *ff. ſolut. matrimon.* Tuſcho *litt. I. concl.* 446. (Gambacurta *de immunitate, lib.*7. *cap.*5. *n.*1. *& ſeqq.* Belluga *in ſpeculo Princip. Rubr.*11. §. *ſunt & aliæ, ex n.*1.)

771 Cætera verò crimina ſi dumtaxàt prohibeantur civili jure, ſunt merè ſæcularia, & in eorum cognitione, & punitione Eccleſiaſtici Judicis nunquam manus mittent, niſi ratione perſonæ delinquentis, quæ ſit Eccleſiaſtica. Si verò ab utroque jure, tàm civili, quàm Canonico prohibentur, ſunt mixti fori, & ambo Judices, tàm Eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, cognoſcunt contra laicos ſervata prævention is prærogativa, ut de blaſphemia, de crimine ſacrilegii, de uſura, de perjurio, de concubinatu: præterquam in Regno Neapolitano, in quo ſervandam eſſe pragmaticam tertiam, *de juriſdictionibus invicem non turbandis*, dicam *infra n.*775. *in fine*; & in ſpecie magiſque adamuſim, quænam ſint crimina mixti fori, vide apud Julium Clarum *libr.* 5. §. *fin. q.*37. Decian. *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.*26. Scacciam *de judiciis, lib.*1. *cap.* 12. *ex n.*15. Farinac. *in praxi, q.* 8. *n.*129. Franciſc. Marc. *deciſ.*595. 2.*part.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunitatibus, libr.*3. *cap.*12. *ex n.*51. (Cevallos *practicar. quæſt. tom.*4. *q.*897. *n.*573. Belletum *diſquiſition. clerical. p.* 1. *tit. de favore Clericorum reali,* §.4. Guazinum *de defenſionibus reorum, defenſ.*1. *cap.*11. Bellugam *in ſpeculo Princip. Rubr.*11. §. *videamus, &* §. *de uſurariis, & Rubr.* 12. §. *quædam,*) & Petrum Barboſa *in dict. l. Titia* 35. *ex n.*49. *circa finem, ff. ſolut. matrim.* Rutgreum Rulandum *de invocatione brachii ſæcularis, cap.* 9. Tuſchum lit-

litter. M. concluſ. 293. Parlador. *in ſeſquicenturia, differ.* 9. §. 2. Pereiram *de manu regia*, 2. *p. cap.* 56. Martam *de juriſdict.* 2. *part. per totam*, Binsfeldium *de confeſsionib. maleficorum*, 14. *prælud.*

772 Igitùr, ut reamus eo, unde digreſsi ſumus, in hoc primo caſu, cùm Judex Eccleſiaſticus in cauſa civili, vel criminali merè Eccleſiaſtica invocat auxilium branchii ſæcularis ad exequutionem decreti, ſeu ſententiæ facta fide ſæculari Judici publica, & authentica de decreto, ſeu ſententia latis ab ipſo in prædicta cauſa merè Eccleſiaſtica, cùm primum ſæculari conſtiterit decretum, ſeu ſententiam in prædicta cauſa latam (de quo omnino ſæculari conſtare debet, ut rectè tradit Cancerius *variar. reſolut. p.* 3. *cap.* 19. *ex n.* 3. *in fin. & n.* 4. ne alioqui detur occaſio Eccleſiaſticis ſub hoc prætextu quoties libuerit uſurpandi juriſdictionem in laicos, quod aliquando vidimus contingere hoc quæſito, & conficto colore ſpreta prohibitione textus *in clement.* 1. §. *verùm*, *de hæreticis*) ſine ulla majori, & ulteriori cauſæ cognitione, debet ſæculare auxilium, ſeu brachium inpartiri detrectatione, nulloque adhibito impedimento, aut allata excuſatione. Ita ſentiunt de cauſa hæreſis loquentes, Angel. *in l. Magiſtratibus* 12. *n.* 6. Fulgoſius *n.* 5. *in fine*, Romanus tametſi ſub obſcurè *n.* 4. *in fine*, Alex. *n.* 8. Socinus *n.* 13. Jaſo *n.* 10. Decius *n.* 10. melius omnibus *ff. de juriſdict. omn. judic.* Qui ſubjungit idem eſſe judicandum, quoties invocatur auxilium ſæculare in quovis crimine merè Eccleſiaſtico, Panormit. *in cap.* 1. *n.* 11. & 12. Alciatus *n.* 100. qui limitat *de offic. ordinar.* Boſſius *tit. de foro compet. n.* 87. & 90. (Julius Clarus *lib.* 5. *ſentent.* §. *fin. q.* 96. *n.* 7.) Simancas *de Cathol. inſtit. tit.* 36. *ex n.* 4. Salcedo *ad practic. Bernardi* (*cap.* 141. *ex principio additionis*,) & *cap.* 151. *n.* 11. *verſ. Vera item eſt*, Avilès *in cap.* 20. *Prætorum*, *verb. Uſurpan. n.* 20. Paz *in praxi*, 2. *tom. prælud.* 2. *n.* 30. Bobadilla *libr.* 2. *politic. cap.* 17. *n.* 171. & 174. Affligis *in conſtit. poſt mundi machinam*, *ſeu in proœmio conſtitut.* 1. *p. n.* 56. Molinus *de brachio ſæcular. cap.* 8. *n.* 1. & *ſeqq.* & *cap.* 9. Marta *de juriſdict. p.* 1. *cap.* 51. *ex n.* 1. Farinac. *in praxi*, *q.* 97. *ex n.* 101. & 103. & *q.* 186. §. 9. *n.* 165. & *ſeqq.* Pereira *de manu regia*, 2. *part. cap.* 53. *n.* 20. Volaño *in Curia Philippica*, 2. *part.* §. 3. *n.* 19. (Parlador. *libr.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 2. *part.* §. 2. *n.* 6. Cancer *variar. reſol.* 2. *part. cap.* 15. *n.* 12. Anguianus *de legibus*, *libr.* 3. *controv.* 31. *ex n.* 18. Rodriguez *de executione cap.* 2. *num.* 24. Syntagma *commun. opinion. libr.* 3. *tit.* 1. *n.* 128. Rebuffus *tom.* 2. *in Conſtit. Reg. tract. de litteris requiſitoriis in præfatione*, *n.* 20.) & communis opinio Canoniſtarum, & ferè omnium, quos retuli *ſupra n.* 769. Ratio eſt, quòniam in ſimili crimine Judex ſæcularis non poteſt ulterius procedere ad dignoſcendum, an ſententia ſit juſta, vel injuſta, an vim habeat, vel ſit nulla, cùm nullam habeat facultatem cognoſcendi de crimine, ut ſuperius dixi numero eodem, paulò ante relato; atque ita decretum eſt conſtitutionibus Pontificiis extravagantibus, ut *in conſtitutione*, *delictus filius*, edita ab Inocentio VIII. anno 1486. quæ eſt 10. inter Bullas Innocentii VIII. *tom.* 1. *Bullarii novi*; & *in conſtit. Honeſtis potentium votis*, edita à Leone X. anno 1521. quæ eſt inter Bullas Leonis X. 43. *eodem*, 1. *tom. Bullarii*; relatis inter litteras Apoſtolicas pro officio Sanctiſsimæ Inquiſitionis, in fine Directorii.

773 Eadem prorſus reſolutio amplectenda eſt, quoties Judex Eccleſiaſticus implorat brachium ſæculare ad exequendam ſententiam contra Clericum degradatum ab ipſomet Eccleſiaſtico, & ad Curiam ſæcularem remiſſum, ſeu relaxatum. Nam tunc non poteſt cognoſcere de viribus ſententiæ, neque novum formare proceſſum; ſed ſolum imponere pœnam condignam, quam Eccleſia præ miſericordia imponere recuſabit, tanquam in notoriè confeſſum, & convictum, non audito reo ſuper exceptionibus adverſus proceſſum factam ab Eccleſiaſtico, & ſententiam degradationis. Ita ſentit Marta *de juriſdict. part.* 1. *cap.* 51. *ex n.* 16. & *part.* 4. *caſu* 131. & 132. Rationem reddit, quia ſæcularis fundat ſuam juriſdictionem in Clericum degra-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gradatum per qualitatem degradationis, *cap. novimus* 27. *in princ.* ubi Panormitan. *n.* 2. *de verbor. ſignific. cap. degradatio* 2. *de pœnis, lib.* 6. Decius *in cap. cùm non ab homine, n.* 68. *&* 69. *de judiciis.* Ergo niſi præſupponatur prædicta qualitas juſtæ degradationis, nulla competit ſæculari juriſdictio in Clericum, *l.* 2. *§. ſed ſi dubitetur, ff. de judiciis, l.* 1. *§. ait Prætor, ff. ne quid in ſlum. publ. l. Prætor, §. docere, ff. de vi bonor. rapt.* docet Bart. *in l. multum* 21. *n.* 2. *ff. de condit. & demonſtrat. & in l. ſi finita* 15. *§. Julianus, n.* 18. *ff. de damn. infect.* Bartholom. Socinus *conſ.* 39. *n.* 49. *&* 50. *vol.* 4. Vantius *de nullitate, tit. de nullit. ex defect. juriſdict. n.* 53. *&* 167. (etiam ſi contrarium ſentiat, & probare conetur Lucas de Penna *in l.* 1. *n.* 5. *&* 6. *C. de privileg. ſcholarium, libr.* 12. & qua forma fiant degradationibus ab omnibus ordinibus, vide Didacum Perez *in leg. ordinamenti, tom.* 3. *libr.* 8. *ordinam. poſt l.* 3. *tit.* 4. *pag.* 159. *cum ſequentib.* & Marantam *in praxi*, 4. *p. diſtinct.* 11. *n.* 17.)

774 Verùm hanc doctrinam crederem limitandam, ut procedat, & intelligatur dumtaxat quoad proceſſum degradationis, de quo non poteſt ſæcularis cognoſcere, aut ejus ſententiam in dubium revocare; ſecus eſſet quoad impoſitionem pœnæ, quæ nondum eſt impoſita ab Eccleſiaſtico; quoad quam ſæcularis manet Judex competens, cùm poſt degradationem Clericus pertineat ad ſuum forum. Ita ſentit Alciatus *in cap. cùm non ab homine* 10. *num.* 122. *ff. de judicis* (Afflictis *in præmio Conſtitut. n.* 60. Bernardus Diaz *in practic. crimin. canonic. cap.* 139. *& cap.* 141. & ibi Salcedo Franchis *deciſ.* 571. *ex n.* 9.) Avilès *in cap.* 20. *Prætorum, verb. Vſurpan, n.* 20. Bobadilla *lib.* 2. *Politic. cap.* 17. *n.* 175. Hevia Volaño *in Curia Philippica,* 3. *part. §.* 3. *n.* 18. Decianus omninò videndus, qui hunc articulum tractat exactiſsimè, *tractat. crimin. libr.* 4. *cap.* 9. *ex n.* 121. (*& libr.* 5. *cap.* 25.) Borrellus *de Regis Catholici præſtantia, cap.* 71. *ex num.* 65. (faciunt quæ de Clerico incorrigibili tradit Bernardus Diaz *in ſua practica, cum additionibus Salcedi, cap.* 139. *n.* 4. & de incorrigibili, & delegato latè Gambacurta *de immunitate, lib.* 7. *cap.* 14. *ex n.* 3. *ad* 8. Avila *de cenſuris* 4. *part. diſput. unica, dubio* 4. *§.* 4. *concluſio.* & de hæretico in Curia Eccleſiaſtica damnato, Corraſius *in centuria Senatuſconſultorum Curiæ Tholoſanæ, cap.* 70.)

775 Secundus caſus eſt, cùm Judex Eccleſiaſticus implorat brachium ſæculare ad exequutionem decreti, aut ſententię latæ pro crimine mixti fori adverſus laicum. In quo dicendum eſt, Judicem ſæcularem requiſitum debere impartiri brachium, & auxilium ſuum, ejuſdem adhibitis diligentiis, quibus utitur ad impartiendum brachium, & auxilium ſuum altero Judice ſæculari petente. Quoniam circa iſtas cauſas poteſt ex natura ipſarum cognitionem habere; atque ita obſequi tenetur litteris requiſitoriis Eccleſiaſtici auxilium petentis, ſi debito adhibito examine juſtum putaverit ſuum auxilium impartiri, quemadmodum cùm requiritur pro eodem auxilio à Judice altero ſæculari, ut jam dicemus, ut doctè notat, & probat Salcedo *ad practic. Bernardi, dicto cap.* 151. *ex n.* 11. Afflictis *in proœmio conſtitut.* 1. *part.* (*n.* 55. *&*) *ex n.* 49. *& deciſ.* 220. *n.* 9. & ad eam Urſill. *n.* 9. Aviles *in cap.* 20. *Prætorum, verb. Vſurpan, n.* 20. Azeved. *in l.* 15. *n.* 9. *cum ſeqq. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* Cancer *variar. reſolut.* 3. *p. cap.* 19. *n.* 3. *& ſeqq.* Farinac. *d.q.* 97. *n.* 100. *&* 102. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *n.* 175. Molinus *de brachio ſæculari, libr.* 1. *cap.* 10. Natta *conſ.* 529. *tom.* 3. Menochius *conſ.* 1104. *ex n.* 1. *lib.* 12. (*& de retinend. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 360. Parlad. *rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin.* 2. *part. §.* 2. *ex n.* 4. Anguianus *de legibus, lib.* 3. *controv.* 31. *n.* 34. *& ex n.* 36. qui vel invitus deſcendit in hanc ſententiam poſt longam, & ambiguam diſputationem.) Et deſumitur ex textu intelligendo in hoc ſenſu, & in cauſis mixti fori, *in Authent. de ſanctiſsimis Epiſcopis, cap.* 21. *in §. ſi verò crimen, collat.* 9. juxta interpretationem Alexandri, Decii, & Jaſonis, *in d.l. Magiſtratibus, ff. de juriſdict. omn. judic.* à nobis ſupra relatis. Quid verò in Reno Neapolitano ſervandum ſit, & an in

eo posit Judex Ecclesiasticus in criminibus mixti fori procedere adversus laicos, vide *pragmat. 3. de jurisdictionibus invicem non turbandis*, quæ negat, & ibi Regentem Rovitum, Bajardum *ad Julium Clarum libr. 5. sentent. §. fin. q. 37. n. 22.*

776 Quòd si Judex sæcularis debitè, & justè requisitus auxilium denegat, poterit excommunicationi, & aliis pœnis subjici, ut dixi *q. 1. n. 40.* & pluribus prosequitur Salcedo *d. cap. 151. n. 20.* & Menochius *de arbitrariis, casu 452. n. 3.* Cancerius *variar. resolut. p. 2. cap. 15. n. 4.* Pereira *de manu regia, 2. p. cap. 51. ex n. 32.*

777 Quod verò attinet ad secundum casum principalem, cùm imploratur auxilium, seu brachium sæculare unius Judicis ab altero sæculari per litteras hortatorias, seu requisitorias ad exequutionem decreti, seu sententiæ, si illa sententia, seu decretum sit in causa civili quid agendum sit, dixi *d. q. 1. n. 26.* Si verò requisitoriæ litteræ expediantur in causa criminali, non tenetur Judex requisitus eis simpliciter asserentibus, aliquem esse reum criminis, fidem habere, ut probat textus *in l. divus 6. ff. de custod. reor.* ac per consequens illis obsequi, easque exequutioni mandare non debet. Ideò Judex requirens, qui adversus delinquentem procedit, transmittere debet ad requisitum insertam in litteris hortatoriis summariam delicti probationem, qua constet delictum esse commissum ab illo, qui capiendus, & remittendus petitur, itemque esse legitimum, competentem ejus delicti Judicem ipsum eundem, qui litteras deprecatorias mittit. Cognitionem autem istam delicti Judex remissurus delinquentem adhibere non debet, cùm vicem habeat exequutoris, sed à requirente præmissam, & transmissam examinare, an sit sufficiens ad exercendum actum illum, ad quem ejus auxilium imploratur, si propria auctoritate, & in causa ad ipsum pertinente, illum esset effecturus, habens illi finem sine novo processu, aut alia à se adhibita delicti cognitione; & hoc examine præmisso auxilium suum impartiri debebit ad capturam rei, & remissionem in illis casibus, quibus juxta inferius dicenda remissio locum habet. Quod si viderit illam summariam informationem præmissam sufficientem non esse ad rei capturam, vel ex ea non constet esse Judicem legitimum, qui requirit, ad remissionem petendam, vel remissioni locus non fuerit, juxta juris principia, paulò post tradenda, ab exequutione deprecatoriarum debebit abstinere; illamque denegare; quod videtur probare textus *in l. Divus 3. ff. de custodia reor.* Atque hanc sententiam veluti concordiam duarum extremarum, quas supra retuli, *ex n. 760.* amplectuntur Albericus *in Authent. qua in Provincia, n. 12. C. ubi de criminibus agi oport.* Socinus *regul. 415. aliàs litter. R. regul. 4. fallentia 5.* Guido Papæ *decis. 202. n. 1.* Chasanæus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubric. 12. §. unico, n. 4. & 5.* Covarr. *in practic. cap. 11. n. 8.* (Farin. *in praxi, q. 7. n. 34. & 35.* Menoch. *de retin. possess. remed. 3. n. 360.* qui loquitur de imploratione brachii sæcularis à Judice Ecclesiastico.) Avendañ. *de exequut. mandat. 2. p. cap. 7. n. 6. & in tract. de exceptionibus, n. 18. & respons. 40. n. 3. in fine, vers. item illa lex,* Aviles *in cap. 27. Prætorum, verb. Entregue, n. 8.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 17. lib. 8. ordinam. pag. 339. cum seqq. ex versic. Quæri potest,* Azeved. *in l. 1. n. 39. & 40. ex versic. quartò limitatur, & ex n. 58. tit. 16. lib. 8. Recop.* Bobadilla *lib. 2. Politic. cap. 13. n. 69.* Villadiego *in Politic. cap. 5. §. 27. n. 5.* Gamma omninò videndus *decis. 363. ex n. 3.* Peguera *decis. 2. n. 5. & decis. 66. n. 18.* Thesaurus *decis. 90. n. 7.* Riccius *collect. 2214.* Bossius *tit. de foro compet. ex n. 87.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 19. n. 15.* Follerius sibi contrarius *Constit. Capitaneorum, n. 63.* Camillus Borrellus *ad Bellugam in specul. Princip. rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in addit. limitat. 16.* Dominus Regens Carolus Tapia *libr. 3. Juris Neapol. rubr. 6. in pragmat. 1. ubi de delicto quis debet conveniri, num. 4. & 28.* (elegantissimè Bald. *cons. 98. volum. 3.*) Atque ita sunt interpretandi Doctores, quos retuli *supra n. 761.* pro secunda sententia.

778 Neque tunc obstabit, quòd Judex requisitus sit exequutor, & per consequens

quens non posit cognoscere de justitia, vel veritate causæ exequendæ, quia id limitatur, ut non procedat, si agatur de exequutione, ex qua resultat infamia, vel injuria, cujusmodi esset captura, & remissio personæ. Nam tunc id exequutione supersedere debebit, donec ei constet saltem summariè de veritate delicti; argumento textus elegantis *in l. si Prætor* 75. *ff. de judiciis*: & hanc sententiam praxis admisit in Regnis Castellæ, & Neapolis.

779 Practica autem esse solet, ut præsentatis requisitoriis, seu hortatoriis litteris, si nulla circa earum exequutionem difficultas se offerat, exequutioni mandari jubeantur. Si verò aliquid appareat difficile, verùm periculum sit in mora, veluti si timeatur fuga rei, aut latitatio, mandentur, quidem exequutioni, sed tamen reus opponere volens exceptiones, cur in earum exequutione supersedere debeat, auditur. Si autem periculum non sit in mora, citatur reus ad dicendam causam, quare exequutioni mandari non debeant.

780 Quænam verò exceptiones proponi possint coram requisito, & quas admittere possit, aut rejicere debeat, vide Bart. *à l. à D. Pio* 15. *in principio*, *ex n.* 7. & ibi Doctores *ff. de re judicata* (ubi etiam Zasius *ex n.* 5. Canonistas *in cap. pastoralis* 28. §. *quia verò ibi glossa de offic. & potest. judic. delegat.* & *in cap. de cætero*, 5. *de sent. & de jud.* Afflictis *in proœmio Constitut. ex n.* 50. Covarr. *in pract. cap.* 16. *n.* 5. Gayl. *obser.* 113. *num.* 9. Minsynger. *singular. observat. centur.* 3 *observat.* 69. Cartarium *decis.* 52. *n.* 8. & 9. Farinac. *in praxi caim. q.* 97. *ex n.* 67. *ad n.* 108. Scacciam *de appellation. q.* 17. *limitat.* 10. *ex n.* 38. & *n.* 41. 42. & *sequent.* Rodriguez *de executione, cap.* 2. *ex n.* 40. Salgado *de Regia protectione, p.* 4. *cap.* 7. *per totum, & ex n.* 15. Bobadilla *libr.* 2. *Polit. cap.* 20. *ex n.* 45. *Additionem ad Capellam Tolosanam decis.* 345. & *nos fusius dicemus* 2. *tom. tit.* 3. *disput.* 17.) Barbos. *in l. maritum* 13. *ex n.* 47. *vers. Amplia quartò, ff. solut. matrim.* Menochium *de arbitrariis, lib.* 1. *q.* 38. Cancer *variar. resolution. p.* 2. *cap.* 15. *ex n.* 14. Ignatium Villar *in sylva responsorum, libr.* 2. *respons.* 16. *cap.* 4. *numer.* 20.

781 Quibus autem remediis utendum sit, si Judex, qui requirere debet, nollit mittere litteras hortatorias, aut sit Judex requisitus nollit eas exequutioni mandare, dixi latè *d. q.* 1. *ex n.* 38.

782 Amplia nono prædictam regulam, & conclusionem principalem, ut forus loci delicti in criminalibus sit præstantior, potior, magis privilegiatus, & majores efficaciæ cæteris foris. Hanc tradunt Joannes Andreas *in cap. ut animarum* 2. *n.* 7. *de constitution. in sexto*, Bald. *in l. de quibus* 31. *num.* 74. *ff. de legibus, & in l. edicto* 3. *n.* 54. *in fine, C. de Edicto D. Adrian. tollend. & in l. exequutorem* 8. *n.* 30. *C. de exequut. rei judicat.* Paulus *in l.* 1. *n.* 2. *C. ubi de crimin. agi oport.* Marianus Socinus *in cap. postulasti, n.* 4. *de foro compet.* Alciatus *consil.* 13. *rogatus in præsenti causa, n.* 2. & 3. *lib.* 7. Franciscus Marcus *decis.* 179. *n.* 1. 2. *p.* Thesaurus *decis.* 90. *n.* 7. Franch. *decis.* 37. *n.* 1. Jul. Clarus *lib.* 5. §. *fin. q.* 38. *n.* 19. Thesaurus filius *lib.* 4. *q. forens. q.* 55. *n.* 1. Azevedus *in l.* 1. *n.* 13. & 26. *tit.* 16. *libr.* 8. *Recopil.* Barbosa *in l. hæres absens* 19. §. *proinde, in art. de foro delicti, n.* 109. & 110. *ff. de judiciis*, D. Regens Tapia *lib.* 3. *Juris Neapol. Rubr.* 6. *in prag.* 1. *ex n.* 7. *ubi de delicto quis deb. conven.* D. Rovitus *in eadem pragm.* 1. *ex n.* 46. Molinus *de brachio sæculari, cap.* 42. *n.* 5. & 6. Caballus *resolut. crim. casu* 162. *n.* 10. Capiblancus *in pragm.* 8. *p.* 2. *n.* 206. *de Baronibus.*

783 Hæc autem præstantia loci delicti, & ejus supra alios foros excellentia, & prærrogativa potissimum spectatur, & educet in eo effectu, ut perferatur Judex loci delicti quoad ejus coertionem, & cognitionem, formationemque processus de eo, cæteris omnibus Judicibus, qui de delicto cognoscunt, & eo petente remissionem rei, debeat reus ex quocumque loco, & foro ad reum remitti. Quoniam verò iste est potissimus effectus, & ad hunc locum pertinet de remissione tractare, ut explicetur, quid possit, & debeat Judex efficere, cùm ab eo remissio petitur ex quocumque foro, & cui alteri judici cedere debeat, cui non

item,

item ex quo pleniùs exponetur paulò ante tacta tractatio de requisitoriis litteris, quæ aut plurimum ad eum effectũ expediuntur, oportebit nonnulla de ista remissione subjicere ; quæ tamen reservamus tradenda, postquam attullerimus quasdam limitationes prædictæ primæ regulæ, & conclusionis principalis.

784 Prædictam igitur primam regulam, & conclusionem sic ampliatam, & explicatam, limita primò, ut procedat in foro exteriori, non verò in foro interiori conscientiæ, quo attento non sortitur quis forum in loco ubi delinquit,ac proinde debet peccatum confiteri in proprio Parrocho, & non coram Parrocho loci delicti. Docuit Glossa *in cap. placuit primò, verbo, Sepeliat* 16. *q.* 1. Imola *in cap. P. & G. n.* 45. *de offic. & potestat. Judic. delegat.* Ancharr. *in cap. postulasti, n.* 15. *de foro compet.* Romanus *singul.* 459. Navarrus *in cap. placuit, n.* 83. *&* 84. *de pœnitent. distinct.* 6. Covarr. *in practicis, cap.* 11. *n.* 4. Dueñas *regul.* 378. *forum, limit.* 1. Jul.Clar. *libr.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *n.* 5. Foller. *in practic. crimin. Rubr. audiantur excusatores, n.* 127. Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde in art. de foro delicti, num.* 65. *ff. de judiciis,* Franciscus Suarez *in tertiam partem D. Thomæ, tom.* 4. *disput.* 25. *sect.* 1. *n.* 18. ubi reddit optimam rationem specialitatis, quod in foro interno non potest unum delictum puniri, aut remmitti sine alio, sed simul omnia remittuntur,& puniuntur. Idem igitur debet esse Judex omnium culparum,& non potest dividi forus, & jurisdictio, ut contingit in delictis quoad forum exterius; & ideò *in cap. omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss.* dicitur universim, & sine distinctione, omnia peccata esse proprio Sacerdoti confitenda.

785 Limita secundò,ut delinquens in terra Baronis,contra ipsum Baronem,idest, ita ut Baro ipse offendatur, non sortiatur forum in loco delicti, neque possit eo casu à Barone procedi contra delinquentem, ut de delicto cognoscat, & delinquentem puniat, veluti Baronis res furto substrahat quis, aut occidat filium, famulum, aut servum ejus, eumvè corrumpat, aut audaciot Baronem ipsum afficiat contumelia, aut jactans in eum probosa verba, aut cum ejus uxore adulterium committens, aut cum filia stuprum, eumdemve ipsum insulter,aut percutiat ; sed solum possit reum in hisce casibus carcerare, & ad superiorem, nempè feudi Dominum, qui legitimus est, & competens Judex, puniendum remittere. Ita sentiunt Bart. *in l. qui jurisdictioni* 11. *in secunda lectura, n.* 2. *&* 6. *ff. de jurisdictione omn. judic.* & in additione ad eum locum Mangrella, & Bottis,Decius *ibidem n.* 3. *& in cap. cæterum, n.* 91. *& in cap. cum venissent* 12. *n.* 45. *de judiciis,* Oldrad. *consil.* 234. *n.* 5. ubi ait, neque in causa civili inter Baronem, & vassallum posse judicare Baronem : idem docet Signorolus de Homodeis *consil.* 108. *n.* 1. *&* 2. Silvanus *consil.* 63. *ex n.* 22. Tiraquellus *tract. de jure primogeniorum, q.* 69. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 181. *n.* 5. Rolan. *consil.* 16. *ex n.* 1. *&* 23. *vol.* 2. Surd. *consil.* 193. *n.* 6. *lib.* 2. Amanellus *singul.* 189. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *n.* 140. *&* 164. Capic. *decis.* 124. & ibi Petra, Caballus *resolut. crimin. casu* 128. *ex n.* 3. Cancer *variar. resolut. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 197. *&* 200. Mastrillus *decis.* 234. *ex n.* 1. & Tassonus post hæc scripta editus *in pragm. de antefacto. vers.* 3. *observation.* 4. *n.* 37. Capiblanc. *in pragmat.* 16. *ex n.* 76. *de Baronibus,* Boerius *decis.* 55.

786 Hæc limitatio, quæ indubitata est, probatur primò ex textu *in Auth. de defensoribus civitatum, cap.* 5. *seu, §. & a defensoribus, versic. Si vero egerint, collat.* 3. ubi de injuria facta defensoribus ipsi non cognoscunt, sed Præsidens Provinciarum. Secundò, *ex l. qui jurisdictioni* 10. *ff. de jurisdict. omn. judic. & ex rubr. & in l. unica, C. ne quì in sua causa judicet, l.* 10. *tit.* 4. *part.* 3 & ibi Gregorio, & communi omnium Doctorum sententia in prædictis locis, juxta quam certissimum est, neminem posse in propria causa Judicem esse; idem præterea notarunt Authores regularum, *tom.* 1. *litter. I. verb. Judex in causa propria,* Socinus *litter. I. regul.* 21. *aliàs regul.* 243. Syntagma communium opinionum *libr.* 3.

tit.

tit. 3. Afflict. *in cap.* 1. *n.* 11. *de pace juramento firmanda* (*& in Conſtit. Pacis cultum ex n.* 8. latè, ubi etiam adducit limitationes *libr.* 1. *Rub.* 8.) Natta *conſil.* 487. *n.* 43. *tom.* 3. Petra *de poteſtate Princip. cap.* 8. *n.* 5. Petrus Gregorius *de Republica, lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 49. Triviſanus *deciſ.* 10. *ex n.* 34. *libr.* 2. Farin. *in praxi, q.* 17. *n.* 44. Aviles *in cap.* 3. *Prætorum, verb. Abogados, ox n.* 9. Vivius *deciſ.* 223. *ex n.* 1. Alphanus *collect.* 203. Tertiò, quoniam ut indubitatum præſupponunt Doctores, à communi regula prædicta dumtaxàt eſſe recedendum in ſupremis Principibus, ut Papa, & Imperatore, & Regibus, qui poſſunt eſſet Judices in propriis cauſis, tàm civilibus, quàm criminalibus; ut notant in dictis legibus, *& in l. eſt receptum* 14. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Innocentius *in cap. ex part.* 22. *ex n.* 1. *de verbor. ſignificat.* Panormit. *in cap. cum veniſſent* 12. *ex n.* 6. Decius *ex n.* 29. Felinus *ex n.* 4. *de judiciis,* Oldradus *conſil.* 124. *n.* 3. Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 24. *part.* 4. *gloſſ.* 8. Belluga *in ſpeculo, rub.* 44. §. *quia multitudo, n.* 2. & ibi Borrellus, Martinus Laudenſis *tractat. de Principibus, q.* 108. *tom.* 16. *tractat.* Joan. Luppus *in repet. cap. per veſtras: notab.* 2. §. 1. *n.* 49. *de donation. inter,* Aviles *in cap.* 3. *Prætorum, verbo, Abogados, ex n.* 9. Maranta *in praxi,* 6. *part. tit. de appellat. ex n.* 33. Boſsius *tit. de foro compet. ex num.* 170. Trentacinq. *variar. reſolut. lib.* 2. *tit. de judiciis, reſol.* 5. *ex n.* 1. D. Regens Tapia *Senatus ſupremi Italiæ, deciſ.* 24. *n.* 7. Tuſch. *litter. I. concluſ.* 403. *tom.* 4. Cabedo *deciſ.* 76. 2. *part.* Petra *de poteſtat. Princip. cap.* 6. *part.* 2. *n.* 51. *& cap.* 15. *n.* 75. Conradus *in templo omn. judic. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *tit. judicant in cauſa propria, ex n.* 1. Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *n.* 140. *&* 164. Graſsis *de exceptionibus, except.* 24. *ex n.* 96. (Anguianus *de legibus, lib.* 3. *controverſ.* 24. *n.* 1. *cum ſeqq.*) Imò verò illis etiam honeſtius, & decentius eſſe judicant Doctores omnes, ſi ſuam, ipſorum cauſam aliis dijudicandam committant, delegent, ut notat idem Bobadilla *lib.* 3. *Politic. cap.* 1. *n.* 38. Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi,* 5. *pat. conſider.* 5. *verſ. tertio quoniam*, & Gregor. *in d. l.* 5. *tit.* 24. *p.* 4. poſt textum ibi, neceſſarium exiſtimat, ut fiat hæc delegatio; tametſi prædictus textus agat de cauſa feudali, in qua ex ſpeciali feudorum jure, ad pares Curiæ recurritur: cæterùm in aliis inferioribus ſuperiorem recognoſcentibus, ſtandum eſſe regulæ, ut in ſpecie Decius *in d. l. qui juriſdictioni, ex n.* 10. *& in d. c. cùm veniſſent, ex n.* 44. poſt Panormitanum animadvertit, & alii relati, & in ſpecie Trentacinq. *dicto reſol.* 5. *n.* 25.

787 Amplia limitationem, ut non ſolùm Baro non poſsit de injuria ſua cognoſcere, ſed nec etiam poſsit officialis Baronis de ea cognoſcere, ſive delegatus à Barone ad eam cauſam, ſive officialis ordinarius ab ipſo Barone nominatus, antequam cauſa offenſę accidiſſet; ſed dumtaxàt poſsit delinquentem carcerare, & ad Dominum directum feudi puniendum remittere. Ita ſentiunt Bart. *in d. l. qui juriſdict. omn. judic.* & ad eum locum Mangrella, & Bottis, referentes in hoc articulo duas deciſiones Sacr. Conſ. Signorolus *d. conſ.* 108. Silvan. *conſ.* 63. *ex n.* 22. Roland. *conſ.* 16. *n.* 6. *& ſeqq. & n.* 23. *vol.* 2. Surdus *conſ.* 47. *n.* 2. *libr.* 1. Caballus *reſolut. crim. caſu* 128. *ex n.* 5. Flavius Amendola *ad Franchis deciſ.* 274. *n.* 1. Bobadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 16. *num.* 140. *&* 164. Urſillus *ad Afflict. deciſ.* 265. *n.* 33. 34. *&* 35. Probat primò hæc ampliatio *ex l. lex Cornelia* 5. *in princip. ff. de injuriis,* ubi quis prohibetur eſſe Judex in cauſa ſuorum: ergò è contrario, in cauſa Domini non poterunt ejus homines eſſe Judices: Et augetur difficultas, quoniam non poteſt in cauſa qualibet dari illi Judex, quem litigans ſibi aſsignari petit, *l. obſervandum* 47. *ff. de judiciis*: ergò nec poterit eſſe Judex, quem pars ipſa litigans dat, ac per conſequens non poterit judicare cauſam Baronis, Judex ab ipſo conſtitutus. Et cùm hic articulus incidiſſet in Sacr. Conſ. in quadam cauſa, expendebatur à quodam ex Dominis pro hac parte *deciſ.* 124. Capycii, qui tametſi videatur decidere Baroneu non poſſe procedere adverſus eum, qui in ejus offenſam patravit delictum, eo tamen tempore, quo dicta deciſio prolata eſt,

jam

jam Barones utebantur officialibus nominatis, & per se non exercebant jurisdictionem, sed per Capitaneos nominatos, ut hodie exercent; imò & exercere coguntur, ut tradit Franchis *decis.* 511. *num.* 1. & 4. Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *auctor.* 13. *n.* 7. Amendola *ad prædictam decis.* 511. *n.* 6. & 8. Muscatellus *in praxi, lib.* 1. *par.* 2. *gloss. competentes, n.* 60. & 61. Dominus Rovitus *in pragm.* 2. & 3. *n.* 14. *de suspicionibus officialium,* Capiblancus *in pragm.* 3. *ex num.* 122. *de Baronibus,* D. Regens Tapia *in con-* 1 *itu. ea quæ ad speciale, n.* 54. & *seqq. lib.* 2. *Juris Neapol. Rubr.* 1. ac per consequens, idem fuit decidere, non posse Baronem judicare causam vassalli, quod non posse officialem Baronis de ea cognoscere.

788 Secundò, quoniam id quod quis per se ipsum facere non potest, non potest facere per alium, *cap. quod alicui* 67. *cap. cùm quid* 84. *de regul. jur. in sexto;* qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur, *cap. qui facit* 72. *de regul. jur. in sexto.* Sed Baro non potest cognoscere per se ipsum de sua offensa, aut delicto facto in ejus injuriam. Ergò neque per suum officialem, qui cùm sit ab ipso dependens, & ejus nomine jurisdictionem exerceat; ipsumque repræsentet, ut dicit Franchis *d. decis.* 511. *n.* 1. quod facit officialis, Baro ipse efficere videtur, cùm idem censendum sit tribunal Baronis, & Officialis, quemadmodum Episcopi, & Vicarii ejus, *cap.* 2. *de consuetud. lib.* 6. notarunt Caballus *d. casa* 128. *n.* 5. Signorolus *d. cons.* 108. *n.* 1. Rolandus *d. cons.* 16. *n.* 7. *vol.* 2. Scaccia *de appellat. q.* 8. *n.* 53. *cum seqq.* ex quo provenit, ut à Vicario ad Episcopum non appelletur, neque ab officiali Baronis ad Baronem, ut prosequitur Scaccia *d. q.* 8. *n.* 103. *ex vers. Contraria opinio.*

789 Tertiò, quoniam Baro ipse non habet jurisdictionem quoad suas causas, quarum Judex esse non potest, ut superius in secunda limitatione principali, *n.* 785. & 786. Ergò non potest eam dare officiali: nemo enim dat, quod non habet, neque plus juris in alium transferre potest quam ipse habeat, *l. traditio* 20. *in princ. ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus juris* 55. *l. nemo plus commodi* 143. *ff. de regul. jur.* ubi Decius, & Cagnolus *cap. quod autem, de jure patronatus, cap. nemo post* 79. ubi Dyn. *de regul. juris in* 6. Surdus *cons.* 193. *n.* 17. *lib.* 2. Tuschus *litter. D. concl.* 17.

790 Quartò, quoniam ex contractu facto cum Barone, aut Domino loci in ejus territorio non sortitur quis forum contractus, ut possit Baro civiliter cognoscere contra contrahentem, *l. unica, C. de nundinis,* & ex ea notat Bald. *in d. l. qui jurisdictioni* 10. *de jurisdict. omn. judic.* Ergò ex delicto in offensam Baronis perpetrato non sortitur delinquens forum in territorio Baronis, seu loco delicti. Probatur consequentia, quoniam ex contractu ad delictum argui potest quoad articulum fori, ut superius *n.* 735. *in fine* animadvertimus.

791 Quintò, quoniam, quod ad Regnum Neapolitanum attinet certissimum est Barones esse Regios officiales, ut notat Afflictis *in constit. Capitaneorum, n.* 15. & *in constit. pœna eorum, n.* 37. & *in tit. quæ sint regalia, verb. Potestas, n.* 2. Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *auctorit.* 45. *n.* 4. Franchis *decis.* 211. *n.* 7. & *decis.* 274. *n.* 3. Caravita *rit.* 49. *n.* 7. Mastrillum *ad indultum generale, cap.* 36. *num.* 18. Succedit igitur decisio textus *in d. rit.* 49. & *rit.* 51. & *rit.* 61. ex quibus in Regno desumitur commune proloquium, de delictis Officialium solam magnam Curiam cognoscere. Quos ritus non solùm activè, sed etiam passivè accipi debere, idest non solùm cognoscere magnam Curiam cum Officiales delinquunt, sed etiam cum in ipsos delinquitur decisum est à Sacr. Cons. ut testatur Franchis *d. decis.* 274. *n.* 4. & *decis.* 407. *n.* 7. & 8. & *decis.* 505. *n.* 22. ubi ait se vidisse sic semper practicatum, Gizzarelus *decis.* 24. Regens Tapia *in pragmat.* 1. *n.* 41. *ubi de delicto quis deb. conven. lib.* 3. *Juris Neapolit. Rubr.* 6. Regens Rovitus *in Rubr. n.* 6. 7. & 8. *de Officialibus,* Bajardus *ad Clarum lib.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 16. *n.* 10. Capiblanc. *in pragm.* 5. *n.* 70. & *seqq. de Baronibus,* Galluppus *in praxi, p.* 2. *cap.* 6. *n.* 98. *vers. Et pro coronide,* Novarius *de election. fori, q.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

35. *n.*7. *sect.*4. *in ultima impressione*, Caballus *resol. crimin. casu* 148. *n.*9. Igitur de offensa Baronis, & delicto contra ipsum commisso sola Magna Curia cognoscit, & non officialis ipsius Baronis. Et cùm hæc quæstio me interveniente in Sacr. Cons. incidisset, ut paulò ante dixi, expensum est pro hac parte dumtaxat primum, & secundum fundamentum, & non est decisa, quoniam fuimus in pari voto.

792 Sed subsistendum est, quoniam contrariam sententiam huic ampliationi, imò officialem ordinarium Baronis posse cognoscere de delicto patrato in offensam Baronis persuadent in leviora, aut minus efficacia argumenta. Primò, quoniam patri, Domino, aut patrono interdicitur officium juris dicendi in causa filii, servi, aut alterius familiaris, *in d. l. qui jurisdictioni* 10. *ff. de jurisdict. omn. judic.* si causa sit criminalis, ut explicat Glossa ibi, *verb. Vel liberis*, Alberic. *n.*1. Angelus *n.*3. Fulgos. *n.*1. Paulus *n.*1. Alexan. *n.*3. Socinus *n.*6. Romanus *n.*3. Jaso *n.*6. Duaren. *lib.*1. *disput. cap.*51. sentitque Glossa *in cap. infames* 2. *§. filius, verb. Judicem* 3. *q.*7. quam sequitur Archidiac. & Gemin. *n.*17. idem Archidiac. *in cap. consanguinei, num.*2. Geminian. *num.* 3. *eadem causa* 3. *quæst.* 5. Antonius de Butrio *in cap. cum contingat* 13. *lib.*22. *de foro compet.* de qua causa criminali loquitur planè textus concors *in l. lex Cornelia* 5. *in princ. ff. de injuriis*; secus si causa sit civilis, ut constat *ex textu in l. quin etiam* 6. *ff. de recept. arbitr. & in l. in privatis* 77. *ff. de injuriis*, in quibus dicitur, & patrem in causa filii, & filium in causa patris Judicem esse posse mero jure: nisi recusetur videlicèt ab adversario, ut inferius *n.*794. prosequemur, & notat Duarenus *in titul. de jurisdict. cap.*6. *vers. Quintò videndum, & in tit. de judiciis, sub Rubrica de iis, qui judices dari possunt, col.*2. Ratio autem discriminis est manifesta, quoniam offensa, & injuria filio facta, ex qua proceditur criminaliter, aut infamia regulariter resultans ex judicio criminali passivo communicatur patri, illumque tangit, & è contra injuria, aut infamia patris tangit filium, illique propria censenda est, universim enim injuriæ nostris factæ, nostræ censendæ sunt, suntque revera, *l.* 1. 2. 3. *&* 4. *ff. de liberali causa, §. patitur, §. servis, §. si communi, §. sed si libero, instit. de injuriis*, (Maranta *in prax. p.* 6. *tit. de inquisition. n.*58.) & rectè Joan. Andreas *in cap. postremo* 36. *n.* 8. quem ibi sequitur Imola *n.*3. *de appellationib.* animadvertit in Tuscia injurias, & offensas consanguineorum vindicare solere, etiam ultra septimum gradum, quasi etiam ultra eum gradum afficere censeantur; ac per consequens si pater in causa injuriæ, vel offensæ filio, vel à filio factæ judicaret, aut è contra, filius de injuria patris, in propria causa jus diceret, quod prohibetur *in Rubrica, & in l. unica, C. ne quis in causa sua*, & neutiquam permittendum est, ut superius *n.*786. probavimus. Secus est cùm agitur de commodo pecuniario, quippè cùm commodum pecuniarium consanguinei non pertineat ad consanguineum, neque possit judicari consanguineo proprium: quamvis enim in causa consanguinei pecuniaria, præsumatur affectio ad consanguineum, quæ est causa justæ suspitionis, ob quam à judicando repelli debeat, si adversus ipsum proponatur, *d. cap. postremò* 36. *de appellat.* Hæc tamen affectio, & suspitio non parit impotentiam judicandi in Judice, & incapacitatem jurisdictionis, quamobrem *in d. l. qui jurisdictioni*, non dici quem non posse, sed non debere judicare, credidit, Paulus *ibi n.*2. quem alii sequuntur, & notat Cujacius *in d. l. in privatis* 77. *ff. de judiciis.* At in casu, de quo agimus, causa tangens Baronem, aut injuria, & offensa facta Baroni, non ita pertinet ad ejus officialem, aut est ei propria, ut cum de ea officialis judicaret, censeretur in causa propria judicasse. Quod enim consanguinitas, aut altero vinculo conjunguntur Baro, & officialis ejus, ut injuria uni facta propria alterius sit censenda? Neque in eo item casu procedit argumentum, quo utitur Bart. *in d. l. qui jurisdictioni, n.*2. *ex l. observandum* 47. *ff. de judiciis*, quod quemadmodum non potest dari Judex quem pars petit, ita neque possit esse Judex quem pars dat:

dat: nam illud argumentum planè probare non posse Baronem causam offensæ suæ jam illatæ committere, & delegare alicui Judici, quasi eligens sibi Judicem in sua causa; non verò probat non posse cognoscere de causa Baronis Judicem, seu Capitaneum ordinarium electum, & nominatum à Barone antequam posset divinare, fore ut ipse offenderetur, & cognitio ipsius injuriæ ad Capitaneum ab ipso nominatum, & electum deveniret, cùm tempore electionis non potuerit Baroni in mentem venire futurus eventus suæ offensæ, de qua ille, quem nominabat Capitaneus esset judicaturus. Quod verò attinet ad decisionem 124. Capicii, certum est illam non fuisse prolatam in civitate Neapolitana, sed in Panormitana Siciliæ ultra farum ante diem 15. Augusti anni 1517. quo die reversum se à Panormo Neapolim fatetur idem Capycius *decis.* 127. In ipsius tituli initio. Eo autem tempore an in Regno Siciliæ ultra farum esset consuetudine receptum, ut Barones exercerent jurisdictionem per Capitaneos, non verò per se ipsos non video expeditum. Imò verò hodie in Regno Neapolitano tametsi, ut paulò ante dicebamus *n.* 787. sit usitatum, ut Barones exerceant jurisdictionem per Capitaneos, non crederem processum factum à Barone ipso, aut sententiam ab eo latam nullitatis vitio laborare ex ea sola causa, quod esset lata à Barone ipso, non à Capitaneo, dummodò proferretur, & processus fieret, ante præceptum Sacr. Consil. aut inhibitionem Baroni factam, ne in causis vassallorum manus mitteret, sed sineret Capitaneos procedere, cum ipse mero jure jurisdictionem habeat, & provisiones quas expedire solere in Sacr. Consil. tradit Franchis *d. decis.* 551. & cæteri ibidem relati, ad hunc effectum, judicant eo inhiberi solere Baronibus, quia eos uti per se ipsos jurisdictione rectè gubernationi non expediat, convenienseque non sit, non quia non possint. Quod planè in Castella servatur quoad Dominos vassallorum, quorum Judices solent procedere in causis civilibus, & criminalibus ipsos tangentibus, donec à supremis tribunalibus inhibentur, ut tradit Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *n.* 140. meminitque Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 282. *&* 283. Quidquid tamen sit planè in casu prædictæ decis. 124. Capicii Comes processum formaverat de causa illa suæ offensæ, ut constat *ex n.* 12. ibidem, ubi dicitur suspensus processus per Comitem factus; neque verò illi denegata est jurisdictio ad procedendum in ea causa, imò proculdubiò habitus est pro competente, tametsi pro suspecto; siquidem decretum est, Comitem debere eligere unum Judicem, ut procederet in ea causa, qui associaretur cum alio à Prorege nominando. Ex quibus colligitur primum argumentum pro prædicta ampliatione adductum, nullam vim habere ad eam comprobandam.

793 Secundò, quoniam officialis Baronis est officialis Regius, & exercet jurisdictionem nomine Regio, & non nomine Baronis, ut multis tradit Mastrillus *ad indultum generale, cap.* 36. *ex n.* 13. *& decis.* 147. *n.* 27. & plures ex Doctoribus à me relatis *supra n.* 791. neque dependet à Barone post factam nominationem. Non est enim ad nutum amonibilis, imò debet adeptum semel officium per annum integrum exercere, ut cæteri Regii officiales, ut statuitur *in pragmat.* 5. *de Baronibus*, & ante amoveri non potest, ut notat Vincentius de Franchis *decis.* 409. & Rovitus *in d. pragmat.* 5. *n.* 1. ac per consequens, quod officialis facit, Baro facere non videtur. Neque obstat, quod dicebatur, idem esse tribunal Baronis, & officialis, & ab officiali ad Baronem non appellari, quemadmodum à Vicario ad Episcopum, od id, quia unum est, & idem tribunal Episcopi, & Vicarii, *cap.* 2. *de consuetud. in sexto*, & notat Bald. *in Auth. Clericus quoque, n.* 5. *C. de Episcop. & Cleric.* Non inquam obstat, nam quantumvis vera esset similitudo, ex ea nihil colligeretur, quod ad rem, de qua agimus, faceret; imò verò minor esset dependentia causæ tractatæ ab officiali Baronis, si neque per viam appellationis ad Baronem ipsum devolveretur, & liberiùs posset officialis in ea judicare, cum judicii sui, non

Ba-

Baroni; ſed ſuperioribus ſolùm eſſet rationem redditurus; ſed tamen, neque veritas ſimilitudinis eſt plana, & expedita: nam imò tribunal Baronis, & officialis non eſſe unum, & idem, & regulariter in Regno poſſe appellari ab officiali ad Baronem præſertim cùm ferè omnes Regni Barones habeant primas, & ſecundas cauſas, docuit Andreas de Iſernia *in conſtit. officior.* Afflictis *ibidem n.* 11. *&* 12. Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *auctorit.* 16. *n.* 1. *&* 2. Scaccia *de appellat. q.* 8. *ex n.* 103. Jaſo *conſ.* 161. *ex n.* 1. *vol.* 2. Covarr. *in pract. cap.* 4. *n.* 6. *in fine*, loquens de Dominis vaſſallorum Regnorum Hiſpaniarum Rolandus *conſ.* 75. *n.* 10. *& ſeqq. vol.* 3. loquens de caſu, inveſtitura tribuit ſecundas cauſas, ex quo ſatisfit ſecundo argumento.

794 Tertiò, quoniam Dominus directus tribuens Baroni inveſtituram feudi, videtur illi conceſsiſſe omnimodam juriſdictionem, nihil ſibi reſervando, ita ut quamvis regulariter conceſsio juriſdictionis facta à Principe, cenſenda ſit tribuere juriſdictionem cumulativè, & non privativè, ut probat textus *in cap. dudum* 14. *verſ. Niſi igitur, de præbend. in ſexto*, ibi: *Pœnes nos tamen nihilominus remanſit major*, notat Afflictis *in cap.* 1. *verb. Poteſtas, n.* 1. *quæ ſint regalia*, facit doctrina Bartoli per textum ibi, *in l.* 1. *C. de offic. Præfecti Urbi, textus in l. ultima, C. de juriſdict. omn. judic.* & quæ cumulavit Romanus *conſ.* 393. *ex n.* 1. *ad* 10. probat latè Roland. *conſ.* 80. *vol.* 2. tamen cùm juriſdictio conceditur tanquam annexa feudo, & per inveſtituram feudalem intelligitur conceſſa privativè, & non cumulativè; tradunt Felinus *in cap. paſtoralis* 11. *n.* 3. *de offic. ordinar.* Joſeph. Ludov. *commun. opinion. de juriſdict. concluſ. unica, fallent.* 8. Tuſchus *litter. I. concluſ.* 556. *ex n.* 1. Grammaticus *deciſ.* 30. *n.* 9. & ad eum locum addentes Petra, & Didacus de Mari, Sixtinus *de regalibus, lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 56. Roſental *de feudis, cap.* 5. *concluſ.* 5. *ex n.* 2. Hartmanus Piſtor *q. jur. lib.* 2. *q.* 45. *n.* 15. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *ex n.* 5. *&* *conſ.* 604. *ex n.* 23. *lib.* 7. (Caballinus *milleloq.* 245. *n.* 10.) Cravet. *conſ.* 411. *ex n.* 36. *& per totum, vol.* 3. Decian. *conſ.* 34. *ex n.* 60. *vol.* 2. Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *auctoritat.* 9. Roland. à Valle *conſ.* 16. *n.* 14. *&* *conſ.* 48. *ex n.* 22. *&* *conſ.* 78. *ex n.* 2. *vol.* 2. *&* *conſ.* 21. *n.* 10. *&* *ſeqq. vol.* 4. Maſtrillus *de Magiſtratibus, lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 46. *&* *lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 214. Barboſa *in l.* 1. *art.* 4. *n.* 112. *ff. de judiciis*, qui multos refert, & ibidem *n.* 51. Quod fit, ut Dominus directus non poſsit ſe intromittere in primis cauſis occurrentibus in cauſis vaſſallorum, ut notavit Bald. *in l.* 1. *n.* 35. *ff. de rerum diviſ.* Regens Fulvius Conſtantinus *in l.* 1. *n.* 90. *cum ſeqq. C. de pœnis fiſcal. credit. præferri, lib.* 10. *&* *plurimis cumulatis*, Rolandus *in d. conſ.* 16. *n.* 13. dicit claram Doctorum ſententiam, Petra *de poteſt. Principis, cap.* 8. *ex n.* 55. Capycius *in inveſtitura feudali, ſub tit. feudorum clauſulæ, verb. Cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum, pag. mihi* 127. *cum cæteris clauſulis frequentibus*, Maſtrillus *ubi ſupra, & alii*, Peregrin. *conſ.* 25. *n.* 4. *vol.* 5. Caucerius *variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 155. *cum ſeqq. &* *n.* 280. 281. *&* 282. Giurba, qui eleganter loquitur, & multa in hanc rem congeſsit *conſ.* 66. *n.* 18. *& ſequent.* Quare cenſetur conceſsiſſe Baroni juriſdictionem, circa cauſas etiam ſuas, quam apud ſe habet, & eam in illum cum tota univerſitate tranſtuliſſe. Cumque eam Baro habeat, & ſolùm ſit impeditus, & ſuſpenſus ab exercitatione, & uſu ejus, repugnante illo juris axiomate, quod nemo poteſt ſibi ipſius jus dicere, poteſt etiam eam ſuo officiali conferre, in quem non tranſit prohibitio illa, ceſſante ejus ratione, quod planè ſenſit Boſſius *tit. de foro compet. n.* 38. Benè verùm eſt, poſſe quandoque recuſari officialem Baronis, uti ſuſpectum, in cauſa tangente Baronem: quemadmodum Vicarius Epiſcopi ſuſpecti, & recuſati, poteſt recuſari, ut notat Anaſt. Germon. *lib.* 2. *animadverſionum, cap.* 21. Surdus *conſil.* 47. *n.* 2. *libr.* 1. Item, & delegatus à ſuſpecto, & recuſato, poteſt recuſari, tametſi ex eo ſolo, quod delegetur à recuſato, recuſari non poſsit, ex textu *in l. Prætor* 17. *ff. de juriſdict. omn. judic.* notat Paul. Caſtrenſ. *in d. l. qui juriſ-*

dict. n. 2. Decius *n.* 6. *eod. tit.* & ex textu expresso *in cap. si quis contra Clericum* 4. *de foro compet.* & ibi Glossa *verb. Exequutor*, notat Bald. *in Auth. Clericus quoque, n.* 5. *C. de Episcop. & Cleric.* loquens de Episcopo, qui causa suorum, quoniam in ea erat suspectus, delegaverat. Verùm recusationi locus erit, ex traditis à Doctoribus *in cap. postremo* 36. *de appellat.* & aliis, qui tractant de recusationibus, quos consultò omitto, & in specie notat Capiblanc. *in pragmat. tertia, ex n.* 165. *&* *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 184. *&* *in pragm.* 16. *n.* 77. *&* 80. *de Baronibus*, D. Regens Rovitus *in pragm.* 1. *num.* 8. *de suspitionibus officialium*, Cancer *variar. resol. p.* 3. *cap.* 13. *n.* 187. *cum seqq.* & Cravetta *consil.* 6. *n.* 30. *in fine, & n.* 31. 32. *&* 33. *vol.* 1. & juxta hanc doctrinam procedit, quod decisum refert Mastrillus *decis.* 234. *ex n.* 22. Hoc tamen ipsum arguit officialem Baronis esse Judicem competentem causarum ad ipsum Baronem spectantium, nisi per recusationem removeatur: nam ut removeatur incompetens, & qui jurisdictionem non habet, recusatio non est necessaria, quod præsensit Decius eo argumento usus *in cap. cæterum*, *n.* 51. *de judiciis*, & Cravetta *consil.* 232. *n.* 2. *vol.* 2. Quod ex eo item comprobatur, quoniam Judex ipso jure jurisdictionem habet, & judicare potest in causis suorum adversario consentiente, & eum non recusante, ut sentit Paulus Castrensis *in d. l. qui jurisdictioni* 10. *n.* 2. *&* 3. Alexander *n.* 2. *&* 3. Socinus *n.* 2. *&* 3. Jaso *n.* 6. Decius *n.* 4. 5. 11. *&* 16. *ff. de jurisdict. omn. jud.* idem Decius *in cap. cum venissent, n.* 59. *&* 60. *de judiciis*, idem Socinus *regul.* 250. *fallent.* 6. 7. *&* 8. quoniam in re propria quilibet est moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. de mandat.* & tacito consensu suo adversarius nihil opponendo contra Judicis personam jurisdictionem confirmat, ut docet Bart. *in d. l. qui jurisdictioni, n.* 4. Decius *dict. n.* 26. & quod magis est Joannes Andreas *in d. cap. postremò* 36. *n.* 4. ait patrem posse esse Judicem in causa filii, si non recusetur, idem docet Philippus Franchus *ibi, n.* 1. *in fine*, eamque sententiam Pauli, & cæterorum, optimè comprobat eam sequutus Aymo Cravetta *consil.* 801. *ex n.* 3. *vol.* 5. eandemque sequutus est Capycius 137. ubi cùm ageretur de causa, in qua vertebatur interesse Archiepiscopi Montis regalis, coram ejus Vicario, ad eum removendum fuit necessaria recusatio, & ita decisum. Probatur autem ex textu sic explicatio à Paulo, & cæteris *in dict. l. in privatis* 77. *ff. de judiciis*. Ex quo constat solutio ad tertium argumentum.

795 Quartò quoniam ratio cur ex contractu in loco nundinarum, non sortiatur forum mercator contrahens cum Domino loci est, quoniam contractus factus cum aliquo tanquam cum statim recesuro forum, non tribuit, ut dixi superius *quæst.* 4. *n.* 237. *cum seqq.* Contractus autem factus à Domino loci in loco nundinarum cum mercatore advena agitur tanquam cum statim recessuro: at delictum semper tribuit forum, sivè comittatur ab stabiliter remanente, sive ab statim recesuro, ut rectè notat Albericus *in l. hæres absens* 19. *§. si quis tutelam, n.* 8. *ff. de judiciis*, ex quo solvitur quartum argumentum ex contrariis.

796 Quintò quoniam *decisio illa Vincentii de Franch.* 274. *n.* 4. videlicet *Ritum* 49. quo dicitur de delictis officialium cognoscere Magnam Curiam intelligendum esse etiam passivè, est maximè dubitabilis, & controversa, cùm sæpius contrarium fuerit decisum in eodem Sacro Consilio optimis rationibus, ut testatur idem Franchis *decis.* 407. *n.* 8. & Foller. *in pract. crim.* 1. *p.* 2. *p. verb. Audiantur excusatores*, *n.* 137. qu contra sentit, & Fabius de Anna *cons.* 107. *n.* 22. *vol.* 2. & certè verba ritus non adaptantur ad hunc casum. Delictum enim officialis non dicitur, quod in offensam officialis sit, sed quod ab officiali committitur ut considerat idem Follerius, (& verba præ dicta *Ritus* 49. *&* *Ritum* 51. *&* 61. concordantium planè significant, & nullo modo admittunt alium sensum, dum dicunt *cognoscat de excessibus Officialium delinquentium in eorum officiis, ea exercendo, & non aliter*, quæ verba cadere non possunt in delicta contra Officiales commissa. Adde præ dictis, *pragm.* 47. *de offic. Magistri justitiar.*

Ex

Ex quo reſponderi poteſt ad quintum argumentum oppoſitæ ſententiæ, quæ evertatur neceſſe eſt everſis ejus fundamentis.

797 Ergo certè ſi quid valet meum de hac re judicium, in contingenti caſu non dubitarem ſi opponeretur adverſus officialem Baronis, dum procedit in cauſa ad jus Baronis attinente non poſſe illum procedere in ejuſmodi cauſa, quoniam ſit officialis illius,& quaſi homo ſuus, etiamſi recuſatio, aut ſuſpitionis cauſæ non interponeretur ſolemniter, & ſolita forma, debere illum deinceps ſuperſedere, & abſtinere ſe à judicio, cauſamque ad ſuperiores remittere. Verùm ſi adverſarius Baronis tacito conſenſu nihil opponens proceſſum approbaret, crederem debere ſuſtineri, & non ex eo defectu corruere, quod cauſa ad Baronem pertineat,quaſi ex eo ſolo ſit incompetens officialis Baronis. Tum vel maximè cum ſit receptiſsima ſententia,& concluſio, apud omnes indubitata, actum etiam nullum in judicialibus ſuſtineri, parte non opponente, ut docent Rebuffus *tom.* 2. *in conſtit. regi. tit. de reſcriptis,in præfationibus, n.*97. Menoch. *de præſumption. lib.*2. *præſumpt.*46. *n.*20. Alexand.*in l.vinum* 22. *n.* 19.*verſ. Item fallit*, Decianus ibi, *n.*20. *&* 22. *ff. ſi cert. petat.* Cravetta *conſil.*150. *n.* 2. Antonius Gabriel. *lib.*2. *communium,tit. de judic. concluſ.* 1. *n.*20. Imò verò etiam in extrajudicialibus, quoties lex, vel ſtatutum annullat actum, etiam ipſo jure debet explicari, & intelligi, ſi petatur ab eo, cujus favore nullitas introducta eſt. Gloſſa ultima *in l. univerſa* 4. *C. de precib. Imperat. offerend.* Cacheran. *deciſ.*94. *num.*24. Azevedus *in l.*10. *n.*94. *&* 95. *tit.*17. *lib.* 4. *Recopil. & in l.*1. *n.*19. *&* 20. *tit.*2. *lib.* 5.*Recop.*clauſulaque irritans contra factum non operatur, ſi ille velit, & taceat, in cujus favorem eſt adjecta, Azeved. *d. n.*19. Baeza *de non meliorand. ratione dot. filiab. cap.*10. *n.*67. (Tiraquell. *in leges connubiales, gloſſ.*8. *ex n.*95.) & quoties lex, vel ſtatutum, quid fieri; vel non fieri mandat,vel intelligi, etiam ipſo jure, ut id locum, & effectum habeat,requiritur petitio, & videtur ſub ea conditione à lege ſtatutum, ſi petatur, Surdus *deciſ.*57.*ex n.*2. Giurba *deciſ.*13. *n.*8. *&* *deciſ.*21. *n.*8. 9. *&* 10. *&* *deciſ.*103. *n.*13. (Roderic.Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat.*10. *n.*2. *C. de inofficioſ. teſtam.* Franchis *deciſ.*487. *n.*9. qui multos allegat Triviſanus *deciſ.*2. *n.* 9. *&* 10. *lib.*1.)

798 Sublimita modò prædictam ſecundam limitationem principalem, & ampliationem ejus, ut non procedat in delictis notoriis: injuriam enim notoriam ſibi illatam in officio officiando, (quod dicitur) non ſolùm Baro, ſed etiam ejus officialis, & quicumque officialis univerſim punire poteſt; idque non ſolùm verbis duris, & aſperis reprehendens eum, qui immodeſtè coram eo ſe geſsit non deferens quem debet honorem, juxta notata à Gratiano *diſceptat. forenſ. tom.* 2. *cap.*284. quod etiam facere poteſt, juxta textum *in l. nam ſalutem* 3. §. 1. *ff. de offic. Præfecti vigil.* (*l. nec quicquam,* §.*de plano, ff. de offic. procinſ.&*) *l. interloquutio, C. de iis, qui notat infam.* & egregiam ſententiam textus *in cap. quando neceſsitas* 86. *diſtinct. & in l.*49. *tit.*5. *part.* 1. *l.*4. *tit.*4. *p.*2. ubi notat Gregor. *gloſſ.* 7. *l.*16. *tit.*9. *part.*7. & ibi *gloſſ.*4. & deſumitur ex Divo Gregorio *paſtoralis, part.* 2. *cap.*10. *circa finem,* tradit Paris de Puteo *de ſyndicatu, verb. Judices, cap.*6. *ex n.*7. & Emmanuel Roderic. *quæſt. regular. tom.*2. *q.*41. *artic.*3. Segura *in directorio Judicum Eccleſiaſticor.* 2.*p. cap.*6. *n.*2. & 3. tametſi, quod ad hoc attinet modus prudenter ſervari debeat, ut animadvertit Petrus Gregor. *lib.*2. *de Republica, cap.*6. *n.*20. *verſic. Verùm hactenus,* & Emmanuel Roderic. *d. q.*41. *art.*2. (Bobadilla *lib.*5. *Politicæ cap.* 3. *n.*131.) ſed etiam re ipſa puniendo in dicta multa, aut alia pœna, etiam graviori, dummodò offenſa reſpiciat officium,& dignitatem, non perſonam, quod contingere ſolet, cùm committitur in Judicem pro tribunali ſedentem, & in officio officiando, quod vocant: item dummodò pro injuria, ſeu delicto, ſit expreſsa à jure pœna ordinaria; tunc enim Judex potius eſt juris exequutor, quam Judex; ſecus ſi pœna ſit arbitraria, quia arbitrando poſſet iracundiæ,

&

& perturbationis calore excedere modum. Quam tamen limitationem,& conſiderationem exiſtimo admittendam, quoad pœnas corporales, quarum actus eſt irretractabilis; non tamen quoad pœnam pecuniariam, quæ quandocumque exceſsiva viſa fuerit ſuperioribus, poterit reſtitui; atque ita in pœnis pecuniariis nunquam eam vidi praxi receptam. Prædictam ſublimitationem tradiderunt Doctores *in d. l. qui juriſdict.* 10. *ff. de juriſdict. omn. judic. & in d. l. unica, C. ne quis in ſua cauſa jus dic,* jureque Caſtellano deſumitur *ex l.* 12. *tit.* 18. *libr.* 4. *Recop.*& extra ea loca Panormit. *in cap. cum veniſſent* 12. *n.*8. *&* 9. Decius *n.*48. Felinus *n.*4. *de judiciis,* Gregor. Lopez *in l.* 13. *tit.* 1. *p.*2. *gloſſ.*5. *& in l.*8. *tit.*17. *part.*3. *gloſſ.*1. *& in l.*26. *tit.*23. *ead. p.*3. *gloſſ.*1. *& in l.*5. *tit.*25. *p.*4. *Gloſſ.*8. Avendañ. *de exeq, mandat.* 1. *p. cap.*5. *n.*8. *&* 2. *par. cap.* 23. *ex n.*1. Aviles *in cap.*3. *Prætorum, verb. Abogados, n.*12.*& verbo, Juriſdict. num.*24. Azeved. *in l.*10.*&* 11. *n.*7. *&* 8. *tit.*5. *lib.* 3. *Recop.* Petrus Gregor. *de Republica, libr.* 4. *cap.*6. *n.*24. Rolandus *conſ.*48. *ex n.*1. *volum.*2. Gail *practicar. lib.*1. *obſervat.*39. Tuſchus *litter. I. concluſ.*402. *tom.*4. Oldradus *conſ.*7. *n.*1. Capycius *deciſ.*124. *n.* 4. 9. *&* 10. *&* *deciſ.*137. *n.*5. *&* 8. Caballus *reſol. crimin. caſu* 128. *n.*1. Cancer *variar. reſolut. p.*2. *cap.*2. *n.*233. *cum ſeqq.* Trentacinq. *variar. reſolut. lib.*2. *de judiciis, reſolut.*5. *n.*6. Riccius *collect.*138. Bobadilla *lib.*2. *Polit. cap.*21. *n.*83. *& libr.*3. *cap.*1. *n.*33. *&* 36. Decian. *tract. crim. lib.*4. *cap.* 42. Farin. *in praxi, q.*17. *n.*45. *&* 46.

799 Imò verò extendenda eſt hæc ſublimitatio, ut in caſu, de quo loquimur, Judex non ſolum formato proceſſu,& ſententia in ſcriptis prolata; verum etiam ſine proceſſu,informatione,aut ſententia in ſcriptis, cum ſolo decreto oretenus lato, poſſit de facto,& ex abrupto punire injurioſos in ipſum pro tribunali ſedentem, tanquam ob delictum notorium. Tradunt in primis tametſi ſubobſcurè D. Bernardus *libr.*4. *de conſideratione, cap.*6. *circa finem, verſic. Si inſolentior,* apertius Bart. *in l.*1. *in princ. n.* 13. Romanus *n.*8. Jaſo *n.*28. *ff. ſi quis jus dicend. non obtemper.* Angelus *in l. ictus fuſtium, n.*2. *&* 4. *ff. de iis, qui notant infam. & in l. illud* 8. *num.*1. & ibidem Imola, & Angelus Aret. *n.*1. *ff. de appellat.* Specul. *lib.*3. *tit. de notoriis crimin. in princ. & in §.* 1. *n.*1. *& in §. tam, n.*12. Lucas de Penna *in l. quoties* 17. *n.*21. *C. de dignitatibus, lib.* 12. Andreas de Iſernia *in cap.* 1. *§. ſancimus, el ſegundo, n.*2. *&* 3. Afflict. *ibidem n.* 8. *quo tempore miles,* idem Afflict. *in conſtit. eos tantum, n.*2. *&* 3. *lib.*3. *Rub.*32. Puteus *de ſyndicatu, verb. Notorium Judice, cap.* 1. *per totum, & verb. Poteſtas, cap.*2. *n.*3. *& verb. Præceptum, cap.*2. *n.* 14. *circa finem,* Gandinus *de maleficiis, tit. de pœnis reorum, n.*26. Gregor. Lopez *in l.*26. *tit.*23. *p.*3. *gloſſ.*1. *& in l.*4. *tit.*2. *p.*7. *gloſſ.*3. *in fine, & in l.*5. *tit.*6. *eadem part.*7. *gloſſ.*12. Antonius Gomez *tom.*3. *variar. cap.*1. *ex n.*41. *latè, & in ſpecie n.*48. Rolandus *d. conſ.*48. *n.* 48. *vol.* 2. Bajardus *ad Julium Clarum, lib.*5. *§. fin. q.*8. *n.*7. *&* 9. Segura *in Directorio Judic. Eccleſiaſticor.* 2. *p. cap.*6. *ex n.* 4. Salcedo *ad practicam Bernardi, cap.*93. *verſic. Nec illud,* Farinac. *in praxi, q.*17. *n.* 45. *& q.*21. *ex n.*158. *& q.*105. *ex n.*192. Et hanc ſententiam ſæpius vidi practicari in tribunalibus ſupremis Hiſpaniarum.

SUMMA SECTIONIS SECUNDÆ.

800 *REmiſsio eſt cauſæ, vel perſonæ, ex uno ad alium Judicem translatio, & ex quibus cauſis peti ſoleat.*

801 *In delictis eſt locus remiſsioni ad locum delicti.*

802 *Rationes hujus concluſionis.*

803 *Explicatur æquivocatio Doctorum de hac re.*

Diverſum eſt Judicum debere remittere,& eſſe incompetentem, & unum ex alio non infertur.

804 *Reus ad Judicem loci delicti remittendus eſt à Judice originis, aut domicilii requiſitis, non ſolùm ex urbanitate, ſed etiam ex neceſsitate.*

805 *Judicem loci originis, vel domicilii, prævenientem, non teneri remittere reum ad*

Ju-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Judicem loci delicti, qui ſenſerint.

806 *Judices originis, aut domicilii, prævenientes via accuſationis non teneri remittere aliorum ſententia.*

807 *Judicem originis, aut domicilii, prævenientem ſive per inquiſitionem, ſive per accuſationem, verius eſt teneri remittere.*

808 *Litigans non poteſt à judicio cœpto recedere poſt litem conteſtatam, ſed excepto judicio non fit præjudicium Judici potiori.*

Vaſſalli Baronum præjudicant ſibi renunciantes declinatoriæ, non Baronibus, qui in quacumque parte litis poſtulant, & obtinent remiſsionem.

809 *Judices domicilii, & originis, ſunt competentes, ſed debent cedere Judici potiori loci delicti.*

810 *Nova diſtinctio Authoris pro concordia contrariorum opinionum in hac re, & diſtinctio delictorum privatorum à publicis.*

811 *Remiſsio petita poſt ſententiam, ad effectum eam exequendi fieri debet.*

Remiſsio petita ad tribunal Eccleſiaſticum à Clerico, qui renunciavit declinatoriæ, & paſſus eſt ſe condemnari, probato poſt Clericatu debet fieri.

Exceptio incompetentiæ Judicis, cujus juriſdictio eſt improrogabilis, poteſt opponi poſt tres ſententias conformes.

812 *Contraria quorundam ſententia improbatur.*

813 *Cùm uterque Judex habet juriſdictionem æquè privilegiatam, reus remittendus eſt ad locum delicti.*

Quid expendendum in privilegiis Baronum ad expediendum articulum remiſsionis.

814 *In Baronum privilegiis attendenda ſunt verba, & tempora conceſsionum.*

Per privilegium poſterius non eſt derogatum juri quæſo à tertio, cui Princeps nunquam cenſetur velle præjudicare.

Privilegium accipi debet, ut inferat præjudicium juriſdictioni Regiæ, non juriſdictioni Baronum antea conceſſæ.

815 *Reus remittendus eſt ad locum delicti, etiam ſi fecerit novum delictum in loco, à quo petitur remiſsio, & quomodo practicandum.*

816 *Vagabundus eſt remittendus ad Judicem loci delicti.*

817 *Qui fuerint in contraria ſententia.*

818 *Fieri poteſt, ut Judex competens teneatur remittere delinquentem, ad alium competentem potiorem.*

819 *Judex requiſitus tenetur remittere delinquentem, etiamſi in eum nullam juriſdictionem habeat.*

820 *Contrariam ſententiam, qui tuantur, & quibus fundamentis.*

821 *Refertur tertia media ſententia de hac re.*

822 *Rejiciuntur, & ſatisfit earum fundamentis, & refertur explicatio Fachinei ad textum* in cap. 1. de privileg. in ſexto.

823 *Refertur ſecunda explicatio Barboſæ.*

824 *Refertur tertia ſolutio Covarruviæ.*

825 *Quarta explicatio Authoris, & nova conſideratio.*

826 *Remiſsio fieri non debet, ſi non petatur.*

Judex ſi velit etiam non requiſitus, ex urbanitate poteſt remittere.

827 *Remiſsio fit cùm petitur à Judice conſtituto ſub eodem Principe, cui ſubjicitur requiſitus, non ſi ſubjiciatur diverſo Principi, & quæ ſit ratio.*

828 *In foro Eccleſiaſtico ex quacumque Provincia Chriſtiani orbis locum habet remiſsio.*

829 *Ex uno Principatu ad alterum non fit remiſsio, etiamſi ſubſint uni Principi.*

Regna unita æquè principaliter, & non acceſſoriè, conſiderantur ac ſi eſſent omninò ſeparata.

Regna Regis Catholici Hiſpaniarum unita ſunt æquè principaliter.

830 *Ex diverſis Regnis non fit remiſsio, etiamſi ſint confederata.*

831 *Ex neceſsitate non fit remiſsio ex uno Regno ad alterum ſecus ex urbanitate.*

832 *Ex uno Regno ad alterum fit remiſsio in Regnis fœderatis, cùm id continetur in legibus fœderis.*

833 *Conſuetudo non remittendi ex uno Regno ad alterum, quando locum habeat.*

834 *Vagabundus non eſt remittendus ex uno Regno ad alterum.*

835 *Reus originarius, vel domiciliarius unius Regni delinquens in altero, non eſt remittendus ad locum delicti.*

836 *Reus extraneus à Regno, in quo degit, qui de-*

delinquit in alio, est remittendus ad locum delicti.

837 *Vagabundus domiciliarius, & originarius puniri, & accusari possunt de delicto commisso in Regno extraneo.*

838 *Delicta non debent manere impunita.*

Debitor pecuniæ fugitivus potest pro debito coram quocumque Judice conveniri.

Judex ex officio tenetur unicuique petenti jus suum reddere.

Profugus ad Regnum extraneum censeri debet vagabundus.

839 *Verius est pro delicto commisso in uno Regno non posse quem puniri in alio Regno.*

840 *Domiciliarius, vel originarius unius Regni, in illo delinquens, & fugiens ad illud, non potest puniri in Regno ad quod confugit.*

841 *Delinquens in Regno extraneo, & confugiens ad Regnum sui domicilii, aut originis, non potest in eo inquiri, aut accusari de delicto extra Regnum commisso.*

Actio differt ab accusatione, quod illa pertinet ad utilitatem privatam, hæc ad publicam.

842 *Nulla est jurisdictio, aut potestas communis, duobus diversis Regnis.*

843 *Vindicta delictorum tunc pertinet ad Judicem, cùm Respublica, cui præest in toto, vel in parte est offensa.*

844 *Cum loco domi ilii, aut originis, & locus delicti, sunt membra unius Regni, potest reus accusari de delicto in loco domicilii, aut originis, non si locus delicti pertineat ad diversum Regnum.*

845 *Crimina merè Ecclesiastica ubicumque commissa possunt puniri à Judice Ecclesiastico, loci domicilii, aut originis.*

De crimine hæresis ubicumque commisso, puniri potest hæreticus in loco domicilii.

846 *Remissio ex uno Regno ad alterum, habebat locum, eo tempore quo omnes Provinciæ erant subditæ Imperio Romano.*

847 *Vagabundus existens in uno Regno, non potest ibi puniri de delictis patratis in alio.*

848 *Non colligitur ex iis delicta manere impunita.*

Multa delicta futuro judicio reservantur, & in hoc sæculo non puniuntur.

Hebræorum legibus designabantur sex Civitates effugii, in quibus rei gaudebat immunitate delictorum.

Inter Christianos non datur maleficiis impunitas, ex eo, quod locis sacris concessum fuerit immunitatis privilegium.

849 *Qui confugit ad Regna extranea factus exul ob delicta, non manet impunitus.*

Exilium voluntarium non est parva pœna.

850 *Ex maleficiis non fit quis debitor pœnæ, quemadmodum ex contractu.*

851 *Accusatori non est jus accusandi reum profugum, aut domiciliarium, ob delicta facta extra Principatum.*

852 *Profugus non est vagabundus.*

853 *Remissio non fit ex necessitate ob levia delicta, sed solum ob gravia.*

In gravibus non est locus remissioni, si agatur civiliter.

854 *De jure Castellæ, & Neapolitano, locus est remissioni, in delictis etiam levibus.*

855 *Remissio non est facienda, cum eam petit Judex inferior à Judice superiori.*

856 *Id tamen procedit, cùm superior Judex potest avocare causas Judicis inferioris, secus si non possit, & quid servetur in Regno Castellæ, & Neapolis.*

857 *Quando, & ex quibus causis, habeat locum avocatio causarum, remissivè.*

858 *Remissio facienda est de jure Regni Neapolitani, cùm eam petit Baro à tribunalibus regii superioribus.*

859 *Declaratur Capycius* in decis. 122.

860 *Dominus non potest intromittere se in prima instantia in causis occurrentibus in territorio vassallorum.*

861 *In multis casibus denegatur remissio Baronibus eam petentibus, & designantur nonnulli.*

862 *Remissio facienda non est, cùm timetur de Judice requirente non esse administraturam justitiam in ea causa, seu per omissionem, seu per commissionem, & usus Sacri Consilii in hoc articulo.*

893 *Remissio locum non habet, cùm petitur ad locum valde distantem.*

Refertur decisio contraria Supremi Consilii Indiarum.

864 *De jure Neapolitano non fit remissio, cum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cùm reus eſt latro, & publicarum viarum graſſator.

865 *Remiſsio cujus expenſis ſit facienda.*

866 *Quid obſervandum in remiſsione, quæ petitur, allegata exceptione fori declinatoria.*

SECTIO SECUNDA

de remiſsionibus reorum.

800 REmiſsio non aliud eſt, quam cauſæ vel perſonæ ex uno Judice ad alium translatio, ut nunc accipitur à nobis: alia enim eſt remiſsio, de qua agit, & quam definit Speculator *lib. 2. tit. de remiſsionibus*, §. 1. cùm videlicèt commiſſarius ad committentem cauſam remittit; alio modo accipitur *in tit. de remiſsione pignoris*, & alias ejus ſignificationes invenies *in lexico Calvini*, *verb. Remiſsio.* Remiſsio verò iſta, de qua ſermo eſt, duabus de cauſis fit, aut petitur à Judice remittente. Prima, propter incompetentiam remittentis, & competentiam illius, ad quem cauſa, vel perſona remittitur; quamobrem orta inter eos contentione, & controverſia de cognitione cauſæ, vel ſubjectione perſonæ, incompetens remittere debet ad competentem. Hæc autem remiſsio duobus modis peti, & fieri poteſt. Primò, propoſita à reo ipſo exceptione fori declinatoria. Secundò, propoſita per litteras requiſitorias à Judice remiſsionem petente incompetentia Judicis, à quo petitur remiſsio, aut ex officio cauſam, vel perſonam ſibi ſubditam ad ſe remitti poſtulante, aut ob ipſius ſubditi inſtantiam coram Judice requirente factam. Primo caſu, remiſsio poſtulari debet ante litem conteſtatam, dummodò juriſdictio prorogabilis ſit, & renunciabilis, alioqui renunciatum cenſebitur exceptioni fori declinatoriæ, & ulterius illis locus non erit, neque remiſsioni ex ea procedenti. Quod ſi juriſdictio ſit improrogabilis, & renunciari non poſsit declinatoriæ, præſertim in præjudicium Judicis competentis; quocumque tempore remiſsio opportunè peti poterit, & impetrari, præſertim ſi non à reo ipſo poſtuletur, ſed à Judice ipſo, cui ex rei omiſsione præjudicium inferri non potuit, juxta tradita à Caravita *ad ritum* 205. *n.* 4. *ex verſ. Tertiò quæro*, & dicenda à nobis inferiùs *n.* 1059. Secunda remiſsionis cauſa eſt juris prærogativa, quæ circa cognitionem alicujus cauſæ ex duobus Judicibus competentibus reddit unum alio potiorem, facitque ut alteri præferatur. Cùm verò oritur inter Judices controverſia ex hac ſecunda cauſa, & non ex declinatoria, non poteſt à reo proponi, qui juriſdictionem Judicis competentis procedentis adverſus ipſum ſubterfugere non poteſt eo prætextu, quod alter Judex in cauſæ cognitione præferri debeat; cùm de jure tertii, ſcilicet Judicis non poſsit allegare, aut illud in judicium deducere; ſed vel proponitur à Judice ipſo ex officio, vel inſtante actore, vel ab ipſo actore petitur coram Judice remiſſuro. Quod ita procedit ſi potioritas, & prælatio Judicis oriatur ex ipſa juriſdictionis natura. Sciendum enim eſt ex duplici capite oriri inter Judices hanc prælationem. Primò, ex ipſa juriſdictionis natura, quia jus ipſum unius juriſdictionem prætulit alteri, non ſpectatis ipſorum perſonis, neque induſtria. Secundò, non ex natura juriſdictionis, quæ in utroque ſpectata æqualis eſt, ſed ex accidenti ob majorem induſtriam unius, veluti ſi is, qui alteri æqualis eſt, magis induſtrius, & diligens cauſam præoccupaverit, & prius in cognoſcendo prævenerit. Igitur ſi remiſsio petatur ob potioritatem juriſdictionis ex ſua natura non poteſt à reo peti, ſed à Judice ipſo, ut diximus, (juxta animadverſionem Bart. *in l. ſepulchri 6. n. 3. ff. de ſepulcro violato.*) Si verò petatur ob potioritatem accidentalem præventionis, poterit quidem peti à reo propoſita exceptione, ne continentia cauſæ dividatur, aut ne ſæpius de eodem delicto quærebatur. In hac autem ſectione agendum eſt de remiſsione, petita ratione potioritatis, & prælationis juriſdictionis Judicis remiſsionem poſtulantis ex natura ſua, nam de remiſsione petita ob prælationem accidentalem, ratione prævenționis agemus

mus sectione sequenti. Adnotare tamen oportet præterea, hanc prælationem naturalem jurisdictionis ex duobus capitibus oriri posse, aut ex jure communi, de qua agitur, cùm contenditur inter Judices Regios, aut ex privilegio, de qua tratactur, cùm contenditur inter Judices Baronales inter se, aut inter Baronales, & Regios; & de his omnibus contentioribus hoc loco sermo erit.

801 Statuamus jam igitur in hac quæstione secundam principalem conclusionem, & regulam, in delictis locum esse remissioni ad locum delicti. Probatur ex textu *in l. non est dubium* 11. *§. illud, ff. de custod. reor. & in Auth. qua in Provincia, C. ubi de criminib. agi oport. & in §. si verò quis comprehensorum, seu cap.* 5. *in Auth. ut nulli Judicum, collat.* 9. à qua sumpta est *Auth. si verò, C. ad l. Jul. de adulter.* De jure Castellæ *in l.* 18. *tit.* 1. *& in l.* 1. *tit.* 29. *part.* 7. ubi glossa secunda adducit concordantes, *in l.* 20. *tit.* 6. *libr.* 3. *Recop.* 1. *&* 2. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* De jure Neapolitano *in pragmat.* 1. 3. 4. 5. *&* 6. *ubi delict. quis debet conven.* Eam tradunt communi consensu Doctores in diversis locis, & præter ordinarios *in d. Auth. qua in Provincia*, & Canonistas *in cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in sexto*, Hippolyt. de Marsil. *in repet. l. unicæ, ex n.* 143. *C. de rapt. virgin.* Barthol. Socin. *regul.* 415. *aliàs litt. R. regul.* 4. Marian. Socin. *in cap. postulasti, n.* 14. *de foro compet.* Cassanæus *in consuetud. Burgundiæ, Rubr.* 12. *§. unico, ex n.* 1. Guido Papæ *decis.* 202. *ex n.* 1. Boerius *decis.* 29. *ex n.* 1. Grammaticus *decis.* 26. *ex n.* 2. Peguera *decis.* 66. *ex n.* 1. Covarr. *in pract. cap.* 11. *n.* 4. *vers. Secundò illud*, Molinus *de brachio sæculari, cap.* 40. *n.* 37. Bossius *tit. de foro compet. n.* 47. *&* 48. *cum seqq.* Foller. *in constit. Capitaneorum, ex n.* 20. Borrellus *ad Bellugam in specul. Princip. Rubr.* 11. *§. ex quo prædiximus, addition.* 1. ubi congessit 31. limitationes hujus regulæ, Julius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *n.* 19. *&* 21. Villadiego *in Polit. cap.* 5. *§.* 27. *ex n.* 1. D. Rovitus *in pragmat.* 1. *ex n.* 1. *ubi de delict. quis deb. conven.* Avend. *respons.* 40. *n.* 2. D. Regens Tapia *in d. pragmat.* 1 *ex n.* 7. *lib.* 3. *Juris Neapolit. Rubr.* 6. ubi statuit octo ampliationes, & viginti tres limitationes ejusdem regulæ, Azevedus *in l.* 1. *ex princ. & ex n.* 13. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *ex n.* 1. Riccius *collect.* 48. *&* 2214. nos referemus dumtaxàt, quæ celebriora sunt, & quæ frequentius occurrere consueverunt, & in quibus occurrunt explanandæ aliquæ difficultates.

802 Rationem autem hujus regulæ reddunt multi ex prædictis Doctoribus. Primò, quoniam maximè expedit Reipublicæ scelera publicè puniri in eo loco, in quo sunt admissa propter exemplum, ut qui non deliquerunt delictorum punitione territi à criminibus abstineant, *l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis, cap. quapropter* 2. *q.* 7. *cap. ad deliberandum* 17. *de Judæis, cap. cum dilectus, de calumniatorib. clement.* 1. *de offic. ordinar.* notat D. Thomas 1. 2. *q.* 87. *art.* 3. *ad* 2. Secundò, quoniam illa Respublica, in cujus territorio delictum est perpetratum speciali injuria afficitur, tùm ob scandalum ortum inter cives ex malo criminis exemplo, tùm ob contemptum Magistratuum, ad quos spectat Provinciam purgare malis hominibus, ne ob illis quieta hominum vita in demandata sibi Republica perturbetur; atque ideò par est, ut ad eos pertineat eorum criminum punitio, ut publica fiat vindicta, & æqua satisfactio Reipublicæ malo exemplo læsæ, utque tutior esse possit inter improbos innocentia, *l.* 3. *l. congruit, ff. de offic. Præsid. cap. factæ sunt leges* 4. *distinct.* Tertiò, quia quemadmodum postulat rectus ordo Divinę providentiæ, ut per quæ quis peccavit per hæc, & torqueatur, *Sapientiæ* 11. *n.* 17. ita rectè gubernationi expediens est, ut ubi quis delinquit ibi puniatur, *l. si cui, §. idem Imperator penultimo, l. ultima, ff. de accusationib. ib. l.* 3. *in princ. ff. de re milit. Auth. qua in Provincia, C. ubi de crimin. agi oport.* Quartò, quia in loco, in quo quis delinquit facilius invenitur delicti author, testesque comprobationis, quod est potissimum adjumentum ad criminis punitionem, cujus examen

si

UAB Biblioteca de Ciències Socials

si alibi fieret, delicta quotidiè manerent impunita, occultatis authoribus, cum experientia doceat, quam difficulter veritas in ejusmodi causis eruatur, in lucemque prodeat. Quod planè significat Justinianus *in Auth. ut omnes obediant Judicib. cap.* 1. *seu §. hæc considerantes*, ex quo desumpta est *d. Auth. qua in Provincia.* Quintò, quod desumitur ex eodem textu, quoniam injuriam passi, si in alieno territorio publicam vindictam, jusque suum prosequi cogerentur, præsertim apud ejus loci Judicem, cujus incolæ sunt offensores, & apud quem habent amicos, propinquos, atque cognatos, præter maximas expensas, quas facerent, maximo essent expositi periculo, incertique de justitiæ administratione; quapropter deserturi potius essent causas, & jura sua, quibus in commodis locus dari non debet. Sextò tandem, quoniam pœna ipsa in loco delicti inflicta solatium est damnum passis, cognatis, & affinibus eorum, quibus eo modo satisfit, *l. capitalium, §. famosos, ff. de pœnis.* His rationibus nititur prædicta regula, quas tradunt Covarr. *in practicis, d. cap.* 11. *n.* 3. Tiber. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 8. Peguera *decis.* 66. *ex n.* 2. *ad* 5. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 49. *ex num.* 11.

803 Ante verò quàm hinc discedamus, operæ pretium erit animadvertere, plurimos Doctores magnam, quod ad hoc attinet, passos æquivocationem, dum ex eo solent arguere, Judicem non posse de delicto cognoscere, & esse incompetentem, quoniam delinquentem ad alium Judicem teneatur remittere. Cùm tamen apud multos alios, contrarium potius verisimiliter esset colligendum, competentem, inquam esse eum, qui remittere potest, & debet, siquidem multi credunt, omninò incompetentem remittere non posse, ut inferius adnotabimus. Planè verissimum est, valdè diversa esse, Judicem debere remittere, ex esse incompetentem, & unum ex alio non infertur, *l. Papinianus* 20. *ff. de minoribus*, quippè cùm jus illud remissionis postulandæ, arguat quidem Judicis prærrogativam, & prælationem, non solùm comparatione Judicum incompetentium, qui de delicto cognoscere non possunt, sed etiam eorum, qui legitimi, & competentes sunt, & possent jure optimo de delicto cognoscere secluſa requisitione illius Judicis, qui juris prærogativa circa cognitionem delicti præferri debet. Quod superius etiam *n.* 726. & initio hujus sectionis *n.* 800. notavi, & videtur significasse Peguera *decis.* 87. *n.* 6. *in fine, versic. Ex quibus*, & Farinac. *in praxi, q.* 7. *n.* 21. *in fine, vers. Ego tamen.*

804 Amplia primò predictam secundam regulam, & conclusionem, ut ad Judicem loci delicti sit remittendus reus, etiam à Judice originis, aut domicilii requisitis, non solùm ex urbanitate (quod etiam sine requisitione fieri potest, ut remissus est à Pilato ad Herodem Jesus Christus Dominus noster, *Lucæ* 23. *n.* 7.) sed etiam ex necessitate. Ita sentiunt Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *n.* 19. Ant. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 87. Covarr. *in practic. cap.* 11. *n.* 6. *in fine, versic. Contraria sententia*, Marian. Socin. *in cap. postulasti, n.* 14. *de foro compet.* Decian. *tractat. crimin. libr.* 4. *cap.* 19. *ex n.* 7. Farin. *in praxi, q.* 7. *n.* 25. & 29. Antonius de Matthæis *de prorrogat. jurisdict. n.* 37. *versic. Redundo, tom.* 3. *tract.* 1. *p.* Avendañ. *tractat. de exceptionib. n.* 17. Azevedus *in l.* 1. *n.* 24. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Caballus *resol. crim. casu* 162. *n.* 10. Peguera *decis.* 2. & 66. Thesaur. *decis.* 90. *n.* 6. & 7. Grammat. *decis.* 26. & ad eum Petra *n.* 19. & Didacus de Mari *ex n.* 13. Franch. *decis.* 37. *n.* 5. & ad eum Riccius, D. Regens Carolus Tapia *in pragmat.* 1. *n.* 7. & 8. *ubi de delict. quis debet conven. lib.* 3. *Juris Neapolit. Rubr.* 6. D. Regens Scipio Rovitus *in d. pragm.* 1. *ex.* 45. & novissimè *consil.* 22. *n.* 1. *libr.* 2. Foller. *in constit. Capitaneorum, n.* 53. & 54. Molinus *de brachio sæcul. cap.* 42. *ex n.* 5. & 6. Novar. *ad pragmat. Regni Neapolitani collectan.* 222. *n.* 6. Hæc ampliatio probatur apertè ex generalitate textus *in Auth. ut nulli Judicum, §. si verò quis comprehensorum, collat.* 9. & *in Auth. qua in Provincia, C. ubi de criminib. agi oport.* & *in Auth. si verò, C. ad l. Jul. de adulter.* De jure Castellæ *in l.* 1. & 3. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.*

cop. De jure Neapolitano *in pragm. 5. ubi de delict. quis debet conveniri.*

805 Eam tamen limitandam variis modis existimant multi, qui tamen nimis confusè, & lubricè hac in re loquuntur. Primò quidam, si Judex loci originis, vel domicilii prævenerit in inquirendo, vel cognoscendo de maleficio : nam tunc opinantur, etiam requisitum non teneri ad remittendum reum ad Judicem loci delicti. Ita sentiunt Ancharr. *in cap. postulasti, n.* 14. Marian. Socin. *n.* 14. *de foro compet.* Hippolytus de Marsil. *in pract. §. opportunè, n.* 34. Henricus Boverius *singulari* 62. Angel. *de maleficiis. verb. Judex comisit, n.* 16. Antonius de Matthæis *de prorrogat. jurisdict. num.* 73. *versic. Tertiò fallit*, Franciscus Marcus *decis.* 331. *n.* 4. 2. *p.* Guido Papæ *decis.* 202. *n.* 3. Vincentius de Franchis *decis.* 37. *n.* 3. *decis.* 88. *n.* 5. *& decis.* 505. *ex n.* 9. Covarr. *in practic. cap.* 11. *n.* 6. *versic. Quamobrem*, Decianus *tractat. crimin. libr.* 4. *cap.* 19. *n.* 14. Farin. *in praxi, q.* 7. *n.* 28. Regens Carolus Tapia *in pragm.* 1. *n.* 9. *ubi de delicto quis debet conveniri, lib.* 3. *Juris Neapolitan. Rubr.* 6. Joan. Maria Novarius *in prag. Regni Neapol. collect.* 222. *n.* 8. licèt agnoscat contrarium etiam decisum in Sacr. Cons.

806 Secundò alii, si provenerit Judex originis, aut domicilii, non quidem via inquisitionis, nam hæc (ajunt) non tollit, quin requisitus à Judice loci delicti reum remittere teneatur, sed via accusationis. Etenim credit si in loco domicilii, aut originis, quis fuerit à suo adverlario accusatus apud ejus loci Judicem, etiamsi post iste Judex à Judice loci delicti requiratur, ut reum remittat ibi puniendum, remittere non teneri. Probant primò ex regula textus *in l. si quis postea quàm, & in l. ubi cœptam, ff. de judiciis.* Secundò, quoniam proculdubiò Judex domicilii, aut originis est competens, apud quem possit de delicto reus accusari, ut dixi *supra n.* 735. & sequentibus. Ergò procedens hac via adversus reum suo jure utitur, ac per consequens requisitus desistere non tenebitur; cùm de delicto ejusdem hominis sæpius quæri non debeat, *l. licet, §. fin. ff. nautæ caupon. & stabul. l. sepulchri* 6. *ff. de sepulchr. violat. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 7. & ibi Glossa prima, neque ad Judicem requirentem remittere. Hanc sententiam amplectuntur Alberic. *in l. hæres absens* 19. *§. si quis tutelam, n.* 7. *in fine, ff. de judiciis*, Gregor. Lopez *in l.* 2. *titul.* 29. *part.* 7. *glos.* 2. Covarr. *in pract. d. cap.* 11. *n.* 6. *versic. Contraria sententia*, Azeved. *in l.* 1. *n.* 24. 30. *&* 31. *tit.* 16. *libr.* 8. *Recop.* Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 17. *lib.* 8. *ordinam. Glos.* 1. *pag.* 340. *col.* 2. *in fin.* Foller. *in constit. Capitaneorum, n.* 55. Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti, ex n.* 107. *& ibi n.* 115. *& in l. si quis postea* 7. *ex n.* 83. *de judiciis*, Capiblanc. *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 118. *&* 119. *de Baronibus.*

807 Verius existimo prædictam ampliationem primam subampliandam fore. Primò, ut procedat etiamsi Judex originis, aut domicilii prævenerit Judicem loci delicti quocumque modo, sive per inquisitionem prius cęptam, seu per citationem verbalem, aut capturam, sive per accusationem, aut denuntiationem, coram eo institutam, & in quocumque horum casuum requisitum à Judice loci delicti, teneri ex necessitate remittere reum ibi puniendum. Hanc subampliationem amplectuntur Baldus *in l. Præses Provinciæ* 3. *in secunda lectura, n.* 4. *ff. de offic. Præsidis, & in l. exequutorem* 8. *n.* 30. tametsi subobscurè, *C. de exequut. rei judic.* Fulgos. *in l.* 1. *n.* 1. *C. ubi de criminib. agi oport.* clariùs Alexand. *in l. à D. Pio, §. sententiam Romæ, n.* 4. Jaso *n.* 2. *ff. de re judic.* Antonius Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 87. Thesaurus *decis.* 90. *n.* 6. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 42. *ex n.* 5. Foller. *in pract. crim. verb. Audiantur excusatores, n.* 158. *&* 160. Rovitus *in pragm.* 1. *ex n.* 60. *ubi de delict. quis deb. conven.* tametsi ibi agat in genere de præventione, non in specie de præventione per accusationem. Et probatur tum ex textibus legum juris communis, & regii, pro confirmatione regulæ, & conclusionis secundæ principalis adductis *n.* 801. qui generaliter loquuntur, & sine ulla exceptione, tùm etiam ex rationibus adductis *supra n.* 802. quæ non minus militant in hisce casi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sibus ; tùm denique ex iis , quæ dicta sunt *n.*783. de præstantia loci delicti.

808 Neque obstant, quæ pro contraria sententia expendebantur : nam ad primum argumentum *ex l. si quis postea quàm, & l. ubi cœptum, ff. de judiciis*, respondendum est prædictarum legum regulas , procedere respectu ipsorum litigantium , qui non possunt à judicio cœpto coram aliquo Judice desistere post litem contestatam; non tamen procedunt respectu Judicis,cujus jurisdictioni non potest præjudicium inferri. Quare licèt accusator proponat accusationem in foro domicilii , aut originis, cùm ad Judicem loci delicti pertineat satisfacere Reipublicæ suæ læsæ,& offensæ ob patratum delictum huic juri non potest facto accusatoris derogari. Ita limitant *d.l.ubi cœptum*, Felinus, Joan. Monach. Joan. Andreas, Dominicus, Bald. & Ananias *in cap. ex tenore* 16. *n.*18. *versic. Fallit quartò , de rescriptis.* Ex quo procedit, ut vasallus Baronis renunciata exceptione declinatoria, quocumque modo, sive tacitè,sive expressè, sibi quidem præjudicet ne possit remissionem ad alium Judicem petere; non verò Baroni ne possit petere remissionem ad se causæ vassali sui: ea enim renuntiatione non obstante, Baro poterit in quacumque parte litis postulare ad se remitti causam sui vassalli , eamque obtinere debebit ; ut notat Capycius *decis.*9. & ibi Petra,Caravita *ritu* 205.*n.*6. *& ritu* 231. *n.*1.*&* 2. Anna *singul.* 55. *&* 120. Muscat. *in praxi, lib.* 1. *p.*2.*Gloss.competentes, ex n.*48. idem Petra *ad Grammaticum decis.*26. *n.*8. Mastril. *de Magistratibus, lib.*4.*cap.* 16. *ex n.*61. Regens Tapia *in pragm.*1. *n.*43. *ubi de delict. quis deb. conven. libr.*3.*Juris Neapolit.Rubr.* 6. Federicus Martini *de jure censuum , cap.* 6. *ex n.*326. Ponte *de potestate Proregis,tit.* 3. §.1. *n.*22. Capiblanc. *in pragm.*8. *p.*1. *ex n.*119. *& n.*123. *de Baronibus*, Rovitus *in pragm.*2. *n.*7. *ubi de delict. quis debet conven.* Franch. *decis.*417. *n.*1. *& decis.*529. adstipulaturque Gail *de pace publica, lib.*1. *cap.*12. *n.*15.

809 Ad secundum dicendum est Judicem domicilii , & originis , esse competentes , & legitimos ad cognoscendum de delictis subditorum, tàm via inquisitionis, quàm accusationis,ut superiùs latè diximus; verùm si requirantur à Judice loci delicti ei debere cedere, remittereque delinquentem, quoniam ille potior est ; inter legitimos verò , & competentes potest quis esse cæteris præferendus, quemadmodum inter creditores tametsi omnes sint veri, fieri potest, ut aliquis sit potior, cui cæteri cedere debeant.

810 Nihilominus ego pro concordia tantorum virorum noviter limitarem prædictam primam subampliationem,ut procedat quidem in delictis publicis,secus in privatis. Ratio est, quoniam in publicis principalis offensa fit Reipublicæ , ratione cujus quilibet de populo potest accusare , §. *publica, instit. de public. judic.* Ubesembec. *in paratitla , ff. de public. judic. n.*1. & Cujacius *ad tit. ff. eodem*, Duarenus *lib.*1. *disput. cap.*37. minus verò principalis fit parti, seu privatæ personæ offensæ: at in privatis contra principalis offensa fit parti , seu privatæ personæ; accessoriè verò, & secundariò fit Reipublicæ, ut colligitur ex traditis ab Ubesembecio *in paratitla , ff. de privat. delict. ex n.*3. Cujacio *eod.tit.* & Duareno *dict. cap.*37. *post medium* , probatque elegans textus *in l. locatio* 9. §. *quod illicitè, ff. de publicand. & vectigal.* Quod fit,ut eorum exercitatio soli offenso , non cæteris permittatur,ex quo colligitur,ut volent offenso in delictis publicis non possit præjudicari juri Reipublicæ offensæ primariò,& principaliter, *l. jurisgentium* 7. §.*si pacisear, ff. de pactis*; neque proposita accusatione rei apud ejus domicilium, vel originem offensa illa absorberi , & sopiri. Verùm in privatis delictis qualia sunt furta, injuriæ , & alia ejusmodi , cùm ipse accusator sit principalis offensus volente ipso accusatore apud Judicem domicilii, vel originis,reus ad locum delicti remitti non debet , quasi principalis offensa secum trahat accessoriam,& minus principalem Reipublicæ; ita fit, ut in illis, non obstante accusatione in domicilio proposita sit locus remissioni ad locum delicti: in istis autem non sit, cogita-

tabis tamen an hæc concordia sit ad rem.

811 Subamplia secundò prædictam primam ampliationem principalem, ut sit locus remissioni delinquentis ad locum delicti, etiamsi sententia condemnationis sit prolata à Judice requisito, si tunc petatur remissio ad effectum exequendi sententiam. Hæc subampliatio probatur ex eadem generalitate prædictarum legum decernentium, sine ulla limitatione remissionem delinquentium ad locum delicti, & quoniam in hoc etiam casu vigent superiùs adductæ rationes, & textus *in d.l. capitalium, 28. §. famosos, ff. de pœnis.* Ita sentiunt Imola *in l. accusatore 13. n. 3. ff. de public. judic.* Fulgos. *in l. 1. n. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* Alexand. *in l. à D. Pio 15. §. sententiam Romæ, n. 3. & 4. ff. de re judicat.* Additio ad Bald. *in Auth. si quis litigantium, ad n. 2. verb. Criminali, C. de Episcop. audient.* Alciatus *respons. 13. n. 2. lib. 7.* Bossius *tit. de foro compet. n. 48.* Avend. *tit. de exceptionibus, n. 17.* (Franch. *decis. 510.*) Regens Tapia *lib. 3. Juris Neapolit. rubr. 6. in pragm. 1. n. 49. ubi de delict. quis debet conven.* ubi refert pro ea decisionem Sacr. Consil. & Rovitus *in pragm. 2. n. 6. eod. tit. ubi de delict. quis debet conven.* ubi refert alteram decisionem ejusdem Sacr. Cons. & Covarr. *in practic. d. cap. 11. n. 6. vers. Contraria sententia*, restringens se ad eum casum, quo Judex prævenit via inquisitionis, & ita ex officio tulit sententiam, verùm si sententia lata esset instante accusatore negans remissionem fieri debere; cui eidem sententiæ acquiescit Azeved. *in l. 1. n. 25. & 26. & 27. tit. 16. lib. 8. Recop.* quæ fuit sententia Gregorii *in l. 2. tit. 29. part. 7. gloss. 2. circa finem.* Et quidem si remissio petatur ad tribunal Ecclesiasticum à Judice Ecclesiastico, vel à Clerico, qui non opposita declinatoria passus est se condemnari à laico Judice, & post ejus sententiam etiam confirmatam per alias duas conformes, ostendit se Clericum per probationem clericatus cum debitis circunstantiis, remissio procul dubiò debet fieri; non quidem, ut sententiæ à laicis latæ, quæ planè nullitatis vitio laborant, exequutioni mandentur, sed ut iterùm ex integro de causa cognoscatur. Quoniam exceptio incompetentiæ Judicis cùm ejus jurisdictio est improrogabilis, potest opponi etiam post tres sententias conformes, ut tradit (Ludovic. Boulenc. *in repet. l. capitalium, §. famosos, n. 206. in fin. & 207. ff. de pœnis*) Grammatic. *decis. 61. ex n. 18. & cons. 1. post suas decisiones, n. 47. & 48.* Caravita *ritu 65. per totum*, Anast. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 15. ex n. 50.* Camillus de Lara *consil. 61. n. 13.* Covarr. *in practic. cap. 33. n. 2.* Cancer *variar. resolut. p. 2. cap. 2. n. 138.* Cabedus *decis. 22. n. 10.* (Grassis *de effectibus Clericatus, effectu 1. n. 639. & 645.* post glossam ultimam *in clem. 1. de sequæstrat. possess. & fruct.* Zasius *in l. 4. §. condemnatum, n. 10. ff. de re judic.* idem Covarr. *in pract. cap. 25. ex n. 4.* Farinac. *in praxi, q. 8. n. 15.* Bobadilla *Politic. lib. 2. cap. 18. ex n. 186.*)

812 Contrariam tamen sententiam huic subampliationi, quinimò remissione petita post sententiam latam à Judice originis, vel domicilii fieri non debere ad Judicem loci delicti, sed ab eodem à quo lata est esse exequutioni mandatam, amplexi sunt Bald. *in l. exequutorem, n. 28. C. de exequut. rei jud.* Salic. *in l. 1. C. ubi de crimin. agi oport.* Felinus *in cap. ultimo, n. 11. de foro compet.* Socinus *litt. R. regul. 4. remissio, aliàs regul. 332. fallent. 1.* Anton. de Matthæis *de prorrogat. jurisdict. n. 73. vers. Quintò fallit, tom. 2. tract. 1. p.* Avend. *respons. 40. n. 6. vers. Quinta conclusio*, Aviles *cap. 27. Prætorum, verb. entreguen, ex n. 7.* Covarr. *in pract. d. cap. 11. n. 6. vers. Sextò in hoc*, Franciscus Marcus *decis. 331. n. 2. p. 2.* Mastrill. *decis. 147. n. 12.* Chassanæus *in consuetud. Burgundiæ, rub. 12. §. unicò, n. 19.* Fachin. *libr. 9. controvers. cap. 21.* Anna *singul. 56.* Grammat. *decis. 26. n. 5.* & ibi Didacus de Mari *n. 15.* Afflict. *in constit. Capitaneor. n. 12. rubr. 41. lib. 1.* Decian. *tractat. crimin. libr. 4. cap. 19. n. 12.* Borrellus *ad Bellugam in spec. rubr. 11. §. ex quo prædiximus, addit. 1. limit. 12.* Farin. *in praxi crimin. q. 7. n. 24.* Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti, n. 114.* Molinus *de brachio sæcul. cap. 42. n. 18. &*

19.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

19. Capiblanc. *in pragmat.* 8. *p.* 3. *n.* 91. *de Baronibus*, eſtque proculdubio magis communis ſententia. Fundamenta autem ejus ſunt illa eadem, quæ expendebamus *ſupra n.* 806. pro limitationibus ampliationis primæ à nobis traditæ; quibus tamen jam ſatisfecimus *ex n.* 808. Item textus *in l. relegatorum* 7. *§. interdicere, ff. de interdict. & relegat.* quo utitur ad eam comprobandam Baldus relato Dyno. Fateor tarditatem meam, ego non video, quomodo rectè expenſus poſsit induci pro hac ſententia: quod gaudeo animadvertiſſe ante me poſtea viſos Alexand. *in l. à D. Pio, §. ſententiam Romæ, n.* 4. *ff. de re judic.* & Follerium *in conſtit. Capitaneor. n.* 54. Alii tamen reſpondet ibi non eſſe petitam remiſsionem: nos verò loqui cùm remiſsio petitur à Judice loci delicti; eo autem caſu à Judice originis, aut domicilii, etiam poſt ſententiam fieri debet, ut notavit *ubi ſupra* Foller.

813 Subamplia tertiò prædictam primam ampliationem, ut procedat etiam cùm uterque Judex, tàm in quam is, qui petit, quàm is a quo petitur remiſsio, habet juriſdictionem æquè privilegiatam; veluti cùm Baro loci delicti habens juriſdictionem ex privilegio inveſtituræ abdicativam, & privativam, petit ad ſe remitti vaſſallum domiciliarium, aut originarium alterius Baronis habentis in ſuos vaſſallos juriſdictionem quoque abdicativam, & privativam, cum privilegio cognoſcendi de delictis eorum, etiam commiſsis extra territorium: nam in hoc caſu cæteris paribus reus iſte eſt remittendus ad locum delicti. Dixi *cæteris paribus*, quoniam expendenda ſunt privilegia, & dignoſcendum, quodnam ſit majus, quod antiquius, quodnam alteri videatur præjudicare, & ſententia pro potiori ferenda eſt. Cæterùm in dubio, aut inventis privilegiis paribus judicandum eſt pro Barone loci delicti. Ratio eſt, quoniam privilegiatus non utitur privilegio ſuo contra pariter privilegiatum, & tunc conquaſſatis privilegiis redditur ad jus commune, ut dicebam *ſupra n.* 633. quo attento prævalet forus delicti, & ad eum ex quocumque debet remitti reus. Hanc ſubampliationem pluribus probat Foller. *in pract. crim.* 1. *p.* 2. *p. verb. Audiantur excuſatores, ex n.* 65. Scipio Rovitus *in pragm.* 1. *ex n.* 6. *& ex n.* 8. *latè, ubi de delict. quis deb. conven.* conducunt notata à Borrello *ad Bellug. in ſpec. Rubr.* 11. *§. ex quo prædiximus in addit. ſublimit.* 18. *&* 20. Novario *in pragm. Regni Neapol. collect.* 222. *n.* 26.

814 Illud tamen, quod ad hanc rem attinet eſt animadverſione dignum, cum contenditur inter Barones circa privilegia ſibi conceſſa attendenda eſſe eorum verba, & tempora conceſsionum, & ſemper cenſendum per privilegium poſterius, non eſſe derogatum juri quæſito à tertio. Etenim Princeps numquam cenſetur velle præjudicare illi, *l.* 2. *§. merito*, & *§. ſi quid à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. quamvis* 8. *de reſcript. in ſexto*; atque ita privilegium poſterius quantumvis amplum, interpretandum quidem eſt, ut inferat præjudicium juriſdictioni Regiorum officialium, & miniſtrorum, quæ pertinet ad ipſum Principem, qui privilegium concedit, & poteſt nulli facta injuria de ſuis juribus auferre, & conferre in alium; non verò ita ut inferat præjudicium Baronibus, aut eorum miniſtris, quibus ante privilegii expeditionem, circa ſimiles cauſas juriſdictio competebat. Quod egregiè notat Foller. *ubi ſupra, n.* 69. *& ſeqq. & n.* 160. Barboſa *in l.* 1. *art.* 4. *n.* 112. *ff. de judiciis*, D. Rovitus *in d. pragmat.* 1. *n.* 16. *&* 17. *ubi de delicto quis debet conven.* quo loco latè, & optimè proſequitur explicationem clauſulæ poſterioris privilegii conceſsi Baroni, omninò videndus, cum cumulatis à Capiblanco *in pragmat.* 8. *p.* 2. *ex n.* 64. & magis in ſpecie *n.* 219. *de Baronibus.*

815 Amplia ſecundò principaliter prædictam ſecundam concluſionem, & regulam, ut procedat etiamſi reus, cujus remiſsio petitur à Judice loci delicti deliquerit in eo loco, à quo remittendus petitur; nihilominus enim remittendus eſt poſtquam à Judice loci ubi degit, & noviter deliquit fuerit punitus; ſi delictum de quo ibi quæritur non ſit majus: nam eo caſu, quoniam pœna gravior abſorvet minorem remiſsioni

ni locus non erit: secus verò si pœnæ sint compatibiles. Probatur ex textu *in l. si cui 7. §. ultim. ff. de accusat.* tradit Guido Papæ *decis. 202. num. 2. vers. Quinto, quod non commisserit*, Chassan. *in consuetud. Burgund. Rubr. 12. §. unico, n. 15.* Bossius *tit. de foro compet. n. 58.* Jul. Clar. *§. fin. q. 38. n. 26.* Borrellus *ad Bellugam, Rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in addit. limit. 6. & limitat. 26.* Molinus *de brachio sæculari, cap. 48. ex n. 1.* Azeved. *in l. 1. n. 14. cum seqq. tit. 16. lib. 8. Recop.* Regens Tapia *in d. pragm. 1. n. 10. ubi de delict. quis deb. conven.* Farin. *in praxi, q. 7. n. 42.* Barbosa *in l. Titia 35. n. 55. in fin. ff. solut. matrim.* (Gamma *decis. 52.*)

816 Amplia tertiò prædictam secundam regulam, & conclusionem, ut procedat etiam in vagabundo, qui remittendus est ad Judicem loci delicti eo requirente; idque probant generales illæ rationes, quas expendebamus *supra n. 802.* pro prædicta secunda conclusione. Istam ampliationem docent Innoc. *in cap. 1. de raptoribus*, ubi Zabarella *n. 3.* Anton. de Butrio *in cap. licèt ratione, ultimo, n. 10.* Panormit. *n. 21. de foro compet.* Marian. Socin. *in cap. postulasti, n. 15. eod. tit.* Covarr. *in pract. d. cap. 11. n. 7. in princ.* Azeved. *in l. 1. n. 33. tit. 16. lib. 8. Recop.* Regens Tapia *in d. pragmat. 1. n. 18.* Aviles *in cap. 27. Prætor. verb. Entreguen, n. 15.* Avendañ. *respons. 40. n. 9.* Foller. *in constit. Capitaneor. ex n. 56.* Fachinæus *lib. 9. controversiar. cap. 24.* Decianus *tract. crim. lib. 4. cap. 13. n. 7. & 8. & cap. 19. n. 12.* Menochius *de arbit. libr. 2. casu 531. n. 3.* Salcedo *ad pract. Bernardi, cap. 9. addit. ad verbum, Puniri, litter. D.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 14. libr. 8. ordinam. gloss. 2. pag. 274. col. 1. vers. Quæro ulterius*, Barbosa tametsi limitet *in d. l. hæres absens 19. §. proinde, in art. de foro delicti, n. 12. & 13. ff. de judiciis*; & est magis communis sententia: non est enim ulla ratio cur vagabundus à regula generali sit eximendus.

817 Contrariam tamen sententiam, quinimò vagabundum captum ad locum delicti remmitti non debere à Judice, apud quem invenitur, etiam requisito, sed puniri posse ab eo, sequuntur Dueñas *regul. 378. forum, limit. 4.* Guido Papæ *decis. 202. n. 1. vers. Tertiò, quod delatus*, Farin. *in praxi, q. 7. n. 14.* Molinus *de brachio sæculari, cap. 45. n. 10. & 11.* Cassan. *in consuetud. Burgund. Rub. 12. §. unico, n. 12*, Borrellus *ad Bellugam in spec. Rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in addit. limit. 55.* Fundamentum est, quòd vagabundus ubique puniri potest, & ubique conveniri, Judexque quilibet cujuscumque loci, in quo invenitur, est legitimus, & competens ad eum puniendum, ut plurimis relatis notat Farinac. *d. q. 7. n. 13.* & nos diximus *supra q. 17. n. 47.* Ergò Judex loci, ubi reperitur, non tenetur eum remittere.

818 Sed non est recedendum à prædicta tertia ampliatione, quæ est magis vera, & magis communis, tametsi Regens Tapia, *ubi supra*, dicat contrarium servari. Fundamentum autem, quo contraria sententia nititur, facilè corruit, concesso antecedenti, negataque consequentia. Etenim fieri potest, ut qui sit Judex competens delinquentis, & nihilominus teneatur remittere ad alterum competentem potiorem, & juris prærrogativa præferendum circa delicti cognitionem, ut rectè animadvertit Covarr. *in pract. d. cap. 11. n. 12. vers. Nec sequitur*, & ego notavi jam *supra n. 803.* Talis autem est Judex loci delicti, ut superius sæpè repetitum est, & probatum. Itaque (quod ex eo fit) vagabundus non potest opposita fori declinatoria subterfugere jurisdictionem Judicis, adversus eum criminaliter procedentis, quoniam ille, quicumque sit, est competens, & legitimus, quod solùm volunt Doctores, dum dicunt vagabundum ubique conveniri, & puniri posse. Sed non hoc tollit, quin si requiratur à Judice loci delicti potiori, & excellentiori, ut ad eum vagabundum remittat, id absque ulla tergiversatione efficere debeat.

819 Amplia quartò, ut reus sit remittendus ad Judicem loci delicti à Judice requisito, apud quem invenitur, etiamsi Judex iste requisitus nullam jurisdictionem habeat in reum, neque sit illi subditus ratione originis, vel domicilii, vel delicti, vel ullo alio modo. Ita sentiunt Abbas Panor-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

normit. *in cap. licèt ratione ultimo, n.* 16.& 17. *de foro compet.* Marian.Socin. *in cap.poſtulaſti, n.* 14. *eod. tit.* Jul.Clar. *lib.* 5. *ſententent. §. fin. q.* 38.*n.*22.Covarr. *in pract.cap.* 11. *n.*6. Mandellus Albenſis *conſ.* 208. *n.* 15.& 16. Azeved. *in l.* 1. *ex n.*20. *tit.* 16. *libr.*8. *Recop.* Franch.*deciſ.*37.*n.*2. Regens Tapia *in pragm.* 1. *n.*15. *ubi de delict. quis debet conveniri, lib.*3. *Juris Neapolit. Rubr.* 6. Fachineus *lib.*9. *controverſ. cap.*22. Molinus *de brachio ſæculari libr.* 3. *cap.* 41. *per totum,* Barboſa *in d. l. hæres abſens, §. proinde , in art. de foro delicti, ex n.*81. *ff. de judiciis.* Probatur primò ex textu *in Auth. de defenſorib. civit. cap.*8. *ſeu §. audient.collat.* 3. ubi Judex , qui de majori crimine cognoſcere non poteſt, remittit reum majoris criminis ad Judicem competentem. Secundò, quoniam facilè poſſet delinquens impunitatem delicti conſequi , ſi ſecurus etiam eſſet à Judice loci delicti , extra loca originis, & domicilii ſui. Tertiò , quoniam hanc ſententiam planè probat de jure Caſtellæ, *l.* 1. 2. & 3. *tit.*16. *lib.*8.*Recop.* & de jure Regni Neapolitani *pragm.* 1. & 5. *ubi de delicto quis debet conven.* quibus ſtatuitur , reum criminis remittendum eſſe à Judice cujuſvis loci requiſito ad locum delicti ibi puniendum.Eamque ſententiam ubique praxis admiſit , ut teſtatur Clarus.

820 Contrariam tamen ſententiam huic ampliationi, quinimò Judicem requiſitum ſi ſit incompetens comparatione rei, & in illum nullam habeat juriſdictionem, non poſſe reum remittere ad Judicem competentem,tuentur Antonius de Butrio *in d. cap. licèt ratione ultimò, n.*10. Felinus *n.* 8. *de foro compet.* Camillus Borrellus *ad Bellugam in ſpec. Rub.* 11. *d.§. ex quo prædiximus, in addit. limit.* 14. Rebuffus *comment. in conſtit. reg. tom.*2. *tit de litteris requiſitoriis,in præfatione, n.*32. Decian. *tract. crim. lib.*4. *cap.*19. *n.*2. Peguera *deciſ.*2. *n.*4. & 7. & *deciſ.*66.*n.*19.Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.*389. *n.*50.& 51. Probatur hæc ſententia ex textu expreſſo *in cap.*1. *in princ. verſ. Numquid ergò , de privileg. in* 6. ubi Judex ordinarius , quia caret juriſdictione in exemptum, poteſtatem non habet remittendi illum ad Judicem loci delicti ; idque jure optimo, quia ad remiſsionem faciendam neceſſaria eſt aliqua cauſæ cognitio, ut ſuperius dicebam *n.*777. & captura perſonæ, interdumque verbalis citatio,qui omnes actus ſunt juriſdictionales,& in reum omninò extraneum exerceri non poſſunt.

821 Tertiam mediam ſententiam alii amplectuntur conciliantes primam cum ſecunda, ut prima locum habeat, quoties Judices inter quos tractatur de remiſsione, ſubſum uni Reipublicæ,aut Regi , & ſuperiori : ſecunda verò cùm ſubſunt diverſis Principibus , aut Rebuſpublicis. Ita ſentit Boſsius *tit. de foro compet. n.*52.& 53. Farin. *in praxi crim. q.*7. *n.*27. 28.& 29. inclinat Rolandus *conſ.*60. *n.*23. *vol.*2. Verùm iſti Doctores planè referendi ſunt pro prima opinione contenta in dicta quarta ampliatione, quoniam omnes Doctores ibi relati loquuntur de hoc caſu. Cæterùm,ubi Judices , inter quos de remiſsione agitur, ſubſunt diverſis Imperiis,& Principibus remiſsionem eſſe denegandam omnes univerſim aſſerunt,ut dicemus inferius *n.* 827. *cum ſeqq.*

822 Igitur à prædicta ampliatione quarta, quæ revera , ut eſt convenientior publicæ utilitati, & punitioni delictorum, territoriique delinquentium,ita eſt uſu magis recepta, dicendum non eſt , præſertim in Regnis Caſtellæ,& Neapolis. Neque obſtat textus *in d. cap.* 1. *de privileg. in ſexto;* quoniam reſpondet primò Fachin. *controv. lib.*9. *d.cap.*22. Judicem, apud quem reus degit, requiſitum à Judice loci delicti poſſe reum ad eum remittere, omniaque efficere, quæ ad eam remiſsionem ſunt neceſſaria, quoniam id poſtulat juris ratio. Hactenùs Fachineus. Certè id jura volunt, ut omnes Judices ſub uno Principe coſtituti ſe invicem coadjuvent ad punitionem delictorum , Reipublicæque communem ſecuritatem provenientem ex malorum hominum terrore , & perſequutione , ne ſe alicubi tutos exiſtiment. Cui animadverſioni convenit lamentatio Molini *de brachio ſæculari, d.cap.*41. *n.*8. *in fine,& num.*9. Quonam enim alio modo poterunt exequutioni

mandari deciſiones textus *in d. Auth. ut nulli Judicum, §. ſi quis verò comprehenſorum, collat. 9.* & cæterorum concordantium?

823 Secundò reſpondet Barboſa *in d. l. hæres abſens, §. proinde, in art. de foro delicti, n. 84. ff. de judiciis*, cui eidem reſponſioni videtur acquieſcere Molinus *d. cap. 41. n. 5.* prædictum textum procedere in exemptis, quorum comparatione ordinarius, non ſolùm eſt incompetens, ſed etiam incapax. Judex autem requiſitus, ut reum remittat, tametſi ſit incompetens, non eſt incapax; redditur autem competens quoad hunc effectum à lege, quæ jubet eum remittere delinquentes ad locum delicti. Quę quidem reſponſio non videtur univerſim vera, ſiquidem permittitur non ſolùm incompetenti, ſed etiam incapaci remittere in multis caſibus. Laico enim Judici, qui comparatione Clericorum eſt incapax, permittitur infragranti crimine Clericum capere, ut eum remittat ad Eccleſiaſticam, *c. ut famæ, de ſentent. excommunic.* dixitque *ſupra q. 3. n. 158.* & ubi eſt ſuſpitio, aut periculum fugæ poſſunt exempti capi ab ordinario, ut notant Zabarella *in clement. 1. n. 16. de offic. ordinar.* Panormit. *in cap. cum non ab homine 10. n. 10. 11. & 12.* Felin. *n. 3. de judiciis*, idem Panormit. *in cap. licèt, ultimò, n. 11. verſ. Puto tamen*, Felinus *n. 7. de foro compet.* Minſingerius *ſingular. obſervat. centur. 2. obſervat. 65.* Cochier *de juriſdict. tom. 1. p. 2. q. 45. n. 10. & p. 4. q. 52. ex num. 1.* confirmans utrobique aliis exemplis. Accedit quod cùm Judex loci delicti requirit alterum ejuſdem Regni, vel Provinciæ, apud quem reus degit, ut eum ad ſe remittat, invocat ejus brachium, & auxilium: ut verò auxilium præſtet Judex requiſitus Judici ejus brachium imploranti non eſt neceſſarium, ut requiſitus juriſdictionem habeat circa perſonam, aut cauſam, in qua brachium invocatur; quippè cùm ſoleat, etiam Judex Eccleſiaſticus in cauſis merè ſpiritualibus, aut circa perſonas omninò exemptas, ut Clericos, aut Monachos invocare, auxilium ſæculari, qui circa ejuſmodi cauſas, aut perſonas, nullam juriſdictionem habet, & nihilominùs non ſolùm impartiri ſolet brachium, verùm ſi id renuat ad impartiendum compelli, ut animadvertimus *ſupra q. 1. n. 40.* & hac eadem *n. 776.* Quare textus *in d. cap. 1. in princ. de privil. in ſexto*, eſt accipiendus, ut loquatur in caſu, quo nullum ſit fugæ periculum, & in quo ſit copia Judicis competentis exemptorum, qui pro eorum remiſsione facilè poſsit adiri: tunc enim recurrendum eſt ad Judicem competentem ad petendam exemptorum remiſsionem, alioqui poterit etiam peti, & concedi ab ordinario.

824 Tertio reſpondet Covarr. *in practic. d. cap. 11. n. 6.* loqui Pontificem *in d. cap. 1.* de remiſsione voluntaria, & ſpontanea, quam vocant ex urbanitate, quam non poteſt facere, qui juriſdictionem non habet in reum, ſecus contingit in remiſsione neceſſaria, quæ fit à Judice requiſito: nam hæc fieri poteſt à Judice nullam habente juriſdictionem in reum. Etenim ad hanc exequutioni mandandam non inſpicitur juriſdictio Judicis requiſiti, ſed requirentis. Subjunge ex Mandello *d. conſ. 208. num. 16.* quod Judex requiſitus, ad quem mittuntur litteræ hortatoriæ, ſeu ſubſidiales, efficit in earum exequutionem, cenſeri, efficere, velut delegatum à requirente, & mittente litteras. Addo ego, vel ſaltem tanquam Judicem minorem mandato Judicis majoris: nam requiſitus cenſetur minor, & requirens major, ut docet Bart. *in l. cùm quædam 19. in princ. n. 3. ff. de juriſdict. omn. judic. in l. interdum 16. §. idem autem, in fine, ff. de publican. & vectigal.* & Jaſo *in l. à D. Pio 15. §. ſententiam Romæ, ante n. 1.* poſt Paulus Caſtrenſis *ibidem n. 5. in fin. ff. de re judic.* quod confirmat textus idem, juxta lecturam pandectarum Florentinarum, quæ habet, *ſi hoc juſſi fuerint*, ſignificans litteras hortatoriales, miſſas ad alios Judices à Judice ſententiam proferente, eſſe veluti præcepta, & juſsiones, tribuenſque quoad hoc majorem auctoritatem Judici requirenti, quàm requiſito; ego notavi ſupra hac eadem diſputatione *n. 30.* Ex quo fit, ut magis videatur hoc efficere Judex requirens, qui in reum habet juriſdictionem.

Quar-

825 Quartò ego noviſsimè conſidero utilitatem publicam, qua in puniendis maleficiis verſatur, & malis hominibus exterminandis, quò illis purgetur Reſpublica effeciſſe, ut ex juriſdictione Judicis requiſiti, & requirentis coaleſcat, & componatur una juriſdictio, ſufficiens ad efficiendum, quidquid requiritur ad remiſsionem peragendam: nam Judex requirens eſt legitimus circa perſonam, & cauſam, ſed incompetens circa territorium extra, quod non poteſt juriſdictionem ſuam exercere, *l. extra territorium, ultima, ff. de juriſdict. omn. judic.* judex autem requiſitus tametſi ſit incompetens circa perſonam, & cauſam eſt legitimus, & competens circa territorium; ex cujus juriſdictione ſupplendus eſt defectus juriſdictionis Judicis requirentis; ac per conſequens uterque tàm requirens, quàm requiſitus ſimul concurrentes ad exequendam remiſsionem habent legitimam, & competentem, plenamque juriſdictionem ad peragenda ea omnia, quæ ad remiſſionem requiruntur. Quò fit, ut Judex requiſitus adjuvans juriſdictionem requirentis, eamque ſupplens, & complens ex inſtituto legum id precipientium poſsit adhibere cauſæ cognitionem ad remiſsionem neceſſariam, & capere perſonam, cæteraque omnia explere, quæ ipſe ſolus, ſi ſeorſim de cauſa cognoſceret ſine exercitatione Judicis requirentis, planè efficere non poſſet.

826 Jam autem prædictam ſecundam regulam, & concluſionem ſic ampliatam limita primò, ut procedat ſi à Judice legitimo, & competenti petatur remiſsio; ſecus erit ſi non petatur: nam eo caſu remiſsio locum non habebit. Ratio eſt, quoniam Judex remiſſurus, aut eſt incompetens, & neque poteſt, neque tenetur remiſsionem facere ex officio, cùm de cauſa tangente reum cognoſcere non poſsit, aut eſt legitimus, & tunc poteſt de cauſa cognoſcere, & eam definire, & ſententiam exequutioni mandare, nullo obſtante impedimento illato à Judice potiori; ac per conſequens non tenetur reum remittere ex officio. Benè verum eſt poſſe ipſum, ſi velit ex urbanitate remittere, ut ſuperius tetigimus, dum de remiſſione Domini à Pilato ad Herodem meminimus. Caveat verò Judex ex urbanitate remittens, ne id faciat ex zelo ſimili zelo Pilati: non eſt enim eradicatum è mundo ſemen ſimilium Pilato Judicum, (ut rectè notat poſt hæc ſcripta viſus, Janſenius Cornelius *in concordia Evangelica, cap. 142. poſt medium, in verb. Exivit iterum Pilatus*, & nos quotidie experimur.) Hanc limitationem tradiderunt Paulus Caſtrenſis *in l. 1. n. 6. C. ubi de crim. agi oport.* Guido Papæ *deciſ. 202. n. 2. verſic. Sextò*, Boerius *deciſ. 29. n. 4.* Theſaurus *deciſ. 90. n. 7.* Peguera *deciſ. 66. n. 17.* Covarr. *in pract. cap. 11. n. 5. verſ. Quartò erit animadvertendum*, Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. n. 87. verſ. Sed breviter in hoc art.* Avend. *reſponſ. 40. n. 5.* Fachin. *libr. 9. controverſ. cap. 20.* Borrellus *ad Bellugam in ſpec. Rubr. 11. §. ex quo prædiximus, in addit. limit 10.* Decianus *tract. crim. lib. 4. cap. 19. n. 1.* Farin. *in praxi, q. 7. n. 34. & 38.* Azevedus *in l. 1. n. 35. & 36. tit. 16. lib. 8. Recop.* Zevallos *in ſpec. practicar. q. 678. n. 18. & 19.* Molin. *de brachio ſæcul. cap. 45. n. 2.* Regens Tapia *in pragm. 1. n. 24. & 25.* Regens Rovitus *ibi, n. 65. ubi de delict. quis debet conven.* Foller. *in conſtit. Capitaneor. n. 31.* qui ibidem *ex n. 32.* latiùs tractat, an & quomodo procedat de jure, & praxi Regni Neapolitani. Sublimitatque Azevedus *ubi ſupra*, ut non procedat cùm aliter fuerit lege expreſſum, ut revera expreſſum eſt jure Caſtellæ *in l. 13. tit. 13. lib. 8. Recop.* remiſsionem in caſu illius eſſe faciendam, etiamſi non petatur; quare ſublimitanda eſt jure caſtellæ in caſu *d. l. 13.* prædicta limitatio.

827 Limita ſecundò, ut remiſsio fieri debeat, cùm petitur à Judice conſtituto ſub uno, & eodem Principe, & Republica, cui ſubjicitur Judex requiſitus: non verò debeat fieri à Judice requiſito, cùm petitur à Judice ſubdito alteri Principi, aut Reipublicæ, apud quem eſt commiſſum delictum. Probat hanc limitationem apud nos Hiſpanos, *l. 18. tit. 1. p. 7.* ubi notat Gregor. *gloſſ. 4.* atque ita ſentiunt Bald. *in l. Præſes 3. n. 4. ff. de offic. Præſid. & in l. 2. n. 2. C. de ſervis fugitivis*, Paul. *in l. 1. n. 6.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

C. *ubi de crimin. agi oport.* Fulgoſius *conſil.* 149. *n.*2. Boerius *deciſ.*29. *n.*5. Aufrerius *ad Capell. Tolaſ. deciſ.*320. *n.*1. *&* 2. Tepatus *in compend. variar. tit.* 134. *cap.*3. *verſ. Remiſsio delinquentis*, Fachin. *libr.*9. *controverſ. cap.*23. Jul. Clar. *lib.*5. *ſentent. §. fin. q.*38. *n.*21. Decian. *tract. crim. lib.*4. *cap.* 19. *n.*10. Farin. *in praxi crim. q.*7. *n.*25. 29. *&* 31. Covarr. *in pract. cap.*11. *n.*10. Afflict. *in conſtit. pœnam eorum, n.* 88. *lib.* 2. *Rubr.*3. Caſſanæus *in conſuet. Burgund. Rubr.*12. *§. unico, n.*14. Peguera *deciſ.*66. *n.*6. *&* 7. Borrellus *ad Bellugam in ſpecul. Rubr.*1. *§. ex quo prædiximus*, *in addit. limit.*3. *verſ. Quæ tamen*, Molinus *de brachio ſæculari, lib.*3. *cap.*43. *ex n.*2. Barboſa *in l. hæres abſens* 19. *§. proinde, in art. de foro delicti, ex n.*131. *ff. de judiciis.* Quam ſententiam ex communi uſu, & praxi Chriſtiani orbis receptam dicit ex multorum auctoritate Covarr. & alii. Ratio autem hujus limitationis eſt ea, quam ſuperius commemoravimus, *n.*741. quoniam cùm duæ civitates, aut oppida, pertinent ad unum Regnum, & Principatum, ſunt velut duo membra unius, & ejuſdem corporis: cùm verò unum membrum offenditur, totum corpus læditur, læſioque unius partis cedit in damnum totius. Ita fit, ut ſi quis in una Regni parte, ſeu loco delinquat, videatur cæteris omnibus, & toti Regno damnum inferre ſcandalo oborto ex maleficio: inde fit, ut ſe coadjuvent Judices unius Principatus ad capiendum, & puniendum delinquentem, quaſi tunc tua res agatur, paries cùm proximus ardet. At cùm civitates, vel oppida ad diverſos Principatus pertinent, non cenſetur efficere unum corpus, & ceſſat prædicta ratio. In quem eundem cenſum accipiendos, & interpretandos eſſe Cynum, Bart. Bald. Panormit. & plurimos alios Doctores, quos *in d. q.*38. *n.*20. refert Julius Clarus, dum dicunt, conſuetudine introductum eſſe, ut remiſsiones non fiant ex una civitate Italiæ ad aliam, quarum ſeparatæ ſunt juriſdictiones, & territoria, exiſtimat idem Clarus *ibidem, n.*21. & Farin. *d. q.*7. *n.*29. *verſ. Secunda, & verſ. Tertia*, Cardin. Tuſch. *litter. R. concl.*152. *n.* 19. *cum ſeqq.* & Molinus *de brachio ſæculari, lib.* 3. *cap.*43. *ex n.*1.

828 Ex quo infertur in foro Eccleſiaſtico remiſsionem ex quibuſvis Provinciis Chriſtiani orbis locum habere. Ratio eſt, quoniam omnes Judices Eccleſiaſtici ſubſunt uni capiti, ſcilicèt, Summo Pontifici Romano, & omnes Chriſtianorum Provinciæ efficiunt unum corpus Eccleſiæ, ſuntque ejus membra ſub uno capite, *cap. cuncta per mundum* 9. *q.*3. notat Felinus *in cap. licèt ratione, ultimò, num.*11. *de foro compet.* Bellugam *in ſpeculo Principum, Rubr.*11. *§. jam ſupra n.*2. Barboſa *ubi ſupra, n.*133. *&* 134. Bajardus *ad Clarum, §. fin. q.*38. *n.*80.

829 Amplia primò prædictam ſecundam limitationem principalem, ut idem quod dictum eſt de multis, & diverſis Principatibus, ut ex uno ad alterum non ſit facienda delinquentium remiſsio, procedat etiamſi diverſi Principatus ſint ſub uno Principe, ut contingit in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, Luſitaniæ, Flandriæ, Neapolis, & Siciliæ ultra farum, ſubditis eidem Domino noſtro Regi Philippo IV. quem Deus Optimus Maximus diu ſervet incolumem: nam ex uno iſtorum Regnorum ad alterum remiſsio fieri non debet. Ratio eſt, quoniam cùm Regna non uniuntur acceſſoriè, ita ut unum alteri accedat, & fiat unum cum illo, regaturque legibus illius, cui accedit; quomodo videntur unita eſſe Regno Caſtellæ, Regna Indiarum Occidentalium, & Regno Luſitaniæ, Regna Indiarum Orientalium; ſed conjunguntur æquè principaliter, itaut unumquodque regatur ſuis legibus, quemadmodum regebatur ante unionem; conſiderari debet, ac ſi eſſent omninò ſeparata; ut notat Belluga *ubi ſupra*, & perſona Regis, quamvis una, ſubit vicem duorum Regum; diſcreta enim ſunt jura, quamvis in unam, & eandem perſonam concurrant, *l. tutorem* 22. *ff. de its, quib. ut indignis*, & in omnibus, & per omnia de illis judicatur, quaſi eſſent ſubdita diverſis Regibus, juxta celebrem Bart. doctrinam *in l. ſi convenerit* 18. *§. ſi nuda, n.*1. 2. *&* 3. *ff. de pignorat. act.* quam ſequuntur Gregor. Lopez *in l.*27. *tit.*7. *p.*1. *gloſſ.*3. *& in l.*4. per textum

tum ibi, *tit.* 12. *eadem p.* 1. *gloss.* 1. *& seqq. & in l.* 7. *tit.* 20. *par.* 3. *gloss.* 3. (Belluga *in spec. Princip. Rub.* 11. *§. jam supra num.* 2.) Rolandus à Valle *tractat. de lucro dotis, q.* 85. *ex n.* 2. Azeved. *in Rubr. tit.* 2. *n.* 215. *lib.* 6. *Recop.* Gutierrez *libr.* 3. *practicar. q.* 17. *&* 18. *ex n.* 215. Gonzalez *in regul.* 8. Cancellar. *gloss.* 5. *§.* 7. *ex n.* 26. *& n.* 119. *cum seqq.* Matienzus *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recop. gloss.* 6. Fulvius Constantius *in l. unica, n.* 159. *C. de classicis, libr.* 11. Menochius *cons.* 165. *ex n.* 7. *lib.* 2. Barbosa *ubi supra, n.* 142. *cum seqq.* Scipio Rovitus *cons.* 102. *n.* 16. *lib.* 2. quis alios allegat. Prædicta autem Regna Regis Catholici Domini nostri unita sunt æquè principaliter; quodlibet enim regitur suis propriis legibus, quibus regebatur ante unionem cum aliis, ut notat Gonzalez *ubi supra n.* 122. ac per consequens quasi essent Regna sub diversis Principibus constituta non est facienda remissio delinquentium ab uno ad alterum. Ita sentiunt Belluga *ubi supra*, Avend. *resp.* 40 *n.* 7. Peguera *decis.* 66. *n.* 7. *in fin. & n.* 8. 9. 10. *&* 11. Molinus *de brachio sæculari, lib.* 3. *cap.* 43. *ex n.* 4. Barbosa *in d. l. hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti, n.* 143. *ff. de judiciis.*

830 Amplia secundò prædictam secundam limitationem, ut ex diversis Regnis, & Principatibus non sit facienda remissio, etiamsi Regna, & Principatus sint confederata. Ita sentit Bart. *in d. l. non dubito* 7. *n.* 3. *ff. de captivit. & postlim. reverf.* Baldus *in l. exequutorem, n.* 33. *C. de exequut. rei judic.* Fulgos. *cons.* 149. *n.* 1. Decius *in l. ultima, n.* 15. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Barbosa *ubi supra, n.* 135. *cum seqq.* Farin. *in praxi, q.* 7. *n.* 6. *verf. sed hæc*, qui non pro contraria sententia refert Bart. & Bald. sed ego non video cur sibi persuaserint Bartolum esse in contraria sententia, cùm solùm dicat ex statuto civitatis fieri posse, ut delinquentes in civitatibus fœderatis in illa puniantur, quod nullus negabit, ut rectè admonet Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 100. *n.* 10. ex quo tamen nihil infertur contra conclusionem præsentis ampliationis. Ratio autem ejus est, quam reddit Bald. *ubi supra*, quoniam videlicèt confœderatio non operatur plus, vel minus, quàm dictent leges fœderis, & pacta confœderatorum, quod etiam notavit Angel. *in q.* 8. *renovata guerra, n.* 6. *in fine.* Ergò ex sola confœderatione non fit, ut debeat ex uno Regno ad alterum fieri remissio.

831 Limitanda tamen est primò ampliatio ista, ut dumtaxàt locum habeat cùm tractatur de remissione rei facienda ex necessitate, quæ ex diversis Regnis fieri non debet; secus dicendum est de remissione ex urbanitate, & spontanea; hæc enim fieri solet ex voluntate Principum volentium suis fœderatis gratum facere. Cujus remissionis exempla referunt Decianus *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 6. & Jul. Clar. *libr.* 5. *sent. §. fin. q.* 38. *n.* 21. *circa fin.* tametsi ibidem similes gratias, & urbanitates reprehendat. Limitationem tradit Thesaurus *decis.* 90. *n.* 4. Flamin. Cartarius *de exequut. sentent. capto bannito, cap. fin. num.* 264. *&* 265. Farin. *in praxi, d. q.* 7. *n.* 32. & Molinus *de brachio sæculari, cap.* 43. *n.* 22.

832 Limita secundò eandem ampliationem, ut non procedat si in legibus fœderis aliter sit conventum: nam tunc standum est de remissione facienda ex diversis Regnis. Ratio est, quia pacta sunt servanda, *l.* 1. *in princ. l. jurisgentium* 7. *ait Prætor, ff. de pactis, cap.* 1. *cap. qualiter, de pactis.* Ita sentit Bald. *in d. l. exequutorem, n.* 33. Thesaurus *decis.* 90. *d. n.* 4. Clarus *ubi supra*, Farinac. *d. q.* 7. *n.* 6. *verf. Sed hæc, in fine*, Barbosa *in d. art. de foro delicti, ex n.* 136. & desumitur ex traditis à Menochio *de arbitrar. lib.* 1. *q.* 100. *ex n.* 15. quemadmodum inter Regnum Castellæ, & Portugaliæ sunt leges, & confœderationes de remittendis invicem delinquentibus, videlicèt *l.* 5. *&* 6. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* & inter Regnum Navarræ, & Castellæ, *l.* 7. *eod. tit.* item inter Regnum Castellæ, & Aragoniæ, *l.* 8. *eod. tit.* in Codice additionum ad Recopilationem, & inter Regna Castellæ, & Valentiæ, pragmatica extravagans Philippi IV. Domini nostri promulgata anno 1624. inter Regna Neapolis, & Siciliæ ultra farum *pragm.* 3. 4. *&* 6. *ubi de delict. quis*

de-

debet conveniri, inter ſtatum Eccleſiaſticum Pontificis, & Regnum Neapolitanum eſt pragmatica ſeptima, & Bulla Sixti V. anni 1585. in illa inſerta, *de exulibus*, cujus meminit etiam Petra *ad Grammat. deciſ.* 26. *n.* 1. Didacus de Mari *ad eand. n.* 2. eſt item Bulla Pii V. inſerta *in pramat.* 3. *de perſequendis malefactoribus*. De remiſsionibus inter Regna Caſtellæ, & Portugaliæ, meminit Gamma *deciſ.* 279. *& deciſ.* 363. Barboſa *ubi ſupra, n.* 144. *cum ſeqq.* de remiſsionibus inter ſtatum Mediolani, & Mantuæ, Surdus *conſ.* 270. *libr.* 2. de remiſsionibus inter ſtatum Mediolani, & Venetos, Clar. *d. q.* 38. *n.* 21. *in fine*, & Caſſaneus *in conſuetud. Burgund. Rubr.* 12. §. *unico, n.* 14. *in fine*, & tametſi uterque quæratur de Venetis, quòd fidem non ſervent, & promiſsis circa has remiſsiones præſtandas, ac cætera omnia ſemper defuerint, & illis fidendum propterea non eſſe moneant, quaſi iis, qui ſub prætextu boni ſemper aliquid latentis fraudis, & doli interius contineant; verùm eos ab hac detractione, & nota, teſtatus ſemper fidem tueri, ac ſolvere, ac ideò illam illuſtriſsimam Rempublicam tandiù inter tot hoſtes ſervatam incolumem juſtitia illam conſervante defendit, Bajardus *ad Clarum in d. q.* 38. *n.* 72.

833 Prædictam autem limitationem ſecundam principalem exiſtimant nonnulli ſublimitandam eſſe, ut procedat, & valere poſsit prædicta conſuetudo non remmittendi reos criminis ad locum delicti ex loco alterius Principatus, & Regni, cùm reus poteſt puniri ab eo Judice, apud quem degit: alioqui ſi Judex, apud quem reus invenitur, non poſsit reum punire ob delictum alibi factum, credunt eſſe remittendum ad locum delicti ex neceſsitate, quamtumvis remiſsio petatur ex Regno, & Principatu diverſo. Ita ſentiunt Panormitan. *in cap. licèt ratione, ultimò, n.* 23. *de foro comp. & in conſ.* 24. *n.* 2. 1. *p.* Jaſo *conſ.* 121. *ex n.* 4. *vol.* 1. Boerius *deciſ.* 29. *n.* 6. Gramm. *deciſ.* 26. *n.* 2. *&* 3. Aufrerius *ad Cappellam Tholoſanam deciſ.* 320. *n.* 2. Covarr. *in practic. cap.* 11. *n.* 10. Bajardus *ad Clarum d. q.* 38. *n.* 55. & 56. & deſumitur ex doctrina Baldi *in l.* 1. *n.* 97. *verſ. Tertius caſus, C. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* Rationem verò hujus ſublimitationis reddunt, quoniam planè delictum impunitum maneret contra publicam utilitatem, adverſus quam nulla conſuetudo valere poteſt, ſi reus neque remitteretur ad locum delicti, neque puniri poſſe à Judice, apud quem degit, facilèque eluderet legum pœnas reus aufugiens, impunitatemque delicti conſequeretur. Quæ ratio Molinum movit, ut crederet, competentem eſſe quemvis Judicem ad punienda delicta; adverſus communem omnium ſententiam, & aperta juris documenta, quod illa aſſeruit *de brachio ſæculari, cap.* 40. *n.* 19.

834 Ex qua prætenſa ſublimitatione inferuntur ſubſequentes quatuor concluſiones. Prima, vagabundum non eſſe remittendum ex uno Regno ad alterum, quoniam ubique puniri poteſt, & quicumque Judex apud quem invenitur, eſt competens ad eum puniendum, juxta *ſuperius dicta, num.* 746.

835 Secunda, reum qui eſt originarius, vel domiciliarius in uno Regno, & deliquit in altero, non eſſet remittendum ad locum delicti, quoniam poteſt puniri in eo Regno, ubi habet originem, vel domicilium; quemadmodum Neapolitanus in Hiſpania perpetrans homicidium, & aufugiens ad Regnum Neapolitanum, non erit remittendus ad Hiſpaniam, quoniam hic ſortitur forum ex origine, vel domicilio.

836 Tertia, eum qui nec ſit vagabundus, nec domiciliarius, aut originarius Regni, vel Principatus, in quem confugit, cum in eo non ſortiatur forum, aut ratione originis, aut domicilii, aut delicti, in quibus delinquens dumtaxàt puniri poteſt, ex regula *l.* 1. *C. ubi de crimin. agi oport.* eſſe remittendum ad locum delicti, etiam ad diverſum Regnum, ſeu Principatum pertinentem, jure communi attento, & ſecluſis legibus fœderis inter ea Regna, & Principatus.

837 Quarta manifeſtè tametſi tacitè ex iis omnibus infertur, & in illis certò preſupponitur, vagabundum, domiciliarium,

&

& originarium puniri posse, & accusari in eo Regno, ubi degit, ubi domicilium, aut originem habet, de delicto commisso in alio extraneo Regno. Quam quartam conclusionem expressiùs cæteris asseruit Covarr. *in pract. d. cap.* 11. *n.* 10. Molinus *de brachio sæculari, libr.* 3. *cap.* 43. *ex num.* 11. Gamma *decis.* 53. Castillo *decis.* 158. *lib.* 2. & insignis Præceptor meus Franciscus Caldera *in l. à D. Pio, §. sententiam Romæ, n.* 33. *ff. de re judic. in manuscripto*, quæ confirmatur sequentibus argumentis.

838 Primò superiùs adducto, quod aliter dicentibus delicta manerent impunita. Secundò, quoniam dum offensus postulat injuriæ suæ, & læsionis incursæ satisfactionem ratione; & legi naturali lædens, & offendens, tenetur eam præstare; est enim illius debitor, non secus, ac debitor esset ex contractu inito, vel alia causa civili, sed debitor pecuniæ fugitivus potest pro debito coram quocumque Judice conveniri, *l. ait Prætor* 10. *§. si debitorem ff. quæ in fraudem creditor.* Ergo simili modo poterit coram quocumque Judice offensus agere pro injuria sua, & damno illato, etiam criminaliter. Tertiò, quoniam Judex ex offitio tenetur unicuique petenti, jus suum reddere, hoc est enim justitiæ munus à jure naturali ortum, & ubicumque suam vim retinet: egò etiam in Regno extraneo instante accusatore poterit reus puniri. Quarto, quoniam ad extraneum Regnum profugus censeri debet vagabundus, *juxta superius dicta n.* 720. *in fine*; sed vagabundus ubicumque puniri potest, ut etiam dictum superius, *n.* 746. ergò & iste profugus.

839 Sed subsistendum est, contrariam enim sententiam huic quartæ conclusioni, quæ in prædictis omnibus videtur præsupponi, earumque fundamentum esse, imò pro delicto commisso in uno Regno, & Principatu, non posse quem puniri in alio Regno, sed securum esse, & liberum ab omni accusatione, & molestia, dum ibi degit, sive sit originarius, sive domiciliarius, sive vagabundus, vel profugus, veriorem existimo, quemadmodum usu magis receptam. Eamque docet Bald. *in l. cùm quædam* 19. *in princ. in prima lectura, n.* 3. *vers. Extra quæro, ff. de jurisdict. omn. judic.* Fulgosius *cons.* 149. *n.* 1. & 2. qui dicit, in consuetudinem quotidie observare, Cagnolus *in l.* 2. *n.* 76. *ff. de orig. jur.* Thesaur. *decis.* 90. *n.* 4. Boerius *decis.* 29. *n.* 6. Barbosa *in d. l. hæres absens* 19. *§. proinde, in artic. de foro delicti, ex n.* 49. & *ex n.* 150. *ff. de judiciis.* Confirmat eandem doctrinam Baldi *in l.* 1. *n.* 53. *C. de Summa Trinitate, & Fide Cathol.* ubi ait territorium Florentinum esse liberum, & securum bannito Aretino, & ibi offendi. Item traditio Hippol. de Marsil. *cons.* 99. *n.* 27. dicentis bannitum à civitate Venetiarum posse securè morari in civitate Paduæ, & si est bannitus à civitate Paduæ, posse morare Vinceriæ, vel Veronæ, vel in aliis civitatibus, quarum dominia sunt distincta.

840 Quæ sententia, ut funditus, & à radice explicetur, distinguendi sunt tres casus. Primus est, cùm quis delinquit in uno Regno, qui in eodem habet domicilium, aut originem, & fugit ad aliud, ibique manet. In quo dicendum est, istum non posse puniri in Regno, ad quod confugit. Ratio est, quoniam communis est, & concors omnium sententia, *ex leg.* 1. *C. ubi de crimin. agi oport. & ex cap. ultimo, de foro, competent.* tribus locis criminis reum sortiri forum legitimum, & competentem, videlicet, aut in loco delicti, aut in loco originis, aut domicilii, ut superius latè deduximus, & probavimus. Profugus autem in Regno extraneo, ubi degit, neque delictum commisit, ut præsupponimus, neque habet domicilium, aut originem. Ergò ibidem forum non sortitur, ac per consequens puniri non potest: nemo enim potest puniri, nisi à Judice competente, & legitimo, habenteque jurisdictionem in ipsum.

841 Secundus casus est, cùm quis delinquit in uno Regno, & in alio habet originem, aut domicilum, aut postratum crimen confugit ad Regnum, in quo domicilium, aut originem habet; qui casus tractatur à Gamma *decis.* 53. in qua refertur quidam Lusitanus deliquisse in Gallecia contra alterum Lusitanum, ac post confugis-

giſſe in Luſitaniam, ibique accuſatum ab altero Regnicola offenſo. De cujus deciſionis declaratione, & limitatione videndus eſt Barboſa, qui doctè dubitat de ea, & eam declarat *in l. hæres abſens, §. proinde, in art. de foro delicti, ex n. 55. ff. de judiciis*; & eſt planè caſus difficilior, præſertim præſuppoſita doctrina ſuperius à nobis approbata, *ex n. 735.* poſſe quem inquiri, & accuſari in loco domicilii, aut originis, de delicto patrato extra ſuum domicilium, aut originem. Sed dicendum eſt, non poſſe hoc caſu reum inquiri, aut accuſari de delicto extra Regnum commiſſo, in eo Regno, in quo domicilium, aut originem habet. Ratio eſt, quia accuſatio criminalis, & inquiſitio, quæ in ejus locum ſubrogatur, reſpiciunt vindictam publicam, & publicum intereſſe Reipublicæ, non privatam utilitatem, niſi minus principaliter, & ſecundario, quo differunt ab actionibus inventis à jure civili ad privatam utilitatem, & ejus privatum in judicio perſequendum. Notarunt Azo *in ſumma, n. 1. C. de accuſationibus*, additio ad Gloſſam primam, *inſtit de public. judic.* & Angel. Aretin. *in rubr. n. 1. eodem tit. & in tract. de maleficiis, verb. etiam veſtem cœleſtem, n. 6.* Bart. *in extravaganti, ad reprimendum, n. 25.* D. Thomas *2. 2. q. 33. art. 1. in corpore, & q. 68. art. 1. in corpore, & art. 3. in corp.* Angelus Clavaſ. *in ſumma, verb. accuſatio, in princ.* Silveſter *in ſumma, eod. verbo, accuſatio, n. 1.* Calvinus *in lexico, verb. Accuſatio,* Duarenus *lib. 1. diſput. animadverſariar. cap. 37.* Ubeſembecius *in paratitla, ff. de public. judic. n. 3. & 5.* deſumiturque ex traditis ab eodem Bart. *in l. Agraria. n. 3. ff. de termin. mot.* ubi ait, actionem pertinere ad utilitatem privatam, accuſationem verò ad utilitatem fiſci, & publicam; conſentit Anaſt. Germon. *de ſacror. immunitat. lib. 3. cap. 12. n. 3. & cap. 15. n. 69. & lib. 1. animadverſ. cap. 19.* Farinac. *in praxi crimin. q. 4. n. 32. vol. 1.* Sed Reipublicæ Regni, in quo degit, qui crimen in alio Regno commiſit, nullum intereſſe vertitur in punitione delinquentis, quoniam ipſa, neque in toto, nec in parte eſt offenſa; ſiquidem poſtquam jure gentium introductæ ſunt Regnorum diviſiones, & diſcreta ſunt Imperia, diſtinctaque dominia, *l. ex hoc jure 5. ff. de juſtit. & jur.* ubi notant Doctores, non efficitur unum corpus Reipublicæ ex diverſis Provinciis diverſis Principibus ſuperiorem non recognoſcentibus ſubjectis, ſed ſunt velut plura corpora. Hoc verò differt unum corpus à pluribus, quod in uno corpore læſio unius membri nocet toti corpori, & cætera membra afficit dolore, & compaſsione; qua ſimilitudine uſus Cicero *Philippica 8. n. 15.* ait: *Si quid in corpore ejuſmodi eſt, quod reliquo corpore noceat, uri, ſecarique patitur, membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: ſic in Reipublicæ corpore, ut totum ſalvum ſit, quidquid eſt peſtiferum amputetur*: id verò cùm diverſa ſunt corpora neutiquam contingit: nam læſio membri unius corporis diverſum corpus non afficit; ac per conſequens, cùm Rerumpublicatum corpora diverſa ſunt, læſio unius membri, aut etiam totius Reipublicæ alteram non attingit; neque ex damno, aut injuria, unius altera læditur, quare nullum ejus intereſſe verti poteſt in ſupplicio delicti extra illius diſtrictum patrati, ex quo nulla ejus offenſa reſultat; quo fit, ut accuſatio locum habere non poſsit: quòd ſi accuſatio non habeat locum, neque inquiſitio majore cum ratione. Quò conferunt tradita à Baldo *in l. cùm quædam, in princip. in prima lectura, n. 3. verſ. extra quæro, ff. de juriſdict. omn. judic.* ubi ait maleficium conſiderari, non ſolùm reſpectu partium, ſed etiam reſpectu Reipublicæ, & ideò non poſſe accuſari quem ubi non offendit; pro qua doctrina refert Speculatorem, eique ſubſcribit Cagnolus *in l. 2. n. 76. ff. de origin. jur.*

842 Confirmatur, quoniam cùm nulla ſit juriſdictio, aut poteſtas communis duobus diverſis Regnis, aut Principatibus, ac per conſequens nulla communis lex, ſed unumquodque ſuis legibus vivat, cumque Judex unius non ſubjaceat legibus alterius, & in ullo Regno ſit lex, quæ jubeat punire delinquentes Regni exteri, ſed ſolùm delinquentes in illo eodem, ubi viget, & ſervatur, & eos, qui intra territorium crimi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mina patrarunt, cùm extra territorium jura, & leges ſe non extendant, *l. ultima, ff. de juriſdict. omn. jud. quoniam de iis, qui forum ſunt nihil ad eos pertinent judicare*, 1. *Corinth.* 5. *n.* 12. fit, ut nullus Judex obligetur ad punitionem eorum, qui in Regno extero deliquerunt, cùm Regni exteri tutela, & cura ad ipſum non pertineat.

843 Nec dicas, ideò poſſe puniri delinquentes in loco domicilii, aut originis, etiam cùm in diverſo Regno deliquerunt, quoniam cujuſvis Reipublicæ intereſt Provinciam ſuam malis hominibus purgari; quoniam tunc pertinet ad Judicem animadvertere in facinoroſos cùm Reſpublica, cui præeſt, aut altera, quæ ſit comparans, & membrum ejuſdem corporis ex patrato crimine eſt offenſa, ut deſumitur ex Baldo *in l.* 1. *n.* 98. *C. de Summa Trinit. & Fide Cathol.* ſecus cùm Reſpublica offenſa non pertinet ad idem corpus, tùm quia, quod ad hunc Judicem attinet, non eſt cenſendus malus, qui ſub ejus poteſtate inculpatè vixit quantumvis multa facinora in Regno extero patravit; tum etiam, quia alioqui dicendum eſſet, ſpectare ad Judicem animadverſionem eorum, qui inter Tartaros, Turcas, aut Sinas, maleficia, furta, & homicidia commiſiſſent, quod à noſtris moribus, & totius orbis Chriſtiani conſuetudine alienum eſt, & prorſus inauditum.

844 Ex quibus infertur. Primò doctrinam à nobis ſuperius traditam *ex n.* 735. poſſe quem accuſari in loco domicilii de delicto extra illum commiſſo limitandam eſſe, & accipiendam, cùm locus domicilii, aut originis, & locus delicti ſunt membra unius, & ejuſdem Regni, & Principatus, efficiuntque unam univerſalem Rempublicam ſub unamet poteſtate, & juriſdictione communi: ſecus cùm locus domicilii eſt conſtitutus ſub diverſo Principatu, vel Regno, diverſaque juriſdictione à loco delicti: tunc enim locum non habet ob rationes diſparitatis ſuperius notatas.

845 Secundò infertur, quod attinet ad crimina merè Eccleſiaſtica, dicendum eſſe, in quacumque Provincia Chriſtiani orbis comiſſa ſint, poſſe à Judice Eccleſiaſtico loci domicilii, aut originis delinquentis puniri. Ratio eſt, quia tota Eccleſia orbis una eſt, conſtituta ſub uno Romano Pontifice, & quod conſequens eſt, omnes Eccleſiæ particulares ſunt membra unius, & ejuſdem corporis ſub uno capite; quare cùm unum membrum offenditur, redundat in totius corporis, & membrorum ejus læſionem, damnum, & offenſionem, in cujus læſionis ſatisfactionem, & vindictam poteſt ab Eccleſiaſtico Judice procedi via inquiſitionis, & accuſationis contra criminoſum. Quemadmodum ob eandem rationem ſuperius *n.* 828. diximus, remiſsionem ad locum delicti ex quavis Chriſtiana Provincia locum habere inter Judices Eccleſiaſticos, aut etiam ſæculares, ſi remiſsio ab Eccleſiaſtico petatur implorato ſæculari brachio. Inde fit, ut de crimine hæreſis ubicumque commiſſo, quis in loco domicilii puniri poſſit, tametſi in eo loco nihil impium fecerit, ut notat poſt plurimos Jacob. Septimacenſis *in Caſtolic. inſtit. tit.* 2. *n.* 15. & 16. ubi hujus rationis, & diſcriminis, meminit Guido Papæ *deciſ.* 202. *n.* 2. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubr.* 12. *§. unico, n.* 17. Covarr. *in pract. d. cap.* 11. *n.* 12. ubi benè declarat, Borrellus *ad Bellugam, Rubr.* 11. *§. ex quo prædiximus, in addit. limit.* 24. Dueñas *regul.* 378. *forum, limit.* 7. Molinus *de brachio ſæcul. cap.* 44. *ex n.* 7. Decian. *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 19. *n.* 23. Farin. *in praxi, q.* 7. *num.* 17. qui etiam dicunt, hæreticum quemadmodum, & vagabundum, ubique puniri poſſe, juxta *l. Arriani* 5. *C. de Hæreticis, & Manichæis.*

846 Tertiò infertur, tempore eo, quo omnes orbis cogniti Provintiæ erant ſub Imperio Romano, & ſub uno Principe Imperatore, membraque unius, & ejuſdem Principatus, tunc remiſsiones ex quacumque civitate ad locum delicti, indiſtinctè locum habuiſſe, & definitionem textus *in* 5. *ſi verò quis comprehenſorum, in Auth. ut nulli Judic. collat.* 9. *cum ſimilibus.* Atque item tunc temporis loco domicilii, aut originis potuiſſe quemque puniri de crimine extra ſuam Provinciam patrato, juxta dicta à nobis ſuperius *ex prædicto num.* 735. tunc enim

multò dispar ratio vigebat, ac hodie, cùm videmus Provincias orbis sub diversis Regibus vivere, & in diversos Principatus divisas esse; quod adnotavit rectè Tuschus *litter. R. d. concl.* 152. *n.* 26. *tom.* 6.

847 Tertius tandem casus est, cùm vagabundus in uno Regno delictum committit, & ad aliud Regnum confugit; videbatur autem iste posse puniri in eo Regno, ubi invenitur, & quò confugit, cùm vagabundum, ubique puniri posse superius dixerimus *n.* 746. Verùm dicendum est, neque vagabundum in extero Regno delinquentem, qui post patratum delictum ad aliud Regnum confugit, ibi accusari posse, aut puniri, sed securum esse, & tutum ab omni molestia, & accusatione, ob eandem prorsus rationem, quam in superiori casu expendebamus. Etenim jurisdictio, & leges Principis offensi, & Reipublicæ ex hoc delicto læsæ non extendunt vires, & potestatem suam ad locum ubi vagabundus in extero Regno degit, ac per consequens ibi non potest procedi ad publicam vindictam, cùm non sit offensa, in qua cadere possit. Etenim quemadmodum non potest privatus vindictam quærere, etiam in judicio, de injuria alii privato sibi cognato facta, cùm non possit jus alterius in judicium deducere, *l. loci corpus* 4. *§. competit*, *ff. si serv. vindic. l. res alienas*, *ultima*, *C. de rei vindicat.* tractat latè Barbosa *in l. si alienam* 12. *ex n.* 5. *circa medium*, *ff. solut. matrim.* & Tiraquellus *in l. unquam*, *verb. Revertebatur*, *ex n.* 356. *C. de revocand. donat.* Ita non potest quoque una Respublica, neque ejus nomine Judex illi Præpositus: de injuria, & offensa alteri Reipublicæ facta ad se nullo modo pertinente vindictam sumere, & satisfactionem quærere. Ideò cùm diximus, vagabundum ubique posse puniri, intelligendum est, si locus punitionis, & delicti sint sub eodem Principatu, non sub diversis. Etenim Regna, & Principatus extranea, & sub diverso Principe constituta, censenda sunt, velut asyla tribuentia securitatem, & salvum conductum ad ea confugientibus non secus, ac Ecclesia, & loca sacra, immunitatem, & securitatem concedunt à pœna sanguinis ad se confugientibus, eosque tuentur, & defendunt, ne illis imponatur similis pœna, *l. præsenti*, *C. de iis*, *qui ad Eccles. confug. cap. inter alia*, *de immunit. Eccles.* esse enim similis inter se supradictos casus, docet Angelus *in q.* 8. *renovata guerra*, *n.* 6. Socinus *in l.* 1. *in princ. n.* 13. Grottus *n.* 5. Alciatus *n.* 13. Socinus Junior *n.* 70. & 71. *ff. de acquir. possess.* Barbosa *in d. l. hæres absens*, *§. proinde*, *in art. de foro delicti*, *n.* 156. *ff. de judiciis.* Imò verò, & in Regno Castellæ olim fuisse multas civitates, & castra, quibus simile privilegium, aut concessum fuerit à Regibus antiquioribus, aut ab antiquo tempore observatum, ut delictis obnoxios ad se confugientes tuerentur, & ab omni molestia, & vexatione adversariorum illæsos defenderent, colligitur planè, *ex l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* ubi dicta privilegia revocantur, meminit Avend. *tit. seu tract. de exceptionib. n.* 19. atque item in Regno Neapolitano similia privilegia quibusdam locis esse concessa, & in ipsis observata, apertè præsupponit eodem argumento *pragm.* 1. *ubi de delicto quis debet conven.* & notavit generaliter, loquens Decianus *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 25.

848 Neque obstant, quæ superius *n.* 838. pro contraria sententia adducta sunt: nam ad primum argumentum dicendum est, non colligi ex hac sententia delicta manere impunita, quod publicæ utilitati foret adversum. Duobus enim modis potest contingere delicta manere impunita. Primò, quoniam à Legislatore illis pena non sit imposita, aut non sint ab illo prohibita, sed permissa; aut quia incuria Judicis, & conniventia dissimulentur omissis necessariis mediis ad illorum punitionem. Hoc autem esset maximum vitium, tùm legum, tùm Magistratus, Reipublicæque maxima pernities. Secundò, quoniam per accidens, & causa delicta non possint puniri, quia criminum reus aufugiat, vel latitet, aut tam occultè peccet, ut delictum probari non possit; hoc autem nullum est incommodum: Divina enim Providentia disponente sine ullo Legislatoris, aut Magistratus vitio,

tio,qui omnem curam,& diligentiam,quam poteſt, adhibeat in purganda malis hominibus Republica,perſæpè contingit,ne omnia peccata ne ſuis plectantur pœnis: multa enim futuro judicio reſervantur, ſic docente Divo Auguſtino *lib.* 1. *de Civit. Dei, cap.* 8. & D.Gregorio *lib.* 5. *moralium, cap.* 15. *& lib.* 26. *cap.* 17. Quemadmodum enim non ideò minus erant perfectæ Hebræorum leges, à Deo ipſo inſtitutæ,& dictatæ, quo per illa ſtatuebantur civitates illæ ſex effugii,quo fugiebant rei homicidii,ut pœnam evaderent, in quibus ſecuri degebant, & ab omni moleſtia liberi, Deuteron. 4. *n.* 41. *&* *cap.* 19. *n.* 8. Joſue 20. *ex num.* 2. *& numeror.* 35. *ex n.* 11. & hoc non erat relinquere maleficia impunita. Neque item juxta jura, quæ hodie inter Chriſtianos vigent , judicatur dari maleficiis impunitas, quòd locis ſacris fuerit conceſſum immunitatis privilegium, *ex d. l. præſenti, C. de iis, qui ad Eccleſ. confug.& d. cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* quò poſsint malefactores confugere, & delictorum ſuorum pœnas evadere, ita ſimiliter non eſt incommodum, eum, qui poſt delictum confugiens ad extraneum Regnum , ſeu Principatum, quaſi ad aſylum ſe contulit , evadere pœnam delictorum ſuorum: ille enim per accidens , & caſu conſequitur impunitatem, eo quod pervenerit ad locum,ad quem neque poteſtas legum, neque juriſdictio Regis , & Judicis loci delicti ſe extendit , & in quo eum, tametſi velit, punire non poteſt ; neque item Judex Præpoſitus eidem loco , quoniam nullam cauſam habet eum puniendi , cùm non ſit officii ſui crimina ubicumque commiſſa punire. Quæ rationes conſuetudine etiam receptiſsima , & omnium gentium moribus confirmatæ ſunt,& approbatæ.

849 Secundò reſpondendum eſt, criminis reum, qui ad Regna extranea , exteroſque Principatus profugus confugit , ac per ea loca peregrinatur, non manere impunitum, eo quòd pœna ſanguinis effugiat: nam ſpectato jure communi, abſens ſi contumax perſerverat,multatur à miſsione omnium bonorum,ut diximus ſuperius *n.* 752. Jure verò Caſtelæ non ſolùm pœna pecuniaria , ſed capitali etiam damnari poteſt, ut dixi *n.* 753. Jure verò Neapolitano præter pœnam confiſcationis tertiæ partis bonorum mobilium,quam ob cotumaciam incurrit,banniri ſolet,& forjudicari,quæ ſunt graviſsimæ pœnæ, ut dixi *num.* 754. Quid quod ? non parva pœna eſt exilium illud voluntarium,quod profugus ſibi ipſi imponit, ſi voluntarium dici poteſt ; amiſſa patria , procul ab amicis , & conſanguineis, interdum abſens à liberis, & uxore,cariſsimis pignoribus, advena, & peregrinus per extranea loca,expoſitus ignotorum injuriis, improperiiſque peregrinationis, juxta ſententiam Sapientis,Eccleſiaſt. 29. *n.* 30. Hęc judicetur impunitas? imò verò pœna non exigua, ut *in l. aut facta , §. eventus , ff. de pœnis.* Juſtum facinoroſi ſupplicium exiſtimavit hoc Demoſthenes in oratione adverſus Ariſtocratem,dum ait: *Facinoroſis ſat eſt, ut eorum,quos læſerint, patria cedant, in aliorum ditionem, quibus nullam fecerunt injuriam tutò commigrantes.* Neque enim futura erat aliena ab omni miſericordia, & expers omnis manſuetudinis,pœna ab ipſo malefactore voluntariè ſuſcepta, ſed admixta debuit eſſe aliarum pœnarum effugiò , ut ait Cicero *in oratione duodecima pro Aulo Cecina, n.* 100. *Cùm homines vincula , neces, ignominiaſque vitant,quæ ſunt legibus conſtitutæ,confugiunt, quaſi ad aram in exilium.* Cùm igitur exilium ſit acerbiſsima pœna, fugaque ipſa exilium ſit, imò,& Græcis fugę nomen exilium ſignificet, ut adnotavit Budeus *ad d. §. eventus,* ſit, ut impunitus cenſeri non poſsit, qui fugam arripuit, etſi exilii ſuffugio ſanguinis pœnam evaſerit.

850 Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, ex maleficiæ non eſſe quem debitorem pœnæ,quemadmodum ex contractu: nam ex contractus die ipſo fit debitor, qui contraxit,at pœnam non debet delinquens, niſi eſt die condemnationis , *l. ſi qua pœna* 244. *ff. de verbor. ſignificat.* Quo fit, ut fiſcus nullum habeat jus in bonis rei ante condemnationem,ut docent Bart. *in l. poſt contractum* 15. *n.* 16. Paulus de Montepico *n.* 13. *&* 87. *ff. de donat.* Alex. *in l. reſcriptum*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

11. *ex n.*8. *ff. de pactis*, Bald. *in l.* 1. *n.*14. *C. de jure fisci, libr.*10. *& in l. si quis post hac, n.*4. *C. de bonis præscriptor.* Joan. Faber. *in §. item si quis in fraudem, n.*7. *circa finem, versic. Ad l. aufertur, instit. de action.* Thesaurus *q. forens. lib.*1. *q.*85. Jul. Clar. *libr.*5. *sentent. §. fin. q.*78. *n.*32. Caballus *resol. crim. casu* 295. *n.*46. Bossius *divers. tractat. tit. de bonor. public. n.*81. Tuschus *litter. F. concl.*385. Negusantius *de pignor. 2.p. membr.* 4. *n.*115. *&* 116. Peregrin. *de jure fisci, libr.*5. *tit.*1. *n.*182. *& libr.*5. 4. *tit.*6. *ex n.*12. Alfarus *de offic. fiscal. gloss.* 34. *n.*133. *l.*9. *tit.*3. *p.*5. *& ibi gloss.*9. Ob quam rationem in delictis pœna ante condemnationem ad hæredes non transit, *l. ex judicior.* 20. *ff. de accusat. l. si pœna* 20. *ff. de pœnis.* Ergò cùm ante condemnationem pœna non debeatur, etiam parti læsæ, nihil ipsa à reo petere poterit, & sic similitudo, ex qua ducitur argumentum, enervatur.

851 Ad tertium dicendum est, ad officium Judicis spectare, ut jus reddat omnibus petentibus, verùm non esse jus accusatori accusandi reum profugum, aut etiam domiciliarum subditum ipsemet Judici, ob delicta facta extra Principatum, quia cùm accusatio respiciat publicam vindictam, & hæc non possit sumi, nisi de injuria facta Reipublicæ propriæ, non extraneæ, non poterit institui accusatio apud Rempublicam, cui injuria facta non est, ad cujus Judicem non pertinet vindicta Reipublicæ extraneę, aut ejus civium.

852 Ad quartum dicendum est, neque profugum esse vagabundum, cùm propter fugam non amittat domicilium, quod ante habebat, ut dixi *supra n.*746. neque quantumvis vagabundus esset censendus, posse puniri ob delicta in alio Principatu patrata, ut probavi *n.*487.

853 Limita tertiò principaliter prædictam secundam conclusionem, & regulam, ut non procedat, neque remissio facienda sit ex necessitate ob levia delicta, sed solùm ob grauia. Ita sentiunt Cynus *in Authent. qua in Provincia, n.*9. *in fine, C. ubi de crimin. agi oport.* Panorm. *in cap. ultim. n.*15. *de foro compet.* Jacobus de Belviso *in repet. §. contrahentes, n.*79. *in cap. Romana, eod. tit. in sexto*, Cappella Tolos. *decis.*320. & ad eam Aufrerius *n.*2. Covarr. *in pract. d. cap.* 11. *n.*7. *vers. Octavò*, Jul. Clar. *lib.* 5. *sentent. §. fin. q.*38. *n.*23. Dueñas *regul.* 378. *forum, limit.*3. Avend. *tractat. de exceptionib. n.*17. *versic. Quod sublimita*, Follerius *in constit. Capitaneor. n.*52. 60. 61. *&* 62. Tusch. *litt. R. concl.*152. *n.*11. Cassan. *in consuet. Burgund. Rubr.*12. *§. unico, ex n.*7. Peguera *decis.*66. *n.*16. Decian. *tractat. crim. lib.*4. *cap.*19. *n.*5. Farin. *in praxi, d. q.*7. *n.*36. Borrellus *ad Bellugam in spec. Rubr.*11. *§. ex quo prædiximus, in addit. limit.*4. Barbosa *in dicto art. de foro delicti, n.*104. *&* 105. Addunt isti Doctores, neque in gravibus, & atrocibus delictis esse locum remissioni, si agatur civiliter: quoniam cessat remissionis ratio, nempè publicum exemplum, solatiumque injuria affectorum; ideoque in delictis levibus remissionem denegandam credunt, quia causæ similium delictorum civilibus æquiparantur. Item quia expensæ remissionis superarent justam levis criminis pœnam.

854 Contrariam sententiam jure Castellæ locum habere, & sequendam esse quinimò in delictis etiam levibus locum esse remissioni ad locum delicti, probat *l.* 1. *tit.*29. *part.*7. & ex ea notavit Avend. *respons.*40. *n.*3. *versic. Item aliud*, Azeved. *in l.*1. *per textum ibi, n.*4. *tit.*16. *libr.*8. *Recop.* Didacus Perez *in l.*2. *tit.*17. *lib.*8. *ordinam. gloss.*1. *pag.*337. Molinus, quid id censuit æquius, attento etiam jure communi, & reum optimè tractat, *de brachio sæcul. cap.*46. *per totum*, idemque servandum esse, attento jure Neapolitano censuit Tapia *in pragm.*1. *n.*5. *&* 6. *ubi de delicto quis debet conven.* & non dissensit Rovitus *ibidem, n.* 41. *in fine.*

855 Limita quartò, ut remissio locum non habeat, neque facienda sit, cùm Judex minor, & inferior eam petit à Judice majori, & superiori: nam tribunal superius non remittit ad inferius. Ita sentiunt Oldradus *consil.*124. *num.*4. *vers. Tertiò remessio*, Additio ad Gaidonem Papæ *decis.*203. *n.* 2. *vers. Sextò*, Cassan. *in consuet. Burgund. Rubr.*

Rubr. 12. *§. unico, n.* 16. Avend. *respons.* 40. *n.* 6. Covarr. *in pract. cap.* 11. *n.* 9. *vers. Undecimò erit, & n.* 10. *vers. Decimotertiò*, Azeved. *in l.* 1. *n.* 50. *tit.* 16. *libr.* 8. *Recop.* Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 13. *n.* 69. *in fine*, Barbosa *in l. hæres absens* 19. *§. proinde, in art. de foro delicti, n.* 106. *ff. de judiciis*, Molin. *de brachio sæcul. cap.* 43. *n.* 25. Farin. *in praxi, q.* 7. *n.* 33. Regens Tapia *in d. pragm.* 1. *n.* 34. *ubi de delicto quis debet conven. libr.* 3. *Juris Neapol. Rubr.* 6. Novarius *ad pragm. Regni Neapol. collect.* 222. *n.* 18. *&* 21. Probat suam sententiam Oldradus ex textu *in l. ad cognitionem, ff. quib. ex caus. in possess. eat. & in l. ad Principem, ff. de appellat. & in Auth. de appell. & intra, quæ tempor. cap.* 3. *seu, §. illud etiam*, quos tamen textus Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 9. ab hac limitatione recedens, relato in eandem sententiam Baldo *in l. & in privatorum, ultima, n.* 12. *C. si non compet. judic.* ait agere de appellationibus, non de remissionibus, in quibus multum diversa ratio viget.

856 Sublimita tamen primò prædictam quartam limitationem principalem, ut procedat quoties tribunal superius, seu superior Judex potest advocare causas tribunalis, seu Judicis inferioris, & quoties causæ ad idem superius tribunal per appellationem devolvuntur; tunc enim poterit causam retinere apud se cujuscumque appellationis, & gravaminis occasione, & reum non remittire: secus erit, si causam advocare non posit; nam tunc debebit remittere reum, etiam ad tribunal inferius. Ita sentiunt Covarr. Azeved. Bobad. & Farin. relati *num. præced.* Qua sublimitatione præsupposita possunt conciliari Bald. & Decian. cum Oldrado, & cæteris. Inde fit, ut cùm supremum Regium Castellæ Consilium non solet advocare causas tribunalium inferiorum, quorum appellationes regulariter devolvuntur, non ad ipsum Regium Consilium, sed ad Regias Cancellarias, etiam à Judicibus delegatis ab ipsomet Consilio, juxta *l.* 20. 21. *&* 24. *tit.* 4. *& l.* 11. *&* 12. *tit.* 5. *libr.* 1. *Recop.* soleat remittere reos carceratos ad Judices inferiores ab ipsomet Consilio delegatos, ut vidi aliquando decisum, & practicatum. Atque ex eadem ratione existimo processisse decisionem supremi Indiarum Consilii me referente jubentis remitti quendam reum captum in Regia Curia ad Judicem delegato ab ipsomet Supremo Consilio, excitati per litteras supplicatorias à prædicto Judice missas, qui remissus est ad civitatem Regum Provinciæ Peruanæ. Quoniam appellationes Judicum illarum Provinciarum in causis tàm civilibus, quàm criminalibus, non devolvuntur ad prædictum Supræmum Consilium, sed ad Regias Cancellarias in prædictis Provinciis residentes. Idemque in Regno Neapolitano servandum esse regulariter, postquam in eo non possunt advocari causę ex tribunalibus inferiobus à Judicibus superioribus, *ex pragm.* 2. *&* 5. *ubi de delicto quis debet conven. & pramat.* 3. *§. nos autem de offic. Sacr. Regii Consil.* notarunt Petra *ad Grammat. decis.* 26. *n.* 1. *&* 2. & Didacus de Mari *n.* 3. *& seqq.* quibus planè consonat Afflictis *decis.* 155. *num.* 5. *&* 6.

857 Quando verò, & ex quibus causis habeat locum advocatio causarum à tribunalibus, & Judicibus inferioribus ad superiores Judices, vide Rebuff. *commentar. in constit. Reg. tom.* 1. *tit. de vocation. ex n.* 11. *& per totum*, Covarr. *in practic. cap.* 9. Andream Gail *observat. practicar. lib.* 1. *observat.* 41. Avend. *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 19. *n.* 2. *& seqq.* Sesse *decis.* 117. *par.* Vivium *decis.* 208. *ex num.* 5. Capiblanc. *in pragm.* 3. *ex n.* 142. *de Baronibus*, doctissimum Regentem Carolum Tapia *decis.* 1. *Supræmi Italiæ Senatus, præsertim ex num.* 31. (Castillo *de tertiis, cap.* 41. *ex n.* 121. ubi latè Scacciam *de judiciis libr.* 1. *cap.* 66. *ex n.* 11. Bobad. *libr.* 2. *polit. cap.* 16. *n.* 100. Gonzalez *in reg.* 8. Cancellar. *gloss.* 52. *ex n.* 27.)

858 Sublimita secundò de jure, & praxi Regni Neapolitani, (quæ sublimitatio colligitur ex præcedenti) ut quarta prædicta limitatio principalis non habeat locum, cùm Baro petit remissionem à tribunalibus Regiis superioribus, ut à Magna Curia Vicariæ, seu Sacro Consilio: nam tunc facien-

da

da est,& fieri solet regulariter. Ita sentiunt Grammat. *decis.* 30. & ibi Didacus de Mari *n.* 3. Franchis *decis.* 66. *&* *decis.* 426. *&* *decis.* 458. *&* *decis.* 529. & ad eas Additionatores, Flavius Amendola, Riccius, & Visconte; & ita sæpè practicatum se vidisse dicit Ursillus *ad Afflictis decis.* 155. *n.* 6. *in fine*, sentit Mastrillus *de Magistratibus*, *libr.* 4. *cap.* 16. *ex n.* 35. & in specie *num.* 41. *&* 42. Regens Tapia *in pragmat.* 1. *n.* 34. Regens Rovitus *ex n.* 4. *&* *ex n.* 41. *ubi de delicto quis debet conven.* Anna *singular.* 120. Caravita *ritu* 205. *ex n.* 3. *&* *ritu* 331. *n.* 1. *&* 2. Bajardus *ad Clarum lib.* 5. *sentent.* §. *fin.* *q.* 38. *n.* 60. *&* 61. *&* *n.* 91. Giurba *cons.* 66. *ex n.* 16. Capiblanc. *in pragmat.* 3. *n.* 153. *&* *in pragm.* 8. *p.* 2. *ex n.* 70. latè,& ferè *usque ad finem*, *de Baronibus.* Eamque sententiam ego sæpissimè vidi usu receptam in Sacr. Cons. à quo me intervenientе ferè semper remissi sunt ad Barones vassalli carcerati in carceribus Magnæ Curiæ petentibus ipsis Baronibus.

859 Neque credas huic usui contrariam esse decisionem 122. Antonii Capycii, ut crediderunt Ursillus *ad Afflict.* *decis.* 155. *in fine*, & Tuschus *litt.* *R.* *concl.* 152. *n.* 15. qui planè erravit, dum dixit, Magnam Curiam Neapolitanam numquam remittere reos ad inferiorem Judicem : nam prædicta decisio Capycii loquitur de Magna Curia Panormitana, non Neapolitana; quod etiam rectè animadvertit Franchis *d.* *decis.* 426. *num.* 3. jure reprehendens Ursillum. Prædicta tamen decisio Capycii processit ex alia ratione longè diversa : non quidem, quia tribunal petens remissionem erat inferius, sed quia illa Magna Curia habebat præheminenciam, ne continentia causæ divideretur, & ideò in illo casu remissionem denegavit, quoniam ex remissione unius ex multis delinquentibus, sequeretur divisio continentiæ causæ, quod prædicti tribunalis preheminenciæ adversavatur.

860 Ratio autem prædictæ limitationis est, quoniam Dominus directus non potest se intromittere in prima instantia in causis occurrentibus in territorio vassallorum, quibus concessit jurisdictionem in feudum, ut superius dixi multis relatis *n.* 794. quoniam tunc videtur concessa jurisdictio, non cumulativè,sed privativè,& abdicativè,cùm conceditur ex investitura feudali, præsertim cùm ex pragmaticis Regni Neapolitani *præcedenti numero* relatis, non possint regulariter suprema tribunalia evocare causas ab inferioribus Judicibus, neque eas apud se retinere.

861 Declara tamen, & restringe prędictam secundam sublimitationem, ut quamvis regulariter superiora Tribunalia Neapolitana debeant remittere causas civiles, & criminales ad inferiora tribunalia, & reos vassallos ad Barones; sint tamen multi casus, in quibus est deneganda, & denegari solet remissio Baronibus eam petentibus, quantumvis ampla habeant privilegia, ut latius prosequuntur Franchis *decis.* 470. Rovitus *in pragm.* 2. *ex n.* 12. *ubi de delicto quis debet conven.* Mastrillus *decis.* 147. *&* *de Magistratibus*, *libr.* 4. *cap.* 16. *ex n.* 214. Capiblanc. *in pragmat.* 8. *p.* 2. *ex n.* 102. *de Baronibus*, Giurba *cons.* 66. *n.* 20. *cum seqq.* omninò videndus ; veluti si petatur remissio causæ criminalis rei non carcerati ; ut notat Follerius *in practica crimin.* *verb.* *Audiantur excusatores*, *n.* 63. Caravit. *ritu* 205. *n.* 4. *&* *ritu* 269. *num.* 14. *&* 15. Petra *ad Grammat.* *decis.* 26. *n.* 9. *&* 10. Capiblanc. *ubi supra*, *n.* 84. Bajardus *ad Clarum d.* *q.* 38. *n.* 91. (& statuitur *in pragm.* 6. §. 25. *de offic.* *Justitiarii.*) An verò debeat constare de delicto, cùm petitur remissio à Barone rei carcerati, vide Rovitum *in prag.* 1. *n.* 41. *ubi de delicto quis debet conven.* ubi refert antiquum usum supremorum tribunalium hujus Regni fuisse, ut non remitterent reum ad Baronem, nisi constaret de corpore delicti, quod dicitur, & de culpa rei: recentiori verò usu receptum esse,ut vassallus remittatur ad Baronem, etiam cùm de ejus delicto non constat, imò etiamsi esset absolvendus. In qua item sententia fuit Regens Tapia *in ead.* *pragm.* 1. *n.* 6. *lib.* 3. *Juris Neapol.* *Rubr.* 6. quos sequutus est Capiblanc. *ubi supra*, *n.* 99. *&* 100. Deinde non esse locum remissioni ad Baronem, si delictum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ctum commiſſum ſit à vaſſallo in civitate Neapolitana, vel ſuburbiis, aut Caſalibus, ejus docet Franchis *deciſ.* 129. Maſtrill. *de Magiſtrat. libr.* 4. *d. cap.* 16. *n.* 254. Capiblanc. *ubi ſupra n.* 132. Novarius *ad prag. Regn. Neapol. collectat.* 222. *n.* 18. *& collect.* 223. *n.* 31. Tandem vaſſallum Baronis contumacem contravenientem præceptis Magnæ Curiæ, vel Regię Audientię, violantemque eorum tribunalium banna, receptamque adverſus ea bannitos à prædictis tribunalibus, non debere remitti ad Baronem, ſed ejus cauſam remanere apud Regia tribunalia offenſa docet Franch. *d. deciſ.* 470. dicens id eſſe receptum conſuetudine ſemper approbata apud Sacr. Conſ. quam ſententiam videntur amplexi Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi* 5. *part. conſiderat.* 4. *n.* 195. Surdus *conſ.* 152. *libr.* 2. Menochius *conſil.* 604. *lib.* 7. Natta *conſ.* 580. *n.* 14. 17. *& ſeqq.* Amadeus à Ponte *de laudemiis, q.* 24. *ex n.* 27. Capiblanc. *in d. pragm.* 8. *p.* 1. *ex n.* 213. *& n.* 216. *& 2. p. ex n.* 130. *de Baronibus*, tametſi in contrariam inclinet, Rovitus *in pragm.* 1. *n.* 14. *de receptator. malefact. & in pragm.* 2. *n.* 13. *ubi de delicto quis debet conven.* Maſtrill. *de Magiſtratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 221. Quamvis contrarium, imò remiſsionem hoc caſu eſſe concedendam ad Baronem petentem, deciſſum eſſe videatur apud eundem Franchis *deciſ.* 434. quam deciſionem ſequitur Ponte *de poteſtate Proregis, tit.* 1. §. 3. *ex n.* 29. & juxta eam contra prædictam *deciſ.* 470. bis deciſum referat Viſconte *addition. ad ipſam ad n.* 1. Item Foller. *in pract. crim. verb. Audiantur excuſatores, ex n.* 132. *& ibi num.* 134. ubi in eodem articulo varias deciſiones refert ſecum repugnantes; eandem ſententiam ſequitur Boſsius *tit. de pœnis, n.* 25. Theſaur. *deciſ.* & ibidem Theſaurus filius *in conſilio inſerto poſt d. deciſ.* eandem doctrinam amplectitur Rovitus *in pragm.* 5. *n.* 2. *& 3. de adminiſtrat. Univerſitat. & in pragm.* 9. *n.* 1. *& ſeqq. de empt. & vendit.* Natta *conſ.* 560. *ex n.* 5. *tom.* 4. Peregrin. *conſ.* 25. *n.* 3. *vol.* 5. Ponte *de laudemiis, d. q.* 24. *ex n.* 30. Limitans doctrinam generalem à ſe ſuperius traditam. Quare in caſu occurrenti altius cogitandum erit, expendendæque ejus circunſtantiæ, examinandæque adamuſim Doctorum ſententiæ, procurandumque ut concilientur, ne ſibi ipſis ſint adverſi, ut revera plerique ſui ipſorum immemores ſibi videntur metipſis adverſari. Cæteros caſus cumulavit Maſtrillus *d. deciſ.* 147. *& de Magiſtratibus, libr.* 4. *d. cap.* 16. *latiſsimè ex n.* 214. omninò videndus, & Capiblanc. *in d. pragm.* 8. *p.* 2. *ex n.* 102. *de Baronibus*, & vide ibi, *n.* 94.

862 Limita quintò principaliter prædictam ſecundam regulam, & concluſionem, *ut remiſsio facienda non ſit quoties* veriſimiliter timetur de Judice requirente, eum in ea cauſa juſticiam non adminiſtraturum; quod duobus modis poteſt contingere. Primò, cùm creditur, Judicem per omiſsionem non puniturum delictum ob amicitiam cum reo, aut ejus cognatis; aut ob nimiam rei potentiam, aut ejus cognatorum, aut affinium, aut ob alias cauſas, aut fines. Secundò, cùm exiſtimatur Judicem nimis acriter, & ſeverè puniturum reum, aut verius ſub prætextu juſtæ punitionis acerbam de eo ſumpturum vindictam, aut eſſe inimicum litigatoris, & utroque caſu debet denegari remiſſio Judici eam petenti, etiamſi alioqui competenti, & legitimo. Ita ſentiunt loquentes de primo caſu Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 24. *&* 27. Azeved. *in l.* 1. *n.* 44. *&* 45. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Regens Tapia *in d. pragm.* 1. *n.* 32. *ubi de delicto*, quo loco notat, quid ſervetur de facto in tribunalibus Neapolitanis, ut videlicèt pro ea vice dumtaxat ſine præjudicio privilegiorum Baronis, cauſa retineatur apud Regios Judices. Quam praxim teſtatur uſu receptam Marcus Antonius Surgens *de Neapoli illuſtrata, cap.* 15. *n.* 2. Ponte *de poteſtate Proregis, tit.* 3. §. 1. *ex n.* 19. & idem Tapia *in conſtit. ſtatuimus, n.* 34. *de offic. Magiſtrat. juſtitiar. de eodem caſu* Maſtrillus *d. deciſ.* 147. *n.* 23. *& ex n.* 32. *& de Magiſtratibus, lib.* 4. *d. cap.* 16. *ex n.* 225. *& n.* 258. Caſtillo *deciſ.* 257. *n.* 19. *lib.* 2. Capiblanc. *ubi ſupra, d. n.* 102. *&* 103. Nonnumquam etiam cum cauſa erat remittenda *ad Baronem*

nem, & oritur contra ipsum suspitio, solet Sacrum Concilium decernere, ut Baro nominet Judicem in civitate, qui causam definiat. De secundo verò casu agentes notant Oldrad. *cons.* 124. *n.* 2. *in fine*, Chassan. *in consuetud. Burgund. Rubr.* 12. *§. unico, numer.* 3. *vers. Si verò non habet*, Peguera *decis.* 66. *n.* 20. Cardin. Tuschus *litt. R. conclus.* 152. *n.* 10. Borrellus *ad Bellugam, Rubr.* 11. *§. ex quo prædiximus, in addit. limit.* 9. Giurba *cons.* 66. *ex n.* 20. omninò videndus, Freccia *de subfeudis, lib.* 3. *tit. de differentiis inter feuda quaternata, & de tabulata, ex n.* 36. Capiblanc. *in pragm.* 3. *ex n.* 153. *& in pragm.* 8. *d. n.* 102. *de Baronibus*, consonat Bald. *in cap.* 1. *§. si Judex, n.* 3. *de pace tenenda, & ejus violator*, & Mastrillus *de Magistra. lib.* 4. *d. cap.* 16. *n.* 282. *&* 283. Neque enim æquum est Judicem requisitum esse instrumentum vindictæ requirentis, ejusque injuriis, & violentiis cooperari, convivereque in satisfactionem sævientis animi, cùm cognoscit pœnæ non irrogatæ indignationem, non justitiæ zelum, sed solam duritiam continere, idque probat elegans textus *in l. si pariter* 9. *versic. Quod si adhuc, ff. de liberali causa.*

863 Limita sextò, ut remissio locum non habeat, quoties reus remittendus petitur ad locum longè distantem : veluti si peteretur remissio ex Hispania, vel Italia ad Indiarum Provincias. Ita sentit Angel. *in l. non est dubium, n.* 3. *ff. de custod. & exhibition. reor.* Avendañ. *respons.* 40. *n.* 10. Azevedus *in l.* 1. *n.* 56. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Castill. *d. decis.* 157. *n.* 20. *libr.* 2. Regens Tapia *in pragmat.* 1. *n.* 37. *ubi de delicto quis debet conven. lib.* 3. *Juris Neapol. Rub.* 6. Ex quo ait inolevisse practicam Sacr. Conf. ut cùm petitur à Barone remissio rei carcerati in carceribus Magnæ Curiæ ad loca longè distantia in Regno præcipiatur illi, ut eligat Judicem in civitate ; quod in aliis quoque casibus fieri dixi *num. præced.* Rationem reddunt isti Doctores, quoniam ab una Provincia ad alteram distantissimam, dura, periculosa, & gravis esset remissio, & expensæ magnæ fierent, ob quas evitandas in jure sunt statuta, ut *in l. mediterranea* 9. *C. de annonis, & tributis, lib.* 10. præsertim si plus haberet dispendii translatio, quam esset pœna præsenti reo inffigenda; & in eo casu proculdubiò ex ratione legis amplectenda esset hæc limitatio. Cæterum contrarium vidi practicatum in Supremo Indiarum Consilio, à quo ex supplicatione Judicis delegati ab eodem Consilio, (ut paulò ante retuli) quidam adulterii reus carceratus in Regia Hispaniæ Curia remitti jussus est ad civitatem Regum Pervanæ Provinciæ tribus leucarum millibus, aut plus, ab ea distantem, non obstante hujus limitationis doctrina, quæ in specie allegata fuit. Ea autem decisio ea ratione niti potuit, ne esset in rei potestate eximere se à Judice delegato, specialiter ad ejus delictum puniendum, & extrahere adversarium in tàm remotas Provincias ad litigandum, qui ex prædicta civitate ad Regiam Curiam venerat satisfactionem injuriæ suæ postulaturus, maximis cum expensis, & justabat pro remissione cùm Hispania testes delicti non adessent, neque ulla ejus probatio fieri posset. Hæ, & similes rationes potuerunt movere supremos illos Judices ad decernendam remissionem ; præsertim cùm non tractaretur de inferenda pœna pecuniaria, sed capitali, aut alia mariti arbitrio, & potestati à lege delegata, probato adulterio, ut constat ex Castellæ *l.* 1. *tit.* 20. *libr.* 8. *Recopil.* quæ fuerat antiqua lex fori *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 4. *fori.*

864 Limita septimò attento jure Neapolitano, ut remissio locum non habeat cùm reus est publicarum viarum grassator, latro, & disrobator, barbaro nomine, qui remissione denegata à quocumque Judice puniri potest. Ita statuitur *in pragm.* 5. *Caroli V. Imperatoris, ubi de delicto quis debet conven.* notat ad eam Regens Rovitus *ex n.* 1. qui ibi *n.* 3. sublimitat in Neapolitanis, Franch. *decis.* 142. Regens Tapia *in prag.* 1. *n.* 38. *eod. tit. lib.* 3. *Juris Neapolit. Rub.* 6. Novar. *ad pragm. Regni Neapol. collect.* 225. *n.* 1. *& seqq.* qui sublimitat duobus modis. Et extende limitationem, ut procedat etiam in latronibus, qui more piratico in mari depredantur, juxta egregiam ani-

mad-

madverſionem Regens Fulvii Conſtantini *in l. unica, n.* 11. *C. de claſſicis, lib.* 11. ſequuti Vincentium de Franchis *d. deciſ.* 142. (limita 8. in raptore, quia in crimine raptus non fit remiſsio, ſed delinquens punitur à quocumque Judice capiente. Ita ſentit Peguera *deciſ.* 43. *n.* 13. 1. *p.* & *in addit. poſt n.* 16.)

865 Tandem circa hæc oportet animadvertere remiſsionem cùm petitur faciendam eſſe expenſis accuſatoris, ſi ille eam petierit, aut eo inſtante fuerit à Judice loci delicti poſtulata; alioqui ſi ex officio petatur à Judice requirente, ille, qui remiſsionem petit, ex publico ærario, ejus expenſas ſubminiſtrabit. Ita ſentiunt Bald. *in cap. nonnulli* 28. *n.* 19. *de reſcript.* & *in §. ſi Judex, n.* 1. *de pace tenenda,* & *ejus violator*, Jaſo *in l. à D. Pio* 15. §. *ſententiam Romæ, n.* 2. *de re judic.* Afflict. *in conſtit. Capitaneum, n.* 13. *libr.* 1. *Rubr.* 41. Follerius *in conſtit. Capitaneor. n.* 72. Covarr. *in practic. d. cap.* 11. *n.* 11. Franch. *deciſ.* 332. *n.* 4. Boerius *deciſ.* 303. *n.* 12. Borrell. *ad Bellugam in ſpec. Rub.* 11. §. *ex quo prædiximus, in addit. limit.* 29. Urſillus *ad Afflict. deciſ.* 71. *n.* 2. Regens Tapia *in d. prag.* 1. *n.* 51. *ubi de delicto.* Probatur ex generali doctrina, actum ejus expenſis eſſe expediendum, cujus cauſa geritur, ſeu expenſis petentis eum actum fieri, *l. ſed etſi hæreditas*, §. 1. ubi notat Bald. *n.* 1. *ff. ad exhibend. l. cum ſæpè* 17. *C. de erogat. militar. annon. lib.* 12. tradunt Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 228. *n.* 5. Meſsia *in pragm. taxæ panis, concluſione prima, n.* 68. Franchis *ubi ſupra, n.* 3. Parlad. *libr.* 2. *rerum quotid. cap. final.* 5. *p.* §. 10. *n.* 28. Riccius *collect.* 115. Quod verò ex officio petens Judex remiſsionem expenſas ex fiſci rationibus ſubminiſtret, probatur ex textu *in l. mulier, in opus* 6. *ff. de captivis,* & *poſtlim. reverſ.* At jure Regio Caſtellæ *ex l.* 3. *in fine, titul.* 16. *libr.* 8. *Recop.* ſtatutum eſt has expenſas miniſtrandas eſſe ex bonis delinquentis, ſi bona habeat; alioqui ab accuſatore pro remiſsione inſtante, quod ſi neuter habeat bona, præſtandas eſſe ab ærario ejus loci, ubi capitur reus criminis. Ad quam ſententiam etiam jure communi attento accidit Caravita *ritu* 235. *ex n.* 13. Molin. *de brachio ſæcul. cap.* 47. Farin. *in praxi, d. q.* 7. *n.* 39. Decianus *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 19. *num.* 19.

866 Reliquum erat, ut hoc loco ageremus de remiſsionibus, quæ petuntur allegata exceptione fori declinatoria; circa quas nihil hic dicendum occurrit, præterquam quod cùm illi omnes, qui gaudent foro privilegiato, quos retulimus *quæſt. præced.* capiuntur à Judice incompetenti, vel ab eo proceditur criminaliter adverſus ipſos, ipſi ſolent allegare ſuum privilegium, juxta textum *in l. ſi quis ex aliena* 5. & ibi tradit à Doctoribus, *ff. de judiciis,* & *in l. ex quacumque* 2. *ff. ſi quis in jus vocatus non jerit* (& Felin. *in cap. cùm ordinem* 6. *ex n.* 8. *de reſcriptis*, qui latè tractat, Eraſmo Cochier *de juriſdict. tom.* 1. *p.* 2. *q.* 6. & aliis allegatis *ſupra n.* 632 *in fin.*) & cùm de ipſo conſtat remittuntur ad ſuum legitimum Judicem, hoc generale. Ceterùm quoad remiſsionem Clericorum, præſertim ordinibus minoribus initiatorum, ad Eccleſiacos Judices, nihil novi dicam; decrevi enim me non diſceptatorem, & cenſorem, ſed hiſtoricum, & relatorem dumtaxàt gerere. Juxta Caſtellæ praxim, cùm agitur de remittendo Clerico, & quæſtione clericatus ad effectum remiſsionis, ſervatur deciſio textus *in cap. ſi Judex laicus* 12. *de ſentent. excommunic. in ſexto*, cum traditis à Covarr. *in pract. cap.* 33. *ex n.* 1. Paz *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 9. Azevedo *in l.* 1. *n.* 53. & 54. *tit.* 16. *lib.* 8. *Recop.* Gutierrez *libr.* 1. *practic. q.* 6. *n.* 2. & Bobad. qui cæteros allegat *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *n.* 106. Cancer *variar. reſol. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 129. quæſtio enim Clericatus, & immunitatis agitatur coram Eccleſiaſtico Judice, qui cognoſcit an ſua ſit juriſdictio. Qua in re manifeſtè lapſus eſt Auguſtin. Barboſa poſt hæc ſcripta æditus *in collect. ad d. cap. ſi Judex laicus, num.* 3. dùm Hiſpaniæ tribuit uſum contrarium, & opinionem contrariam Covarruviæ, qui loco citato apertè teſtatur in Caſtella practicari textum prædictum canonicum. In Gallia tamen hoc non ſervatur, imò

imò quæstio de clericatu ad effectum remittendi Clericum, agitur coram sæculari Judice, qui judicat remittendum, vel non remittendum, ut tradit Guido Papæ *decis.* 138. (Paponius *arrestorum, lib.* 1. *tit.* 5. *Arresto* 4.) & alii; idem servari in Ducatu Mediolanensi refert Clarus *libr.* 5. *sentent.* §. *fin. q.* 36. *n.* 21. (& Menoch. *consil.* 912. *ex n.* 7. *lib.* 10.) item in Regno Portugaliæ, juxta ordinationes ejus Regni, *lib.* 2. *tit.* 1. §. 15. refert Barbosa *in l. Titia* 35. *n.* 31. *ff. solut. matrimon.* idem similiter servatur in Regno Neapolitano *ex ritu* 235. & ibi notatis à Caravita *ex n.* 4. Tapia *ibidem lib.* 1. *Juris Neapol. sub Rub.* 3. Vincentio de Franchis *decis.* 189. *ex n.* 1. & *decis.* 329. *ex n.* 4. & *decis.* 463. *n.* 3. & *ibidem* Addentibus, Vivio *decis.* 512. *ex n.* 13. *libr.* 3. qui ritus me teste est in viridi observantia receptus quotidiana praxi à nemine ignorata. Hujus autem praxis rationem elegantissimam reddit Barbosa *in d. l. Titia, ex n.* 29. & *ita n.* 31. & *seqq. ad* 37. eamque defendit esse conformem jure canonico, & derivatam ex decreto Tridentini Concilii, *sess.* 23. *decreto de reformat. cap.* 6. & ex Bullis Pontificum, indultis Regibus Portugalliæ, quarum similes concessas esse constat Regibus Castellæ, Galliæ, & Neapolis, de Bullis Regum Castellæ meminit *l.* 1. & 6. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recop.* Covarr. *in practic. cap.* 32. *n.* 1. Avend. *de exequend. mandat. prima parte, cap.* 22. *ex n.* 11. Gutierr. *libr.* 1. *pract. q.* 5. *n.* 8. & Bobad. *lib.* 2. *Politic. cap.* 18. *n.* 102. Sunt autem duæ, prior Alexandri Quarti, quam commemorant Avendañ. & Covarr. posterior Pii IV. quam refert prædicta *l.* 1. *tit.* 4. *libr.* 1. *Recopil.* De Bulla concessa Regi Galliarum Francisco, à Leone X. meminit Boerius *decis.* 69. *n.* 13. & Chassan. qui eam expressè, & integrè refert *in consuet. Burgund. Rubr.* 1. §. 5. *verb. Sin la grace, n.* 51. & Decianus *tract. crim. libr.* 4. *cap.* 9. *n.* 88. Bullam autem concessam Imperatori Carolo V. Regi Hispaniarum, & utriusque Siciliæ, à Clemente VII. die 19. Januarii anni 1524. commemorat idem Decianus *ibidem*, & eleganti commentario prosequutus est Joannes Antonius de Nigris, post commentaria capitulorum Regni Neapolitani. De Bullis Regum Portugaliæ, & aliis meminit Barbosa, *ubi supra, n.* 35. Ex quo decreto, & Bullis in istis Regnis recessum esse credit ille *n.* 36. à practica juris Canonici antiqui, & decisione, *cap. si Judex laicus, de sentent. excommunic. in sexto.* Etenim cùm ad effectum remissionis obtinendæ à laico Clericorum in minoribus ordinibus constitutorum, juxta prædictum Concilii Tridentini Decretum, & Summorum Pontificum recentes constitutiones, ac Bullas, non tam sit necessarius verus titulus ordinum, de quibus cùm dubitatur, an sint ritè, & rectè collati, articulus, qui juris est, pertinet proculdubiò privativè ad Ecclesiasticum, estque ad eum remittendus; imò verò, & quæstio de falsitate tituli, seu Bullarum Clericatus latenti ad eundem Ecclesiasticum debet remitti, ut tradit Regens Tapia *in d. ritu* 235. *n.* 2. & desumitur ex traditis à Vincent. de Franch. *d. decis.* 189. *ex n.* 3. & *decis.* 329. *n.* 13. sed potius necessaria sit quasi possessio Clericatus, consistens in gestatione habitus Clericalis, & tonsuræ, & servitio, exercitatione ordinum, per certum, & determinatum tempus ante delictum, quæ in facto consistunt, de hoc facto poterit sæcularis cognoscere, & super eo pronunciare, quamvis quæstio juris Clericatus, & veritatis tituli, seu Bullarum ejus propria sit tribunalis Ecclesiasti; tractat eleganter Marta *de succession. p.* 4. *q.* 16. *art.* 1. *ex n.* 49. *ad* 53. Quibus accedit, quòd cùm per prædictas Bullas Portugalliæ sit concessa jurisdictio sæcularibus Judicibus in Clericos in minoribus non gestantes habitum, & tonsuram, in consequentiam eisdem videtur concessa facultas cognoscendi, an sua sit jurisdictio. Hæc Barbosa *in d. l. Titia, n.* 29. 31. & 36. omninò videndus. Cui eidem sententiæ consentiri videtur Julius Clarus *lib.* 5. *sentent.* §. *final. quæst.* 36. *num.* 14. *in fine*, & Pereira *de manu regia*, 2. *part. capit.* 44. *ex num.* 3. Ad textum autem *in dict. cap. si Judex laicus*, optimè respondet Barbosa *in d. l. Titia, ex n.* 27.

SUM-

SUMMA SECTIONIS TERTIÆ.

867 REferuntur Doctores tractantes de præventione.

868 De ea proponuntur quatuor difficultates.

869 Traditur præventionis definitio.

870 Præventio est duplex, alia à Judice, alia quæ fit à parte.

871 Præventio Judicis, aut est verbalis, aut realis.

872 Præventio locum habet inter Judices habentes pares jurisdictionem in solidum circa aliquam causam.

873 Præcedens regula ampliatur undecim modis, remissivè.

874 Limitatur duodecim modis, remissivè.

875 Præventio potest considerari quoad diversos effectus, & quoad quem consideretur in præsenti.

876 Præventi non inducitur ex sola productione libelli in actis.

877 Per mandatum Judicis describenda inquisitione, aut inquisitionem ipsam registratam non inducitur præventio.

878 Per summariam delicti probationem inducitur præventio, ex multorum sententia, sed contrarium est verius.

879 Per citationem verbalem legitimam fit præventio.

Mandatum de in jus vocando, nisi sequatur citatio actualis, non inducit præventionem quoad effectum præferendi Judicem, sed solùm quoad effectum perpetrandi jurisdictionem, quod tamen limitatur ibidem, relata decisione Sacri Consilii.

Ex actu nullo nullus sequitur effectus.

880 Citationem, ut inducat præventionem, non oportet esse trinam, aut peremptoriam, sed sat est esse unicam.

881 Per citationem realem, seu capturam personæ, inducitur præventio. Fortior est actus facti, quàm verbi.

Per citationem verbalem dicitur præventa causa, per realem verò, persona.

882 Captura facta propria auctoritate, etiam licitè non inducit præventionem.

883 Citatio realis facta prius ab uno Judice, quàm ab altero fiat verbalis, præfertur verbali.

Cùm eodem tempore fiunt à duobus Judicibus citatio verbalis, & realis, præfertur realis.

Item cùm sumus in dubio, quænam fuerit prior.

884 Citatione verbali præcedenti realem, præfertur realis, secundum communiorem, & veriorem sententiam.

885 In contraria sententia, qui fuerint, imò ferendum verbalem reali.

886 Prior sententia Rebuspublicis est utilior, & in Regno Castellæ lege approbata.

887 Præventio efficatior, etiamsi posterior, vincit priorem præventionem minus potentem.

888 Citatio realis facta in fraudem prioris citationis verbalis, non est præferenda verbali.

Captura affectata non jubat ad præventionem.

Beneficia juris affectata prodesse non solent.

889 Per confessionem in judicio criminali factam fit præventio.

890 Citatio personalis inducit præventionem, comparatione citationis factæ domi, si utraque fiat eodem tempore.

891 Judex procedens per accusationem, præfertur Judici prius procedendi per inquisitionem cæteris paribus.

Accusatio est remedium ordinarium, inquisitio extraordinarium.

Remedium extraordinarium cessat accedente ordinario.

Inter Judices jurisdictione dispares, non operatur præventio, inducens accidentalem prælationem.

Causa naturalis prævalet accidentali.

892 Præceptum Judicis jubentis reum non recedere ab aliquo loco, quoniam vult venire ad eum visitandum, vel inquirendum inducit præventionem.

893 Ex citatione prius facta inducitur præventio, non ex sententia prius lata.

894 Præveniens causam circa mandatarium, vel unum ex multis delinquentibus, censetur eam præveniisse contra mandantem, & alios ejus delicti socios.

Causa continentia non est dividenda.

895 *Procedens pro delicto graviori, præfertur Judici procedenti prius pro delicto leviori.*

896 *Data paritate temporis inter Judices citantes, quis prævalere debeat, remissivè.*

897 *Obligatio gaurentigia, aut pœnes acta, an inducat præventionem, remissivè.*

898 *Primus effectus præventionis est, ut per eam perpetuetur jurisdictio delegati.*

899 *Secundus effectus consolidari omnem jurisdictionem, quam habent plures Judices, & eam appropriare prævenienti.*

Non potest sæpius quæri de delicto ejusdem, neque unus reus coram diversis Judicibus vexari.

Judicium finem habere debet, ubi initium.

Regulare est, ut qui prævenit, præferatur pari causa, & deciditur quæstio de plaustris, & salmis sibi occurrentibus in angustia via.

900 *Processus utriusque Judicis valet, non opposita præventionis exceptione.*

An possit quis sæpius pro eodem delicto punire à diversis Judicibus, remissivè.

901 *Contumax apud Judicem prævenientem, non potest juvare se exceptione præventionis, coram Judice prævento.*

902 *Si contumax se sistat coram præveniente purgata contumacia, & refectis expensis exinde poterit se juvare exceptione præventionis.*

903 *In crimine hæresis non obstat exceptio præventionis, quominus possit procedi à diversis Judicibus contra reum.*

904 *Aliæ limitationes,* l. ubi acceptum, ff. de judiciis, *remissivè.*

905 *Præventus Judex si nollit obsequi inhibitioni præventionis, quibus remediis sit utendum, remissivè.*

906 *Facta præventione non potest reus, neque actor altero invito, forum mutare, quoad litem cæptam, & præventam.*

907 *Clericus, aut Religiosus, aut miles, aut Scholaris, aut miserabilis, aut Neapolitanus facti, post præventam causam, non gaudent foro privilegiato.*

908 *Factus Clericus post citationem realem non gaudet privilegio fori quoad personam.*

909 *Clericus factus post delictum, & carcerationem existens extra carceres sub fidejussione, aut fugitivus gaudet privilegio fori quoad personam, & referuntur decisiones Sacri Consilii.*

910 *Laico obligato sub guarentigia, facto Clerico, cujus Judicis mandato, obligatio sit exequenda, & in quo foro.*

911 *Conveniendum esse reum coram Judice, cui subjiciebatur tempore obligationis contractæ, qui senserint.*

912 *In delictis inspicitur tempus delicti commissi, & status delinquentis, eo tempore, ad dignoscendum, quis sit futurus legitimus rei Judex.*

913 *Reum conveniendum esse coram Judice, cui subjicitur tempore exequutionis petitur, verior sententia.*

Obligatio pœnes acta non potest exequutioni mandari in Regno Neapolitano sine prævia incusatione, neque liquidari instrumentum sine prævia citatione.

914 *Jure Castellæ non potest procedi via exequutiva sine citatione.*

915 *Actus judiciales necessarii ad viam exequutivam, ut legitimè fiant, debent fieri à Judice competenti.*

916 *Præventio est actus judicialis.*

Non potest quis eximere se anticipatè à jurisdictione futura.

917 *In contractu guarentigio alia pertinent ad essentiam contractus, alia ad exequutionem.*

918 *Obligatio guarentigia vera est actus extrajudicialis.*

919 *Ex obligatione pœnas acta, vel guarentigia, non inducitur præventio, etiamsi possit exequutioni mandari sine ullo alio requisito.*

920 *In præsenti articulo à pari procedunt jurisdictio sæcularis, & Ecclesiastica.*

Refertur decisio Sacri Consilii.

921 *Obligatio guarentigia æquiparatur rei judicatæ, quoad vim exequutivam, non quoad alios effectus.*

Obligatio guarentigia non reddit rem litigiosam.

Vis exequutiva ex obligatione guarentigia præscribitur diverso tempore, ac

vis

vis exequutiva ex ſententia.

922 *Ex ſententia non inducitur præventio.*

923 *Falſum eſt, reum eſſe conveniendum coram eo Judice, cui ſubjiciebatur tempore contractus.*

924 *Quoad imponendam pœnam inſpiciendum eſt tempus delicti, non ſententiæ.*

Quoad legitimandum verò judicium inſpiciendum eſt tempus motæ litis, ſeu citationis.

Sola commiſſio delicti non cauſat præventionem.

925 *Sententia lata à ſæculari adverſus laicum, qui ante exequutionem fit Clericus, an ſit mandanda exequutioni à laico, vel exequutio debeat remitti ad Eccleſiaſticum.*

926 *Exequutionem remittendam eſſe ad Judicem, cui reus ſubjicitur tempore exequutionis, qui ſenſerint.*

927 *Verius eſt, exequutionem poſſe fieri à Judice, qui ſententiam tulit legitimè.*

928 *Quandocumque juriſdictio Judicis confirmatur quoad cognitionem, cenſetur confirmata quoad exequutionem.*

929 *Si lata ſententia, juriſdictio Judicis ceſſaret, præventio nullum haberet effectum.*

930 *Translata poſſeſſione rei litigioſæ, in tertium gaudentem privilegio fori, an poſſit idem Judex, qui ſententiam tulit, exequutioni mandari.*

931 *Diſtinguuntur tres caſus.*

932 *Sententiam latam contra reum, qui dolo deſiit poſſidere, non poſſe exequutioni mandari contra tertium poſſeſſorem, ejuſdem juriſdictionis, ſententia Bartoli, & aliorum.*

933 *Verior eſt in hoc articulo pars affirmativa.*

934 *Judex, qui ſententiam tulit, non poteſt eam exequutioni mandare adverſus novum poſſeſſorem rei litigioſæ, ſubjectum alienæ juriſdictioni privilegiatæ.*

Caput Regni Conventus, *non habet locum Contra Clericum ſucceſſorem in poſſeſſione rei litigioſæ.*

Inſtantia non transfertur in ſingularem voluntarium ſucceſſorem.

935 *Ex translatione rei litigioſæ, dominium non transfertur, verùm transfertur poſſeſſio.*

936 *Sententiam latam à laico Judice poſſe ab eodem exequutioni mandari propria auctoritate adverſus Clericum ſucceſſorem rei litigioſæ, qui ſenſerint, & referuntur quædam deciſiones Sacri Conſilii.*

937 *Cùm conſtat Clericum eſſe poſſeſſorem, non fit exquutio à laico, ſecus ſi fiat exequutioni in re exiſtimata laici damnati, per ſententiam ſæcularis, quam ipſe laicus crederetur poſſidere.*

938 *Cùm ſucceſſor in re litigioſa eſt ſubditus alteri Judici ordinario, quid dicendum, & reſolvitur ſub diſtinctione.*

939 *Hæres Clericus ſuccedens poſt litem cæptam cum defuncto laico, alligatur inſtantia cœpta.*

940 *Perempta inſtantia, nova lis inchoanda eſt coram Judice privilegiato rei, qui poterit petere ſe ad ſuum Judicem remitti.*

941 *Id habet locum, ſive duretis, cum quo facta eſt præventio, ſive ſuccedat hæres.*

942 *Etiamſi perempta inſtantia reviviſcat per inſufflationem ſpiritus vitæ, remittendus eſt reus ad forum privilegiatum adquiſitum poſt cœptum judicium, ante vel poſt peremptionem inſtantiæ.*

943 *In tribunalibus inferioribus Regni Neapolitani, inſtantia civilis durat triennio, criminalis non perimitur.*

In tribunalibus Eccleſiaſticis inſtantia non perimitur.

In cauſis cibilibus introductis in Sacro Conſilio inſtantia non perimitur.

In conſiſtorio Principis inſtantia durat perpetuo.

Facta ſemel monitione ad dicendum inſtantia redditur perpetua, & immortalis, quidquid alii ſine fundamento dicant.

944 *Privilegium fori poſt litem cœptam ſuperveniens, adquiſitum ex facto, vel induſtria privilegiati non juvat, ſecus ſi ſuperveniat ex conceſſione Principis motu proprio facta, & quomodo id accipiendum, remiſsivè.*

945 *Finita prima lite ceſſat effectus præventionis, & reus in nova lite conveniendus eſt coram Judice competenti.*

946 *Clericus obtinens ſententiam à ſæculari in concurſu creditorum, & ſolutionem debi-*

biti cum cautione de reſtituendo, ſi conveniatur, pro avocanda pecunia ſoluta, vel poſſeſſione, an coram ſæculari, vel coram Eccleſiaſtico debeat conveniri?

947 *Cùm agitur de revocando decreto lato in favorem Clerici remedio appellationis, nullitatis, aut reſtitutionis, cauſa tractanda eſt apud tribunal ſæculare.*

Sententia Sacri Conſilii habet exequutionem paratam, inſtar ſententiæ Præfecti Prætorio.

Remedium appellationis, & ſimilium, non devolvit cauſas, ex una juriſdictione in aliam.

Cauſa appellationis eſt eadem cum prima cauſa.

Durante appellatione, ſupplicatione, nullitate, aut reſtitutione contra ſententiam, cenſetur continuari primalis, & non eſſe finita.

948 *Inſtantia appellationis quomodo ſit diverſa.*

949 *Explicatur difficultas articuli.*

950 *Cùm in ſententia lata à laico pro danda Clerico poſſeſſione, vel facienda ſolutione, adjicitur clauſula,* ſalvis juribus potioris creditoris, *cauſa avocationis tractanda eſt coram eodem Judice, qui decrevit faciendam ſolutionem, aut immiſſionem in poſſeſſionem.*

Clauſula, ſalvis juribus, *habet effectum, ut conſtituat rem integram, & reducat judicium ad eandem inſtantiam.*

951 *Qui ſenſerint contrarium, & quo fundamento.*

952 *Rejicitur eorum ſententia, & fundamento ſatisfit.*

953 *Author æqua lance verſatur inter juriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſæcularem, & nulli earum derogat.*

Prævention, ut caſus acciderit, pariter favet utrique juriſdictioni.

954 *Clerico agente coram laico ſuper poſſeſſione, ſi laicus reſervat petitorum, it aut lis non cenſeatur finita, petitorium eſt proſequendum in tribunali laico.*

955 *Objicitur difficilis textus* in cap. ſignificaverunt, de judiciis.

956 *Refertur explicatio quorundam prædicti textus, qui credunt in illo agi de quaſi poſſeſſione juris patronatus.*

957 *Rejicitur, & oſtenditur, in illo textu non agi de quaſi poſſeſſione juris ſpiritualis, ſed temporalis, & prophani.*

958 *Diſtinguuntur duo caſus, & ſatisfit difficultati ex prædicto textu,* & n. 959.

959 *Cùm aliquis immittitur in poſſeſſionem, ex qua non efficitur verus poſſeſſor, ſi agatur de immiſſione revocanda, adeundus eſt idem Judex, qui decrevit immiſſionem.*

960 *Cùm Judex decernit miſsionem in poſſeſſionem, vel jubet ſolvi pecuniam, Clerico creditori, non adjecta clauſula,* ſalvo jure, *ſi agatur de revocanda poſſeſſione, vel avocanda pecunia, Clericus qui obtinuit conveniendus eſt coram Eccleſiaſtico.*

961 *Proponitur quæſtio ex facto in quadam cauſa Sacri Conſilii, & refertur deciſio.*

962 *Rejicitur tamen, & impugnatur prædicta deciſio, & numeris ſequentibus ad* 967.

SECTIO TERTIA

de præventionibus.

867 PRæventionis materiam latè, & ex profeſſo tractarunt Legiſtæ *in l. cùm quædam* 19. *in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. & in l. ſi quis poſtea quam* 7. *ff. de judiciis, & in l. ſi pluribus* 33. *ff. de legat.* 1. Canoniſtæ *in cap. propoſuiſti* 19. *de foro compet.* Marian. Socin. *latiſsimè in d. cap. propoſuiſti, ex n.* 7. Boſsius *diverſ. tractat. tit. de foro compet. ex n.* 79. Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *cap.* 20. 21. & 22. & Farin. *in praxi, q.* 7. *ex n.* 52. Scaccia *de judiciis cauſar. civil. & criminal.* (*lib.* 1. Guazzinus *de defenſionib. reor. defenſ.* 1. *cap.* 9. & 10.) *cap.* 12. *ex n.* 57. Barboſa *in d. l. ſi quis poſtea quam, ex n.* 6. Tuſchus *litter. P. concl.* 646. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probation. concl.* 1233. *præventio,* Anton. de Matthæis *de prorogat. juriſdict. ex n.* 32. *tom.* 3. *tract.* 1. *p.* Azevedus *in l.* 10. *ex n.* 1. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recop.*

868 Occurrunt verò circa eam examinandæ quatuor difficultates. Prima, quid

ſit,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sit, & quotuplex? Secunda, inter quos Judices, & quando præventio locum habeat? Tertia, ex quibus actibus inducatur? Quarta, quos effectus operetur? quibus expeditis absolvemus sectionem istam.

869 Circa primam dicendum est, prę-ventionem judicialem, de qua loquimur, esse anticipationem, seu præoccupationem usus jurisdictionis alicujus Judicis circa causam aliquam antequam alius Judex circa eam jurisdictione utatur. Atque hæc est melior præventionis definitio, quam tradit à Mariano Socino *in d.cap. proposuisti, n.7. vers.Circa primum*, qui definit præventionem per effectus suos, quem sequutus est Marta *de jurisdict. 2.p. cap.2. n.2.* Consonat autem nostri definitioni Decian. *d.cap. 20. n.1.* & Calvinus *in lexico, verb. Preventio*, ex Pratejo, & Azevedus *ubi supra, n.2. & 3.* Dicitur in ea, *anticipatio, seu præoccupatio*, loco generis, quæ sub se comprehendit alias etiam anticipationes, & præventiones extrajudiciales, ut eam, qua ex pluribus ad eundem locum tendentibus aliquis prius pervenit, cæteros antevertens: nam is præoccupasse, seu prævenisse dicitur. Qui prius cæteris nobis nuncium affert prævenisse dicitur. Qui prius gratiam, collationemve beneficii, aut officii postulavit, prævenisse dicitur. Qui honore prius alium prosequitur, honore prævenire dicitur, ut apud Paulum *ad Romanos 12. n.10. Honore invicem prævenientes.* Aliis item modis accipitur verbum *prævenire*, ut à Jurisconsult. *in l.1. §. item si plures, ff. de in rem verso*, & ab Imperatore *in l. unica, C. de thesauris, libr.10.* Qui omnes comprehenduntur sub generali verbo præventionis, seu præoccupationis. Additur in definitione, *usus jurisdictionis*, loco differentiæ: nam hic sermo est de judiciali præventione in usu jurisdictionis, non in cæteris, & hoc modo accipitur verbum *prævenire à Jurisconsult. in d. l. si quis postea quam 7. ff. de judiciis.*

870 Est autem duplex præventio altera, quæ fit à Judice, de qua agitur, *in d.l. si quis postea quam*, altera, quæ fit à parte, cùm litigans ipse coram Judice producit suum jus, antequam illud producat suus adversarius, de qua agitur *in d.l. si pluribus 33. ff. de legat. 1. & in l. si maritus 4. ff. ad l. Jul. de adulteriis*, & iis locis notant Doctores.

871 Rursus præventio, quæ fit à Judice est duplex. Altera verbalis, quæ fit verbo tenus per decretum citationis verbalis, vel notificationem, seu intimationem ipsius: altera realis, quæ fit per capturam personæ, ut multis relatis notat *ubi supra* Azevedus *n.6. 7. & 8.* post Mascardum *d. concluf. 1233. n.8.*

872 Circa secundam difficultatem, videlicèt inter quos Judices, & quando præventio locum habeat, constituenda est conclusio, & regula generalis: præventioni locum esse inter Judices, quorum singuli habent parem jurisdictionem in solidum competentem circa causam aliquam. Probatur ex textu *in l. si quis postea 7. ff. de judiciis, cap. proposuisti, de foro compet. cap. cùm omnes, 8. de offic. Judic. delegat. in 6.* notant Romanus *conf.412. pro habenda, n.4.* Marianus *in d.cap. proposuisti, n.8.* Decianus *d. cap.20. n.3.* Azeved. *in d.l.10. n.12. tit.13. lib.8. Recop.* Barbosa *in d. l. si quis postea, ex n.3.* Cancer *variar. resol. p.2. cap.2. n.204.* Tuschus *litter. P. concl.646.* Giurba *cor sil. 48. n.41.*

873 Hanc regulam undecim modis ampliat Decianus *d.cap.20. ex n.4.* desumpta doctrina ex Mariano, & Azevedus *ex n. 17.* Decianum sequutus, ut locum habeat inter Judices Ecclesiasticos inter se, & sæculares inter se, & inter Ecclesiasticos comparatione sæcularium in delictis mixti fori. Item inter Judices habentes merum imperium, mixtum, vel simplicem jurisdictionem: inter ordinarios, & inter delegatos. Item præventio locum habet in causis civilibus, criminalibus, spiritualibus, & prophanis. Item non solùm inter Judices æquales, & pares jurisdictione, sed etiam inter majorem, & minorem, dummodò minor non recognoscat jurisdictionem à majori; de qua ampliatione vide Barbosam *ubi supra ex n.9.* de reliquis eundem Decium, & Azevedum.

874 Limitat autem duodecim modis, circa quos nihil dicendum occurrit, Decianum

num sequitur Azevedus *in d.l.* 10. *ex n.* 36. quos transcribere opus non est.

875 Circa tertiam difficultatem, ex quibus actibus inducatur præventio, præsupponendum est ex doctrina Mariani Socini *in d. cap. proposuisti*, *n.* 15. præventionem posse considerari quoad diversos juris effectus, & articulos, omissisque aliis, qui ad rem non faciunt, agere nos de præventione quoad eum effectum, ut post eam Judex, qui prævenit, sic maneat competens in causa præventa, ut cæteris etiam competentibus præferri debeat, possitque eos inhibere, *ne in ea se ulterius intromittat.*

876 Quo præsuppositio dicendum est primò, præventionem non induci ex sola productione libelli in actis citatione non sequuta. Ita sentit Marianus *in d.cap. proposuisti*, *n.* 16. qui pro se refert Bald. *in l. si quis postea, ff. de judiciis*; quem tamen Baldi locum, ut à Mariano refertur, nunc nos habemus; eum sequitur Decianus *tract. crim. lib.* 4. *cap.* 21. *n.* 1. Scaccia *de judiciis, libr.* 1. *d.cap.* 12. *n.* 76. Azevedus *in d. l.* 10. *n.* 55. Barbosa *in d.l. si quis postea, n.* 50. (Cravita *ad Ritum* 186. *n.* 2.) tametsi verum sit libelli oblationem esse præparationem judicii, ut docet textus *in l. quemadmodum* 7. *ff. de inoffic. testam.* Hoc tamen limitandum credit Marianus, quem Decianus, & Azevedus sequuntur, si adesset statutum exequens productionem libelli litis contestationi, & jubens eam haberi pro litis contestatione.

877 Secundò, per mandatum Judicis de scribendo capite processus, seu inquisitione, aut etiam per ipsam inquisitionem registratam non inducitur præventio. Hæc enim magis est censenda voluntas præveniendi, quàm præventio. Ita sentit Baldus *in l. unica, num.* 15. *in fine*, C. *de confessis*, Grammat. *consil.* 28. *criminali, n.* 9. & 10. Marianus *d.n.* 16. Decian. *d.n.* 1. Mascard. *d.concl.* 1233. *n.* 10. & *seqq. vol.* 2. Azeved. *in d.l.* 10. *n.* 56. & 57. Barbosa *in d. l. si quis postea, n.* 49. Bajardus *ad Jul. Clar. libr.* 5. *sentent. §. fin. q.* 38. *n.* 87. Giurba *consil.* 48. *n.* 38. Farin. *in praxi, q.* 7. *n.* 56. & 57. Franchis *decis.* 515. *n.* 11. & 16.

876 Tertiò, si Judex recepit testes pro sumaria delicti probatione, & informatione, eosque examinabit, ut per inquisitionem procederet adversus reum, videbitur prærenta jurisdictio. Ita sentit Marianus tametsi dubius, *d.n.* 16. Decianus *n.* 2. Farin. *d.q.* 7. *n.* 58. *in fine*, Capiblanc. *in pragmat.* 8. *p.* 2. *n.* 211. *de Baronibus*, Mastrillus *decis.* 210. *n.* 1. Regens Rovitus *in pragmat.* 1. *n.* 78. *ubi de delicto quis deb. conven.* Giurba *d. consil.* 48. *n.* 39. Allegat Marianus pro sua sententia textum *in l.* 1. *§. non semper ff. de appellation.* & Decianus ex illo transcribens, *qui tamen textus non extat.* Tamen Vincentius de Franchis *d. decis.* 505. *n.* 14. & 16. & Scaccia *d.cap.* 12. *n.* 75. dubitant de hac sententia, & in contrariam inclinat, quam intrepidè tuetur Azevedus *in d.l.* 10. *n.* 61. & Barbosa *in d. l. si quis postea quam* 7. *n.* 51. & *ibidem n.* 43. statuit pro regula nullum actum ante citationem inducere præventionem; pro qua refert Baldum, Jasonem, Afflictum, Decianum, Mascardum, qui tamen non ita clarè regulam istam statuunt. Ego tamen eam verisimam existimo, eamque expressè tradit Antonius de Butrio *in d.cap. proposuisti, n.* 6. & latè probat Imola *in cap. licèt undique, ex n.* 7. *de offic. delegat.* Farin. *consil.* 214. *n.* 4. *libr.* 3. referens decisionem Rotæ, & alios Doctores *in l. libertus adversus* 15. *per textum ibi, ff. de in jus vocand.*

879 Quartò, per citationem verbalem legitimam, dicitur facta præventio; probatur ex textu *in l. cùm quædam* 19. *in prin. ff. jurisdict. omn. judic. l. si quis postea* 7. *l. ubi acceptum* 30. *ff. de judiciis, cap. proposuisti, de foro compet.* & his locis tradit à Doctoribus, & *ex l.* 12. *tit.* 7. *p.* 3. & ibi Gregorio *Glossa prima.* Docet Marian. *in d. cap. proposuisti, n.* 17. & *seqq.* Decianus *d. cap.* 21. *n.* 3. Farin. *d.q.* 7. *n.* 56. Scaccia *d.cap.* 12. *ex n.* 58. Azevedus *in d.l.* 10. *n.* 50. *tit.* 13. *libr.* 8. *Recop.* Afflictis *decis.* 219. *n.* 3. Mascard. *de probationib. d.concl.* 1233. *praventio, n.* 6. *vol.* 2. Tuschus *litter. P. concluf.* 346. *n.* 1. 8. 9. & *seqq.* Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 1. Franch. *d. decis.* 505. *n.* 15. Riccius *collect.* 1148. Mastrill. *decis.* 210. *n.* 1.

Ca-

Cabedus *decis.* 142. *n.* 1. 4. *&* 6. 1. *p.* Zevallos *de cognit. per viam violen. q.* 81. *n.* 2. 6. *& seqq.* Giurba *conf.* 48. *n.* 38. Capiblan. *in d. pragm.* 8. *p.* 2. *n.* 212. *de Baronibus*, Barbosa *in d. l. si quis postea* 7. *ex n.* 22. *ubi ex n.* 24. rationem reddit, quoniam post citationem lis dicitur pendere, & citatio est fundamentum jurisdictionis contentiosæ. Dixi, *per citationem*, quoniam mandatum de in jus vocando, seu decretum de citatione facienda, nisi citatio sit exequutioni mandata, & devenerit in notitiam citati, seu in jus vocati, & ille actu sit in jus vocatus mandato Judicis, non inducit præventionem quoad effectum prælationis jurisdictionis, sed solùm quoad effectum perpetuitatis ejusdem, qui diversus est, tametsi similis, ut optimè explicat *ubi supra* Marian. *n.* 19. notant Decianus *n.* 7. Scaccia *n.* 58. Farin. *n.* 60. Barbosa *n.* 32. *& seqq.* Marta *de jurisdict.* 2. *p. d. cap.* 3. *ex n.* 14. Pereira *de manu regia* 2. *p. cap.* 57. *n.* 9. docet Jaso *in l. more* 5. *n.* 56. *&* 57. *ff. de jurisdict. omn. judic.* & probat textus *in cap. gratum* 20. *& in cap. licèt undique* 30. juncta Glossa ibi, *verb. Uti non cœperit, de offic. deleg.* & Glossa *in cap. si à subdelegato* 14. *verb. Processum, eod. tit. in* 6. Quod tamen ita accipiendum, & limitandum est, ut si per eum, qui in judicium vocandus esset, data opera fieret, ne citationis notitia ad ipsum deveniret, latitando, & dolo se substrahendo, nihilominus ex decreta citatione, adhibita interim diligentia per eum, cujus interest, ad quærendum reum, & illi notificandum citationis decretum, censebitur inducta prærentio; quod probat textus *in Clement.* 2. *ut lite pendente*, ubi notat Glossa *verb. Factum, & verb. Perveniret.* (nam procurans, quominus citatio ad eum perveniat, eumque comprehendat, habetur pro citatio. Aloysius de Alberic. *singul.* 38. ubi allegat textus civiles, & Bart. *in l.* 1. *§. sed & Aristo, ff. quod vi, aut clam.* cum textu ibi.) Qua ratione motum Sacr. Consil. me interveniente die 15. Martii 1628. denegavit remissionem ad Curiam artis sericî, cuidam reo, qui post decretam citationem latitando distulerat, ne ad ejus cognitionem perveniret, & interim se describi fecerat in matricula eorum, qui gaudent privilegio fori prædictæ Curiæ. Dixi, *legitimam*, quoniam per citationem illegitimam non inducitur prærentio, ut notant Archidiac. *in cap. non ita, n.* 1. 2. *q.* 6. Marianus *ubi supra n.* 20. Farin. *n.* 61. Decianus *n.* 4. Azevedus *n.* 41. *&* 43. 50. *&* 51. Scaccia *num.* 60. *&* 65. Gregor. Lopez *d. Glossa prima*, Octavianus Vestrius *in pract. Romana, lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 2. & ad eum Gravatius *n.* 5. *litter. B.* Cabedus *decis.* 142. *n.* 5. *prima parte*, Romanus *conf.* 412. *n.* 5. Bossius *titul. de foro compet. n.* 105. & Barbosa *in d. l. si quis postea ex n.* 60. ubi numeris sequentibus explicat qualitates legitimæ citationis, & ibidem iterum *ex n.* 74. Giurba *consil.* 48. *ex n.* 35. Idque probatur, tum ex textu *in d. cap. proposuisti* 19. *ibi, à te legitimè citatus*, tum ex eo, quod ex actu nullo, nullus effectus sequitur, nihilque oritur, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit, §. non quævis, ff. de bonor. possess. contra tabul. l. non dubium, C. de legibus, l. si aut nullum, C. de legit. hæredib. cap. illud de jure patronat. cap. non præstat, de regul. jur. in sexto*, & in specie citatio nulla nullum effectum operatur, Afflict. *decis.* 366. *n.* 15. *&* 16. Antonius Gabriel *libr.* 2. *commun. titul. de citationib. concluf.* 3.

880 Non est autem necessarium citationem, ex qua prærentio nascitur, esse trinam, aut peremptoriam, sed sat est esse unicam, ut docet Glossa *in clement.* 1. *verb. Citationes, de judiciis, ex textu in d. cap. proposuisti.* Archidiac. *in d. cap. non ita, n.* 1. 2. *q.* 6. Angel. *in d. l. si quis postea*, 7. *n.* 5. *ff. de judiciis*, & post Joann. Andream Butrium, & Panormit. notat Marianus *in d. cap. proposuisti, n.* 18. Decian. *d. cap.* 21. *n.* 5. Scaccia *d. cap.* 12. *n.* 64. & Azevedus *in d. l.* 10. *num.* 62.

881 Quintò, per citationem realem, seu capturam personæ, inducitur etiam prærentio, idque majori cum ratione: nam (ut vulgò dicitur) fortior est actus facti, quàm verbi, *cap. dilecti* 52. *de appellationibus, l. de quibus, in fine, ff. de legibus.* Ac per consequens, si per citationem verbo tenus factam

fit præventio, ut *num. anteced.* dictum est, multò magis fiet per citationem realem, seu facti: imò verò per citationem verbalem dicitur præventa causa; per realem verò persona, ut docet Joan. Andr. *in cap.* 1. *n.*20. *de obligat. ad ratiocin. non ordin.* quem sequitur Angelus *in d. l. si quis postea, n.*4. *in fine, vers. Fallit, ff. de judiciis.* Hanc quintam assertionem tradunt Baldus *Authent. sed novo jure, n.*12. *C. de servis fugitivis* Jas. *in l. si domus,* 74. *§. in pecunia, n.*7. *ff. de legat.*1. Marian. *in d. cap. proposuisti, n.*21. Mascardus *de probationib. d. concl.*1233. *præventio, n.*8. Decianus *d. cap.*21. *n.*2. Scaccia *lib.*1. *de judic. d. cap.*11. *n.*61. Farinac. *d. q.*7. *n.*53. Azeved. *in d. l.*10. *n.*7. *&* 92. *tit.*13. *lib.*8. *Recop.* Barbosa *in d. l. si quis postea, ex n.*66.

882 Hanc autem resolutionem, eo casu limitandam esse credunt multi, quo quicumque privatus propria auctoritate aliquem caperet, quod multis casibus jure facere potest, veluti repertum in flagranti crimine, & in casu, *l.*1. *C. de raptu virgin. & in l. si quis in servitute, ff. de furt.* per has enim capturas propria auctoritate factas, non dicetur facta præventio. Ex istis sunt Butrius *in cap.* 1. *n.*22. Panormit. *n.*33. *de judiciis,* Decianus *d. cap.*21. *n.*18. Azeved. *in d. l.*10. *n.*67. *&* 68.

883 Quænam verò ex illis præventionibus sit efficacior, & præferenda, an facta per citationem verbalem, aut per realem, dubitationem habet. In qua existimo distinguendos tres casus. Primus est, cùm citatio realis facta est prius ab uno Judice, quàm ab altero fiat verbalis. Quo casu proculdubio, & absque controversia, citatio realis præferenda est, censendaque efficacior, & majoris momenti. Secundus casus est, cum uno, eodemque tempore, utraque citatio facta est à duobus diversis Judicibus, uno citante verbaliter, altero realiter capiente. Et in hoc casu similiter præferenda est citatio realis verbali, Judexque citans realiter citanti verbaliter; quemadmodum sentiunt Marianus *in d. cap. proposuisti, n.*21. *vers. Septimò quæro, & n.*22. Follerius *in pract. crimin. Rubr. audiantur excusatores, n.*159. Jul. Clar. *lib.*5. *sentent. §. fin. q.*38. *n.*28. Decianus *tract. crimin. libr.*4. *d. cap.*21. *n.*9. *in fine,* Farin. *in praxi, d. q.*7. *n.*53. *vers. Limita primò,* Scaccia *de judiciis, lib.*1. *cap.*12. *n.*61. Eodemque pertinet, cùm sumus in dubio, quænam citatio prior facta sit: nam realis erit præferenda, ideoque ob eam rationem, quod efficatiùs operetur factum, quam verbum, ut tetigimus *num.*881. *anteced.*

884 Tertius tandem casus est, cùm citatio verbalis præcedit citationem realem, qui est magis dubius. In quo prima sententia asserit, præventionem per citationem realem, tametsi posteriorem prævalere, & efficaciorem esse præventione ex citatione verbali anteriori, illique præferendam. Ita sentiunt Angelus Aretin. *de maleficiis, verb. Judex commisit, n.*14. quem sequitur Alexand. *ad Bart. in l. sepulchri 6. n.*3. *ad verbum, secundo est videndum, ff. de sepulchro violat.* Guido Papæ *decis.*202. *n.*4. Foller. *in pract. crim. in rubr. audiantur excusatores, n.*76. *& n.*151. *in fine,* Cæpolla *de servit. rustic. prædior. cap.*26. *de mari, alias cap.* 108. *n.*24. Hieron. de Monte *de finib. regend. cap.*25. *n.*13. Grammat. *decis.*30. *n.* 6. *& in consil. crim.* 28. *n.*12. Bossius *tit. de foro compet. n.*97. *& seqq.* Gravatius *ad practicam Romanam Octaviani Vestrii, lib.*3. *cap.* 11. *n.*5. Medices *in tract. de septem opusculis, opusc.*5. *n.*34. *circa finem, tom.*2. Mascardus *d. concl.*1233. *n.*8. Anton. de Matthæis *tract. de prorogat. jurisdict. n.*33. *vers. Quæritur,* Igneus, qui latè disputat *in l. fideicommissum,* 26. *ex n.*226. *& propriè* 246. *ff. ad Syllanianum,* Tepatus *in compend. variar. tit.*134. *cap.*5. *vers. Finali,* Azeved. *in d. l.*10. *n.*8. *&* 92. *tit.*13. *libr.*8. *Recop.* Mastrillus *decis.*210. *n.*8. Bobad. *lib.*2. *polit. cap.*17. *n.*164. Zevallos *in specul. practicar. q.*678. *n.*24. Cardin. Tusch. *litter. P. concl.*646. *n.*7. *& concl.*647. *n.*1. Marta *voto* 235. *n.*7. Cancer *variar. resol.* 2. *p. cap.*2. *n.*208. Franch. *decis.*505. *ex n.*14. tametsi *ibidem n.*4. *&* 5. videatur inclinare in contrariam sententiam, Farin. *in praxi, d. q.* 7. *n.*53. qui dicit hanc sententiam communem, & veram, Capiblanc. *in pragm.*8. *p.*

2.

UAB Biblioteca de Ciències Soci

2.*n.*214. *de Baronibus*, ubi ait hanc ſententiam in praxi magis receptam, Ripol. *variar. reſol. cap.* 1. *n.* 136. quam ante omnes videtur docuiſſe Baldus *conſ.* 124. *quidam cagnus*, *vol.* 5. Fundamentum eſt illud idem, quod ante tetigimus, quod ex natura ipſa factum verbo præfertur, & effectus facti validior, & firmior eſſe debet.

885 Contrariam tamen ſententiam, quinimò citationem verbalem præcedentem præferendam eſſe citationi reali, ſeu capturæ, Judicemque qui prius citavit verbaliter, cenſendum præveniſſe cauſam, ut præferatur in cognoſcendo, & procedendo, etiam illi, qui poſt carceravit reum, ſeu citavit realiter, amplectuntur Marian. Socin. *in d. cap. propoſuiſti*, *n.* 23. *de foro compet.* ubi refert pro eadem Bald. *in Auth. ſed novo jure*, *n.* 12. *C. de ſervis fugitivis*; minus tamen fideliter, nam Baldus eo loco non profert verba à Socino relata, neque videtur pro hac ſententia referri poſſe. Inclinat tamen in eam Auguſtinus Ariminenſis *ad Angelum de maleficiis*, *verb. Judex commiſit*, *n.* 15. qui dubitat de contraria Angeli ſententia, pro qua dicit ſe nullum textum reperire. Ei adhæret Decianus *tractat. crim. n. lib.* 4. *d. cap.* 21. *n.* 9. *in fine*, Scaccia *de judiciis*, *libr.* 1. *cap.* 12. *n.* 63. Barboſa *in l. ſi qui poſtea quam* 7. *n.* 70. *cum ſeqq. ff. de judiciis*, Marta *de juriſdict. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 19. *&* 20. Giurba *conſ.* 48. *n.* 38. 39. *&* 40. Maſtrillus *deciſ.* 210. *n.* 2. Pereira *de manu regia* 1. *p. cap.* 16. *n.* 14. *in fine*, & juxta hanc ſententiam deciſum in Sacr. Conſil. refert Galluppus *in praxi*, *p.* 2. *cap.* 6. *n.* 98. Ratione probatur, quoniam ut communis eſt omnium Doctorum ſententia, & nos *ſuperius n.* 879. diximus, prævention cauſa fit per citationem verbalem legitimam. Ergò factæ præventioni non poteſt per poſteriorem capturam præjudicari, argumento *cap. factum legitimæ* 73. *de regul. jur. in* 6.

886 Verùm à priori ſententia recedendum non eſt, quæ ut proculdubio eſt magis communis, & uſu recepta, ita eſt verior, & in Regno Caſtellæ approbata, ex textu *in l.* 10. *tit.* 13. *lib.* 8. *Recop.* eſtque re vera Rebuſpublicis utilior, quo Judices majorem adhibeant diligentiam in capiendis delinquentibus, ſi ſciant, ſe non eſſe compellendos, ut ſemel captos ad alios Judices remmittant, quaſi oleum, & operam in eorum captura adhibitam perdituri, ſed ſi reos capiant, neque cognitionem delicti, neque punitionem illis auferendam.

887 Neque obſtat fundamentum contrariæ ſententiæ: nam facilè reſpondetur, oriri quidem prærventionem ex citatione verbali legitima, verùm ſi poſt eam reus ab alio Judice capiatur, vinci à poſteriore prærventione ex citatione reali, priorem ex citatione verbali, quæ minus potens, & minus efficax eſt; ac per conſequens prioris prærventionis nullam eſſe habendam rationem, ſed præferendum Judicem, qui realiter citavit.

888 Limitabis tamen prædictam primam ſententiam, ut citatio realis, ſeu captura poſterior citatione verbali, non ſit præferenda verbali citationi, quę cauſam prçvenit, cùm fit in fraudem citationis verbalis; videlicèt cùm eſt procurata à reo, & affectata. Veluti ſi poſt verbalem citationem ab uno Judice factam ſe ſpontè judicio ſiteret, ſeu præſentaret coram alio, vel ſe carcerari feciſſet ab eo, ut effugeret judicium primi Judicis, cujus integritatem fortè pertimeſcens, vereretur ne condignis pœnis ſeverè afficiatur. Nam captura affectata non juvat ad prærventionem, quemadmodum nec cætera juris beneficia affectata prodeſſe ſolent, *l. & quis data opera* 5. *ff. ex quibus cauſis majores*, cum plurimis congeſtis à nobis *quæſt. præced. n.* 559. *&* 638. Hanc limitationem tradunt Hippolytus de Marſilis *in l. extra territorium*, *ultima*, *n.* 202. *&* 203. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Boſsius *tit. de foro comp. n.* 98. Hieron. de Monte *de finibus regendis*, *cap.* 25. *n.* 14. Tuſchus *litt. P. concl.* 646. *n.* 7. *&* *concl.* 647. *n.* 5. *&* *n.* 12. *&* *concl.* 649. *n.* 3. Cancer *variar. reſol.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 209. Scaccia *de judiciis*, *libr.* 1. *cap.* 12. *n.* 62. *&* 63. Farin. *in praxi*, *d. q.* 7. *n.* 53. *verſ. Sublimita primò*, *&* *n.* 64. Maſtrillus *d. deciſ.* 210. *n.* 9. Giurba *d. conſ.* 48. *n.* 46. *&* 47. Regens Rovit. *in pragm.* 1. *n.* 71. *& ſeqq. ubi de delicto quis debet conven.* Bajard. *ad Clarum*

rum lib. 5. §. fin. q. 38. n. 84. & 93. Azeved. *in d.l. 10. n. 46. & n. 72. & 73. tit. 13. libr. 8. Recop.* Barbosa *in d.l. si quis postea quam 7. n. 88. ff. de judiciis,* Decianus *tract. crim. lib. 4. cap. 20. n. 24.* Medices *tract. de septem opuscul. oposc. 5. n. 34. circa finem.* Qua in re notabilis esset adnotatio tradita à Caravita *ad ritum 269. n. 16.* tunc dici,& censeri carcerationem affectatam, cùm facta est à minori Judice post citationem majoris Judicis reo intimatam, quem sequitur Farin. *d. n. 64.* verùm si hoc universim verum esset, prima sententia superius tradita omninò corrueret, & nunquam ad praxim reduci posset,limitatioque totam regulam destrueret; quare res temperanda est,& cùm contigerit casus, ex indiciis, & præsumptionibus aliis dignoscendum est,an sit affectata, non ex eo solùm, quod citationem verbalem subsequatur.

889 Sextò, per confessionem in judicio criminali censetur facta præventio,quapropter Judex, coram quo quis confessus est delictum, potest procedere ad condemnationem confitentis,& præferri debet tanquam præveniens, *l. si confessus 5. ff. de custod. reor. cap. 1. de accusationib. in sexto,* tradunt Bald. *per textum ibi in l. si domus 74. §. in pecunia, n. 2.* Cuman. *n. 2.* Paul. *n. 4.* Alex. *n. 3.* Jaso *n. 6. ff. de legat. 1.* Barbosa *in d. l. si quis postea, n. 81.* Mascard. *d. concl. 1233. n. 9.* Azeved. *in d.l. 10. n. 62. & 63.*

890 Septimò, citatio personalis inducit præventionem comparatione citationis factæ domi, cùm citationes eodem tempore fiunt; adeò ut personalis tanquàm efficacior, & majoris virtutis,præferatur citationi factæ in domo,& Judex,qui citavit personaliter,præveniisse censendus sit Judicem citantem eodem tempore in domo. Ita sentiunt Marian. Socin. *in d. cap. proposuisti, n. 21. in fine,* Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 21. n. 13.* Farin. *d. q. 7. n. 63. circa finem,* Scaccia *d. cap. 12. n. 79.* Azev. *in d.l. 10. n. 76. & 77.* Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. num. 33. vers. Redeundo si utraque,* Marta *de jurisdict. 2. p. cap. 3. n. 16.*

891 Octavò, Judex procedens in causa per accusationem ex instantia accusatoris propositam coram eo,post inquisitionem ab altero Judice formatam contra reum, & citationem factam, censetur præveniisse causam,& præferendus est Judici procedenti via inquisitionis, cæteris paribus. Ratio est,quia superveniente accusatione,quæ est remedium ordinarium,cessat remedium inquisitionis,quod censetur extraordinarium, ut rectè docuit Dynus *in cap. factum legitimè 73. n. 7. de regul. juris in 6.* tractat latè Marianus Socin. *in cap. qualiter, & quando 24. ex n. 1165. de accusationib.* resolvit Bossius *tit. de inquisitione, ex n. 16.* cessat enim regulariter remedium extraordinarium,accedente ordinario, *l. in causa, la secunda ff. de minorib.* superveniente igitur accusatione, & extincta inquisitione, pariter censebitur extincta præventio, quæ est illius effectus, *l. cùm principalis, ff. de regul. jur.* Ita sentiunt Antonius de Butrio *in qualiter, & quando 24. n. 13. circa fin.* Marianus Socin. *n. 1169. circa fin. de accusationib.* Decianus *lib. 4. tract. crim. cap. 20. n. 22.* Azeved. *in d.l. 10. n. 44.* Giurba *d. cons. 48. n. 43.* Barbosa *in d. si quis postea, ex n. 83.* Dixi *cæteris paribus,* quoniam si ex aliqua causa dispar sit Judicum jurisdictio ex ipsamet sua natura, veluti contingit in Judice loci originis, vel domicilii, & loci delicti, præventio, quæ inter Judices accidentalem prælationem inducit,nihil operabitur. Etenim causa naturalis prævalet accidentali, *l. qui habet 3. ff. de tutel.* Menoch. *de præsuptionib. lib. 3. præsumpt. 29. n. 48. & 64.* Tusch. *litt. C. conclus. 147. vol. 1.* quamobrem *superius sectione præced. ex n. 807.* dixi, præventionem etiam per viam accusationis coram Judice domicilii, aut originis, non operari in præjudicium judicis loci delicti cujus jurisdictio, quod ad hanc rem attinet,præstantior est ex natura sua, juxta legum præstitutum: igitur ista præventio operabitur inter Judices pares dumtaxat, ut dixi *supra n. 872.* adnotavitque Gail *observat. practic. lib. 1. observ. 39. n. 4.* ex Panormit. *in cap. ut debitus 59. n. 22. de appellat.* & Thesaur. *decis. 90. n. 6.* qui ait, præventioni locum esse inter Judices in eadem civitate existentes, habentes separatam jurisdictionem:

con-

UAB Biblioteca de Ciències Soc

consonat (Salicetus *in l. ea quidem 7. ex n. 54. C. de accusat.* Ripa *in Rubr. de judiciis, n. 56.* Decius *ibi in 2. lectura, n. 43.* Angel. Aret. *de maleficiis, verb. Hæc est quædam inquisitio n. 74. cum seqq.* & ibi Augustin. Ariminensis, Albert. de Gandino *in Rub. quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionem ex n. 19.* Maranta *in praxi, 6. p. tit. & pervenitur aliquando per viam inquisitionis, ex n. 38.* Matienzus *in l. 1. tit. 14. libr. 5. Recop. glossa 9. n. 1.*) Azeved. *in d. l. 10. n. 10.* & Barbosa *in d. l. si quis postea 7. n. 2.* Giurba *d. cons. 48. n. 41. & cons. 62. n. 2.* ut in Hispania inter Judices ordinarios villarum, quos *Alcaldes* vocant; solent enim esse duo in qualibet villa jurisdictione pares, alter electus ex nobilitate, alter ex plebe; atque item inter Judicem ordinarium, vocatum Correctorem, & Alcaldum, seu Judicem fraternitatis, in iis criminibus, quæ ad utriusque jurisdictionem pertinent, ut dicitur *in d. l. 10. tit. 13. libr. 8. Recop.* secus esset, si unus Judex haberet jurisdictionem privativam, aut privilegiatam, ut notat idem Giurba *d. cons. 48. n. 31. 36. 37. & 41. & consil. 62. n. 13. & 14.* Grammat. *decis. 30. n. 11. & 12.* & ad eum Didacus de Mari *ad n. 12.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. d. cap. 20. n. 23.*

892 Nonò, præventio inducitur ex præcepto Judicis, quo jubet reum non recedere à tali loco, quoniam vult venire ad faciendam contra eum visitationem, vel inquisitionem; quoniam hoc præceptum habet vim citationis Federicus de Senis *consil. 145. n. 3. in fine, vers. Sed pone, quod corruptè solet allegari, cons. 140.* proponit hunc casum, & videtur sentire contra hanc assertionem referens se ad Archidiac. *in cap. si eum, de præbend. in sexto*, verùm eam tuetur Antonius *in d. cap. proposuisti, n. 13.* Panormit. *n. 11.* Marianus *n. 25.* Felin. *n. 2. in fine, vers. In quæst.* Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 21. n. 17.* Azeved. *in d. l. 10. n. 66.*

893 Decimò, ut si unus Judex prius citat, seu vocat in judicium reum, alter verò Judex prius sententiam pronunciat, ex priori citatione censetur præventa causa, potius quam ex priori sententia. Ita sentit Baldus *in l. si pluribus 33. n. 5. in fine*, Imola *n. 4. ff. de legat. 1.* Angelus *de maleficiis, verb. Judex commisit, n. 15.* Decianus *d. cap. 21. n. 15.* Farin. *d. q. 7. n. 59.* Azevedus *in d. l. 10. n. 77.*

894 Undecimò, Judex, qui prævenit causam citans mandatarium, vel unum ex multis sociis delinquentibus, censetur eam præveniisse contra mandantem, aut alios omnes delicti socios. Ita sentit Nelus *de S. Geminiano in tract. bannitor. 2. p. primi temporis, n. 7. tom. 11. tract. 1. p.* quem sequuntur Marian. *in d. cap. proposuisti, n. 22. vers. Nono quæro, & n. 23. & n. 37.* Decianus *d. cap. 21. n. 16. & cap. 22. n. 4.* Farin. *d. q. 7. n. 62.* Scaccia *d. cap. 12. n. 78.* Bosius *tit. de foro compet. n. 109. & 147.* Azeved. *in d. l. 10. n. 64. 65. & 84.* Giurba *consil. 70. n. 14. & 15.* Ratio est, quia mandans, & mandatarius, & omnes socii cujuslibet criminis, aut sunt rei unius, & ejusdem delicti, aut saltem negari non potest, quin eorum negotium sit unum, & idem, & causa habeat eandem continentiam, ut pluribus probat Bosius *de foro compet.. n. 108. & 109. & seqq.* & planè sentit Jul. Clar. *lib. 5. sentent. §. fin. q. 36. n. 46.* ubi limitat. Prævention verò operatur, ut ad illum Judicem, qui prævenit, sit remittenda causa cum tota sua continentia, & omnibus connexitatibus, ut rectè docuit Bald. *in cap. 1. n. 7. & 8. de controversia fœudi apud pares termin.* & Marian. *in d. cap. proposuisti, n. 32.* Anton. Gabriel *lib. 2. commun. tit. de judic. concl. 1. n. 3.* ne sequatur inde commodum illud contra notissimas juris regulas, ut causæ continentia dividatur, quod permitti non debet, *l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eundem Judic. eatur, l. nulli, C. de judiciis, cap. 1. de causa possess. & propriet. cap. 1. de sequestr. possess. & fruct.* Qua ratione usus est ad hanc rem comprobandam Nelus, & Marianus, *ubi supra*: quò conferunt, quæ ego dixi *superius hac eod quæst. ex n. 732.* Dum tamen intelligas, quoties dicimus ratione præventionis unum Judicem alteri præferri, loqui me de Judicibus jurisdictione paribus, & quorum unus alteri alia juris prærogativa non antecellat, ut est illa, qua dixi *n. 783.* Judicem loci deli-

licti cæteris præstare. An verò intentato coram uno Judice remedio, *l. diffamari, C. de ingenu, & manumiss.* censeatur facta præventio, etiam in actione principali, ut debeat coram eodem Judice in judicium deduci, & non possit apud alium de principali agi, vide eundem Marianum *in d.cap. proposuisti, n.*26. Decian. *d. cap.*20. *n.*13. Barbos. *in d.l. si quis postea quam, ex n.*90. *& propriè n.*94. *ff. de judiciis.*

895 Duodecimò,cùm duo Judices procedunt criminaliter contra eundem reum, & qui prævenit procedit pro delicto leviori, ut pro vulnere; secundus autem procedit pro delicto graviori,ut pro homicidio, aut primus procedit pro vulnere simpliciter, secundus pro vulnere cum animo deliberato, quæ qualitas delictum auget,redditque gravius, secundus Judex, & ejus processus non potest impediri à primo Judice prætextu præventionis. Ita sentiunt Bossius *tit. de foro comp. n.*102. & ad eum Mandosius, Scaccia *de judiciis, lib.*1. *d.cap.* 12.*n.*77. Farin.*d.q.*7.*n.*65. Ratio est,quia cùm una causa est major altera, tunc non est locus præventionis : qualitas enim causæ præponderat prioritati temporis, ut notant Doctores per textum ibi, *in cap. cùm parati* 19.*de appellationib.* ubi Decius *n.*25. *& seqq.& propriè n.*33. Oldradus *cons.*234. *factum tale est, n.*4. & probatur ex textu *in l.*2. *§. si simul, cum l. nisi, sequenti, ff. ad l. Jul. de adulter.& in l.contra pupillum* 54. *§. is, qui ad majus, ff. de re judic.* faciunt,quæ tradit Bart. *in l.*2. *§. qui exhibendi,ex num.* 1. *præsertim n.*4.*&* 5.*ff.de custod.reor.* Prioritas autem temporis, seu præventio solùm habet locum inter pares, *ut dixi supra n.* 872 *& n.*891.

896 Decimo tertiò,data paritate temporis inter duos Judices citantes,quis prævalere debeat, & præferri in cognitione causæ, vide Farin. *d.q.*7. *n.*63. *vers. Et in proposito,* qui post Decianum resolvit,& distinguit quatuor casus, & Azevedum *in d. l.*10. *ex n.*73. & Anton.de Matthæis *tract. de prorogat. judisdict. n.*33. *vers. Quæritur juxta prædicta.*

897 Decimo quartò,an obligatio guarentigia,seu obligatio pœnes acta,quæ obtinet auctoritatem rei judicatæ quoad id, quod possit contra reum exequutioni mandari, inducat præventionem, & ejus effectus, inferius commodiore loco tractabimus *ex n.*910.

898 Reliqua est quarta,& ultima difficultas, quinam sint effectus præventionis? Et dicendum est, primum effectum esse, ut per præventionem perpetuetur jurisdictio delegati, quoniam res desinit esse integra. De quo effectu agunt Doctores *in cap. relatum* 19. *& in cap. gratum* 20. *& in cap. licèt undique* 30. *de offic. delegat.* Archidiac. *in cap. non ita* 2. *q.*6. *ex n.*1. Imola *in d. cap. licèt undique, ex n.*7. Legistæ *in l. & quia* 6. *ff.de jurisdict.omn. judic.* ita tradit Marianus *in d.cap.proposuisti, n.*15.*&* 19. De hoc tamen effectu modo non agimus.

899 Secundus effectus præventionis est, consolidare omnem jurisdictionem, quam parem,& insolidum habet plures Judices competentes, eamque appropriare prævenienti, ut deinceps ipse solùm possit de causa cognoscere, & sit præferendus in cognitione, & processu causæ,cæteris omnibus Judicibus competentibus, & alii non debeant, neque possint, quasi per præventionem habentes manus ligatas, se amplius in ea causa ingerere, sed processus prævenientis faciat silere processus præventorum. Id probat textus *in l. cùm quædam* 19. *in princ. ff.de jurisdict.omn.judic. l. si quis postea* 7. *ff. de judiciis, cap. proposuisti* 19. *de foro compet.* Ita sentiunt Marian. *in d. cap. proposuisti, n.*27. Hippolyt. de Marsilliis, *in repet. l. extra territorium, fin. n.*20.*ff. de jurisdict. omn.judic.* Decian. *tractat.crimin. lib.*4. *cap.*22. *n.*1. Scaccia *de judiciis, lib.*1. *d.cap.* 12. *n.*57. *&* 66. Bossius *tit. de foro comp. n.*79. Gail *observat. practic. lib.*1. *observat.*29. *n.*6. Farin. *d.q.*7. *n.*52. Azevedus *in d.l.*10. *n.*80. *& seqq.& n.*92. *tit.*13. *lib.*8. *Recop.* Marta *de jurisdict. p.*2. *cap.*2. *ex n.*4. Iste autem effectus ex eo provenit, quoniam si præventio non obesset, quominus præventus Judex in causa procederet, unus reus posset coram diversis Judicibus ob unam, & eandem causam vexari,molestia-

ſtiaque, & ſumptibus affici,& ſæpius de eodem delicto quæri,quorum neutrum debet permitti,*l. licèt, §. fin. ff. nautæ, caupones,& ſtabularii, l. ſepulchri ff. de ſepulchro violat. l. qui de crimine 9. in princ.* ubi Gloſſa prima, & ultima,*C. de accuſation. l.* 12. *tit.* 1. *part.* 7. & ibi Gloſſa prima, notat Boſsius *tit. de foro comp. n.* 108. Scaccia *d. cap.* 12. *n.* 57. *in fine,* Farin. *d.q.* 7. *n.* 52. Secundò item, divideretur continentia cauſæ, contra regulam textus *in l.* 1. *&* 2. *ff. de quibus rebus ad eund. judic. eatur, l. nulli, C. de judiciis, cap.* 1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet. cap.* 1. *de ſequeſtrat. poſſeſſ.& fruct.*& notata ab eodem Scaccia *lib.* 1. *de judiciis cap.* 11. *n.* 24. Matthæo de Afflictis, *deciſ.* 354. & ibi Urſillo,& cæteris Addentibus, Capicio *deciſ.* 122. *& deciſ.* 173. Franchis *deciſ.* 426. *& deciſ.* 582. Peguera *deciſ.* 224. Gail *obſervat. practic. lib.* 1. *obſerv.* 32. Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *centur.* 4. *caſu* 371. Tertiò tandem, judicium non haberet finem, ubi ſumpſit initium contra regulam, *l. ubi acceptum* 30. *ff. de judiciis*, & ibi tradita à Doctoribus, Giurba *deciſ.* 23. *n.* 1. præterquam quod regulare eſt,ut is, qui prævenit in quacumque pari cauſa præferatur, *l. neganda* 19. *C. qui accuſare non poſſunt*, ubi notant Baldus *n.* 1. Franchis *deciſ.* 147. *n.* 5. Decian. *d.cap.* 20. *n.* 3. (Sebaſt. de Medices *in tract. de ſeptem opuſculis, opuſc.* 5. *n.* 34.) adeò ut Cynus *in per agrum* 11. *n.* 4. Bald. *n.* 2. Salic. *n.* 2. Meneſius *n.* 24. *C. de ſervit. & aqua,* Tiraquellus *de jure primogen. q.* 17. *opin.* 1. *num.* 21. ex ea regula credant decidendam contentionem inter duo plauſtra, vel ſalmas ſibi obviantia in tam anguſta via,ut ſimul tranſire non poſsint; & præoccupantis credunt eſſe meliorem conditionem, ut præventus retrocedere debeat, & prævenienti locum dare. Cujus deciſionis meminerunt (Caſſan. *in Catalogo gloriæ mundi* 12. *part. conſider.* 98.) Decian. *d.n.* 3. & Azevedus *in d.l.* 10. *n.* 16. *tit.* 13. *libr.* 8. *Recop.* qui prædictam regulam exornant,& confirmant, relatis legibus eam comprobantibus.

900 Limitabis tamen primò hunc ſecundum effectum, ut tunc locum habeat, cùm litigans opponit exceptionem præventionis,ſecus ſi non oporteret: nam tunc proceſſus utriuſque Judicis valeret, & ſuſtineretur. Hanc limitationem tradit Innocent. *in cap. cum M. Ferrarienſis* 9. *n.* 10. quem ſequuntur omnes, teſte Felino *ibidem n.* 25. *de conſtit.* Marianus *in d.cap. propoſuiſti, n.* 31. Decian. *in cap. ex tenore, n.* 35. *de reſcriptis,* Boſsius *tit. de foro comp. n.* 81. Anton. Gabriel. *lib.* 2. *commun. tit. de judiciis, concl.* 1. *n.* 20. Afflictis *deciſ.* 354. *n.* 2. Maſcard. *d.concl.* 1233. *n.* 13. Scaccia *lib.* 1. *de judiciis, d.cap.* 12. *n.* 67. Farin. *d.q.* 7. *n.* 54. Decian. *d.cap.* 22. *n.* 9. *&* 10. Azeved. *in d. l.* 10. *n.* 66. 67. *&* 68. Barboſa *in d.l. ſi quis poſtea quam, ex n.* 82. *ff. de judiciis,* qui referunt antiquiores. An verò poſsit quis inquiri,damnari,& puniri ſæpius pro eodem delicto à diverſis Judicibus,quoniam id ad noſtrum inſtitutum pertinet, vide *l.* 12. *tit.* 1. *p.* 7. & ibi Gregorium, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. Antonium Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *ex n.* 26. *&* 38. Boſsium *tit. de foro comp. ex n.* 83. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 30. Scacciam *de judiciis, lib.* 1. *d.cap.* 12. *ex n.* 81. Julium Clar. *libr.* 5. *ſentent. §. fin. q.* 57. & ibi Addentes, Farin. *d.q.* 7. *n.* 26.

901 Limita ſecundò prædictum ſecundum effectum, ut exceptione præventionis non poſsit ſe juvare coram Judice prævento, qui fuerit contumax apud Judicem prævenientem. Hanc limitationem tradit Marianus *in d.cap. propoſuiſti, n.* 31. Felin. *n.* 2. (Paulus *in l. nulli, n.* 3. *C. de judic.*) Boſsius *tit. de foro comp. n.* 82. Scaccia *d. cap.* 12. *n.* 68. Farin. *d.q.* 7. *n.* 55. qui copioſè allegat, Barboſa *in d.l. ſi quis poſtea quam* 7. *ex n.* 182. *ff. de judiciis.* Et hæc eſt una ex limitationibus regulæ, *l. ubi acceptum* 30. *ff. de judiciis,* quam tradit Felin. *in cap. cum M. Ferrarienſis, n.* 25. *verſ. Quartum adde, de conſtit. & in cap. ex tenore* 16. *n.* 15. *&* 16. Decius *n.* 34. *de reſcriptis,* & multis relatis, Antonius Gabriel *lib.* 2. *commun. tit. de judiciis, concl.* 1. *n.* 21. Caravita *ritu* 205. *n.* 2. *&* 11. Franchis *deciſ.* 417. *n.* 1. *& deciſ.* 551. *n.* 7. & Farin. *conſ.* 214. *n.* 8. *lib.* 3. Iſtius autem limitationis duas rationes red-

reddit Bart. *in l. ſepulchri 6. n. 2. ff. de ſepulchr. violat.* Prima eſt, quoniam non poteſt quis ſe juvare inſtantia, & judicio cœpto coram ipſo Judice, apud quem eſt contumax, niſi ſuam contumaciam purgaverit, & expenſas refecerit, *l. ſancimus, C. de judiciis.* Ergo multò minus poterit uti beneficio illius inſtantiæ coram alio Judice. Secunda, quoniam alioqui eſſet in poteſtate litigantes eludere ambos Judices, prævenientem, & præventum; præventum, quia apud eum conveniri non poſſet allegata, & obſtante exceptione præventionis; prævenientem verò, quoniam apud eum ſe non ſiſteret, ſed in ſua contumacia perſeverans, condemnationem vitaret, pœnamque effugeret, quod permitti non debet, argumento, *l. ne in poteſtate 26. ff. de recept. arbitr.*

902 Sublimita tamen hanc limitationem ſecundam non procedere, ſi contumax ſe ſiſtat coram Judice præveniente purgata contumacia, & refectis expenſis: nam exinde poterit allegare exceptionem præventionis, & ea ſe juvare, ceſſantibus rationibus prædictæ limitationis. Ita ſentiunt Felinus *in d. cap. ex tenore 16. n. 16.* Decius *n. 34.* & Angel. *in l. quamvis 10. n. 1. ff. de damn. infect.* Paulus *in l. amplius 9. §. celſus rectè, n. 8.* Alex. *ibi n. 9. ff. eodem tit. & in l. ſi quis poſtea, n. 7.* ubi Barboſa *ex n. 186. ff. de judiciis*, Grammat. *deciſ. 26. n. 10.* Antonius Gabriel *tit. de judiciis, d. concl. 1. n. 24.* Scaccia *d. cap. 12. n. 69.* Farinac. *d. q. 7. n. 55. verſ. Sublimita*, Caravita *ad ritum 205. n. 2.*

903 Limita tertiò principaliter prædictum ſecundum effectum in crimine hæreſis, in quo non obſtante præventionis exceptione poteſt procedi à diverſis Judicibus ſpeciali fidei favore, & Religionis, *cap. ut officium 11. cap. per hoc 17. de hæreticis in ſexto*, notat Marian. *in d. cap. propoſuiſti, n. 29. de foro compet.* Felinus *in d. cap. ex tenore 16. n. 18. in fin. verſ. Fallit octavò, & in d. cap. cum M. n. 25. in fin.* Angel. *in d. l. ſi quis poſtea 7. n. 3.* Paulus *n. 7. ff. de judiciis*, Anton. Gabriel *d. concl. 1. n. 19.* Decianus *libr. 4. d. cap. 20. n. 26.* Azeved. *in d. l. 10. n. 49.* Directorium inquiſitorum *3. par. q. 46.* & ad eum locum Pegna, Simanc. *de Catholicis inſtit. tit. 34. n. 25.* Ludovic. Carrerius *in tract. de hæreticis, n. 69. & 70.* Roxas *de hæreticis 2. p. n. 431. & 432. tom. 11. tractat. part. 2.* Quam tamen limitationem ſublimitandam credit Aretinus *in l. ſi pluribus 33. in fine, ff. de legat. 1.* ubi vide.

904 Cæteræ limitationes prædicti effectus, quæ eædem limitationes, *l. ubi acceptum 30. ff. de judic.* petendæ ſunt à Doctoribus apud eandem legem, & à Felino *in d. cap. cùm M. Ferrarienſis 9. n. 25. de conſtit. & in cap. ex tenore 16. ex n. 15.* Decio *ibi ex n. 34. de reſcriptis*, eodem Felino *in d. cap. propoſuiſti, n. 2. de foro compet.* (Paulo *in l. nulil 10. n. 3. C. de judiciis.* Quintil. Mandoſio *de inhibitionib. q. 121. ex n. 3. tom. 5. tract.*) Anton. Gabr. *lib. 2. commun. tit. de judicis, concl. 1.* Corſeto *in ſingularibus, ſingular. 144. verb. Judicium.*

905 Quod ſi judex præveniens inhibeat Judicem præventum, eumque requirat, ut in cauſa ulterius non procedat, ſed remittat proceſſum; illeque inhibitorialibus litteris obſequi nolit, ſed ulterius proſequatur, inhibitionem contemnens, ad ſuperiorem recurrendum eſt, utendumque iiſdem illis remediis, quibus dixi *ſupra q. 1. ex n. 38.* eſſe locum, ſi quis Judex litteras hortatorias, ſeu requiſitorias à Judice competente, & legitimo miſſas, noluerit exequutioni mandare. Quibus addes, quæ in hoc caſu agenda notat Scaccia *d. cap. 12. ex n. 71.*

906 Tertius effectus præventionis ortus ex ſecundo prædicto eſt, ut facta præventione per citationem legitimam, non poſsit deinceps, neque actor, neque reus, altero invito forum mutare quoad litem cœptam, & præventam, ſed eam coram prę-veniente Judice proſequi teneantur, & finire, utpotè eadem inſtantia perſeverante, ſive adveniat novus forus de jure communi, ſive ex novo ſuperveniente privilegio. Ita probat textus *in l. cùm quædam 19. in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. & in l. ſi quis poſtea 7. l. ubi acceptum 30. ff. de judiciis, cap. propoſuiſti 19. de foro comp.* in quibus locis notant omnes Doctores, ſingula-

ri-

riter, & latissimè Marianus *in d.cap. proposuisti, n.36. & 38. & ex n.45.* Decian. *lib. 4. d.cap.22.n.3.& 5.* Barbosa *in d.l. si quis postea, ex n.110.* Valascus *consult. 57.* Surdus *decis.110.* qui optimis rationibus probat, Cancer *variar. resol. 2.p.cap.2. n.225.* Cavalcanus *decis. 10. n.32. lib.5.* Tuschus *litter. P. concl.646. n.1.* Zevallos *de cognit. per viam violentiæ, 2.p. q.37.n.4.& 5.* Marta *de jurisdict.p.2.cap.2.ex n.14.* Marcellus Cala *de modo articulandi, §.1. gloss.1. n.63.* Giurba *decis.23. n.1.2. & 3. & consil.15. n.38. & cons.48. n.41. & cons.70. n.11.* Grassis *de effectibus Clericatus, primo effectu, limit.65. n.1239. cum seqq.*

907 Hinc oritur, ut Clerici, aut Religiosi effecti post præventam causam à sæculari Judice, coram eodem debeant prosequi judicium, ut dixi *supra q.6. ex n.445.* & propriè *n.448.* Item ut miles factus post causam præventam quoad litem cœptam non gaudeat privilegio fori, ut dixi *eadem q.6. n.473.cum seqq.* quod idem de scholari facto post citationem sentiendum esse significavimus *n.448.* Item ut miserabilis, qui post cœptum judicium coram Judice privilegiato desiit esse miserabilis cessante miserationis causa, veluti obtento Gigis anullo, seu virgula divina, & Deo undecumque juvante, nihilominùs judicium coram eodem Judice sit prosequuturus, ut latè diximus *supra ex n.618.* Item ut qui post litem cœptam cœpit esse miserabilis ad Charontis januam in sperato deductus, & à sinistro genio in malum tragicum dejectus litem non possit trahere ad privilegiatum forum, neque eo gaudere, ut dixi, multisque probavi, & declaravi, *ex n.635.* Item ut qui Neapolitanam civitatem adquisivit post litem cœptam privilegio fori Neapolitanorum gaudere non debeat, ut dixi *supra numer.686.*

908 Amplia primò prædictum tertium effectum, ut si facta præventione reali quis mutet statum factus Clericus, vel Religiosus, non solùm non debeat gaudere novi fori supervenientis privilegio quoad causam criminalem præventam, & quoad bona, sed neque quoad personam; atque ita nullo modo quoad causam præventam, possit forum, & Judicem mutare. Ita fit, ut si quis post capturam ob delictum in carceribus fiat Clericus, aut Religiosus, non solùm non possit opposita fori declinatoria evadere judicium sæcularis Judicis, à quo fuit carceratus, & condemnationem quoad bona, sed neque quoad personam, cujus districtio, & pœna corporalis inflictio pertinebit quoque ad sæcularem, qui prævenit per citationem realem, non solùm causam, sed personam. Ita sentit Joan. Andreas *in cap.1. n.20. de obligat. ad ratiocin. non ordinand.* quem sequitur Cardin. Zabarella *ibi n.2. vers. Nonò quæro, circa finem,* Antonius de Butrio *n.12.* Panormit. *n.5. post medium,* Imola *n.6.* Ancharr. *n.2. circa fin. vers. sexta est opinio, & in cap. ea quæ 26. n.19. q.13. vers. Primo casu, de regul. jur. in sexto,* Cappella Tholos. *decis.347.* Federicus de Senis *consil. seu q.97. quoniam, n.5.vers. Item quæro numquid sit verum,* Marianus Socinus *in d.cap. proposuisti, n.53. in fine,* Bart. *in l.1. n.3. in fine, ff. de pœnis,* Bald. *in l. officiales 4. n.3. C. de Episcop. & Cleric.* Angelus *in l. si quis postea 7. n.4. in fin.* Barbosa *n.243. ff. de judiciis,* Chassan. *in consuet. Burgund. Rub.1. §.5. verb. s' il n' à grace, n.67.* Belluga *in specul. Rub.11. §. videndum, n.21.* Antonius de Matthæis *tract. de prorogat. jurisdict. n.57. vers. Unde Clericus,* Decianus *tract. crim. lib.4.cap. 9. ex n.137.* Caballus *resol.crim. casu 108. n.2.* Franchis *decis.209. n.3.* ubi dicit omnes sequi hanc opinionem, *& decis.384. n.14.* Fabius de Anna *cons.139.dum in illam quæstionem, alias refertur 140. n.8. & 10. lib.2.* Cancer *variar. resolut. p.2. cap.2. n.136. & 137.* Alberic. *in l. cùm ratio 8. §. ex bonis, n.1. & 2. in fine,* (*ff. de bonis damnat.*) Hippolyt. de Marsiliis *singular.534. attende ad unum, & in l. statu liber, ex n.5. ff. de quæst.* Foller. *in constit. ascriptitios, n.7. de Episc. & Cleric.* Ex quibus tamen isti tres posteriores non descendunt ad particularem casum istius ampliationis, sed loquuntur in genere de Clericatu, vel Religione in fraudem susceptis, de quo agunt quamplurimi à me relati *supra n.447.* Ra-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tionem hujus ampliationis reddunt Joannes Andreas, & cæteri illum ſequuti, quoniam fraus ſua nemini debet patrocinari, neque debet aperiri via ad eludendam juſtitiam, & jus publicum, quod in puniendis delictis verſatur, participantibus dolum tàm eo, qui dat, quàm qui ſuſcipit ordines vel habitum Religionis, aut profeſsionem. Et in his terminis nullum inveni contradictorem hujus opinionis ex illis Doctoribus, qui præventioni tribuunt effectum, ne Clericus, aut Religioſus omninò eximatur à juriſdictione ſæculari, ſaltem quoad bona: tametſi ſciam eſſe quoſdam alios, quamvis paucos, qui contrarium ſentiant, quos refert Albericus *tract. de ſtatutis, lib. 3. q. 41. n. 10. in fine*; ex illis verò prioribus, ſolus, quod viderim, Marta *de juriſdict. 2. p. cap. 2. n. 26. & 4. p. caſu 121. n. 19.* ab hac ſententia recedit. Communis igitur Doctorum reſolutio, quam *ſupra n. 448.* commemoravi, videlicèt eos, qui Clericatum, vel Religionem ſuſceperunt, etiam in fraudem, etiamſi maneant ſubjecti quoad bona, & alligati inſtantia cœpta ante Clericatus, vel Religionis ſuſceptionem; exime tamen quoad perſonas à foro ſæculari, & conſequi earum immunitatem quoad diſtrictionem corporalem, referenda eſt ad alium diverſum caſum ab iſto; videlicèt cùm extra carceres, & ante factam realem prætentionem, vel facta quidem, tamen ceſſante, & in ſtatu libertatis actualis, ordo Clericatus, & Religio ſuſcipiuntur; non ad iſtum, de quo modo agimus, ut manifeſtè conſtat ex traditis ab Auctoribus hujus ſententiæ, nempè Joanne Andrea, Bartolo, Angelo, & aliis; ac per conſequens majorem vim tribuere cenſendi ſunt prætentioni reali, quàm verbali.

909 An verò iſta ampliatio ſubamplianda ſit ad eum caſum, quo quis relaxatus à carceribus ſub fidejuſſoribus ante tempus, vel caſum reſtitutionis ad carceres, vel fuga ex carceribus arrepta, aut poſt fugam ante carcerationem bannitus, aut poſt latam ſententiam forjudicationis, cùm in fuga eſſet, (qui ſunt ſimiles caſus) ſuſcepit Ordinem Clericatus, vel ingreſſus eſt Religionem monachalem, vel militarem, aut in ea profeſſus eſt, ex facto dubitatum eſt ſæpius in Sacr. Conſil. Neapolitano. Et apud Vincentium de Franchis *deciſ. 209.* pro utraque parte re diſputata, & ibi non deciſa, deinceps verò *deciſ. 384.* deciſum eſt, eum debere gaudere privilegio fori quoad diſtrictionem perſonæ, & remmittendum ad Judicem Eccleſiaſticum: quoniam exiſtimatum eſt, eo caſu ſolùm eſſe prætentam cauſam, non perſonam. Cujus deciſionis meminit Regens Tapia *in conſtit. de perſonis, n. 32.* & rem tractavit *ex n. 29. lib. 1. Juris Neapolit. Rubr. 3.* Idem iterum deciſum eſt apud eundem Franchis *deciſ. 709.* in caſu cujuſdam inquiſiti relaxati ſub fidejuſſoribus, poſt admiſsi ad Religionem S. Joannis Hieroſolymitanam, qui remiſſus eſt ad Eccleſiaſticum. Et cùm iterum accidiſſet idem caſus in perſona cujuſdam fugitivi, qui poſt forjudicationem habitum ſuſceperat, & profeſsionem fecerat in eadem Religione Hieroſolymitana S. Joannis anno 1627. junctis duabus aulis Sacr. Conſil. cùm adjunctis deſignatis, è quibus ego fui, cùm dubitatum eſſet, an valida fuiſſet profeſsio, qui articulus erat ſpiritualis, deciſum eſt articulum validitatis, vel invaliditatis profeſsionis, remittendum eſſe ad Sanctiſsimum, & interim reus, qui captus fuerat, retentus fuit in carceribus Magn. Cur. Vicar. habito pro conſtanti, potiturum illum privilegio fori quoad perſonam, ſi profeſsio valida foret. Et cùm poſt re Romæ diſcuſſa, pronunciata fuiſſet profeſsio non invalida, audivi eum remiſſum ad Eccleſiaſticum forum, juxta receptam praxim apud Franchis *d. deciſ. 384.* cujus ſententiam ſequuti ſunt Cartarius *de exequut. ſentent. cap. bannito, cap. fin. n. 308.* Caballus *reſolut. crim. caſu 108. n. 2.* Maſtrillus *deciſ. 294. ex n. 11.* Marta *de juriſdict. 4. p. caſu 121. ex n. 3.* Graſsis *de effectibus Clericatus 1. effectu, n. 1138.* tametſi parumper videatur declinare, Giurba *conſ. 15. n. 34. & 35.* Imò verò idem Franchis *deciſ. 395* refert à Sacr. Conſ. deciſum, eum, qui laicus cum eſſet, relegatus eſt in Inſulam ad certum tempus, impoſita pœna duplicationis exilii, & pecu-

cuniaria, si relegationem violasset, & intra illud tempus suscepisset ordinem Clericatus, & post ab Insula diœcesisset, captum,& carceratum, compelli à Judice laico, qui sententiam tulerat, ad solvendam pœnam pecuniariam non posse,neque ab eodem illi infligi duplicationem relegationis in eadem prima sententia contentam: in quam rem refert Albericum *in l. meminisse* 10. *n.* 5.*&* 6. *ff. de offic. Proconsul. & Legat.* qui tractans casum è converso, quando Clericus relegatur imposita pœna in casu violationis relegationis, aut ipsi Judici reservata,& durante relegatione contracto matrimonio cùm vidua amittit fori privilegium, decernit ob violatum exilium à laico puniendum, non ab Ecclesiastico. Quæ est singularis doctrina, & ad speciem, de qua agitur accommodatissima, cui acquiescunt Fabius de Anna *d. cons.* 139. *dum in illam, ex n.* 12. Valascus *consult.* 48. Marta *de jurisdict.* 4.*p. casu* 176. *ex num.* 12. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *capit.* 226. *num.* 36. Giurba *cons.* 15. *num.* 32. qui alios refert. (Diana *resol. moral.* 4.*part. tract.* 1. *resolut.* 22.)

910 Illa verò jam hic sese offert prima discutienda difficultas, quam *ex n.* 897. *supra* in hunc locum reservavimus; an si quis laicus cùm esset, promisit creditori solvere certam quantitatem,vel quid aliud dare, vel facere facta obligatione solemni pœnes acta, seu adjecta clausula guarentigia in Provincia, in qua similes scripturæ habent exequutionem paratam, non secus, ac si essent sententiæ obtinentes auctoritatem rei judicatæ; post obligationem verò contractam suscepit ordinem Clericatus, aut Monachatus, & privilegium fori adeptus est, debeat conveniri coram sæculari Judice pro satisfactione prædictæ obligationis; an verò coram Ecclesiastico? Et eadem difficultas erit è converso, si obligatio prædicta contracta esset à Clerico, qui postea nubes amisisset fori privilegium, an pro illius implemento, & solutione conveniendus sit coram Ecclesiastico, cui tempore obligationis contractæ subjiciebatur, an coram sæculari, cui tempore actionis in judicium deductæ,& ingressus via exequutivæ, subjicitur.

911 Prima sententia est, conveniendum esse reum coram Judice, cui subjiciebatur tempore obligationis contractæ. Ita sentit Rota Romana *in antiquis decis.* 5. *obligatus est laicus, de foro comp. aliàs decis.* 552. (quamvis post videatur ab ea recedere) quam sequitur Marianus Socinus *in d. cap. proposuisti, n.* 54. *vers. Et adverte,* Riccius *ad Franchis decis.* 656. Cancer *variar. resol. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 226. Fabius de Anna *d. cons.* 139. *dum in illam, n.* 2. *lib.* 2. Ex qua sententia paulatim colligitur ex obligatione guarentigia, vel pœnes acta, non secus induci præventionem, ac superius *n.* 879. dictum est induci ex legitima citatione. Probatur primò, quoniam prædicta obligatio obtinet vim rei judicatæ, & est instar sententiæ, ut notat Benedictus Barzis *tract. de guarentigia* 2.*p. princip. q.* 2. (& Marianus Socinus, plurimis relatis *in cap.* 1. *n.* 60. *de mutuis petit.*) Ergo per eam censetur inducta præventio ex eo tempore,quo est contracta; ac per consequens quemadmodum si tunc lata esset sententia condemnatoria, reus non posset mutans postea forum effugere judicium, & jurisdictionem Judicis, cui tunc subjiceretur,ita adquisito,vel amisso post prædictam obligationem foro, non poterit eximi à potestate Judicis, cui tempore contractæ obligationis subditus erat.

912 Secundò,quoniam in delictis inspicitur tempus delicti commissi, & status delinquentis eo tempore ad dignoscendum, quis sit futurus legitimus rei Judex, non ille status, qui ex post facto potest evenire. Quo fit, ut si quis delinquat tempore, quo erat exemptus,quamvis postea privilegium exemptionis amittat,si tractetur de puniendo delicto, etiamsi præventio facta non sit, deferendus sit apud Judicem exemptorum, ut tradit Giurba, qui sic decisum refert *cons.* 15. *ex n.* 12.*&* *n.* 17. ubi copiosè allegat, & præsupponunt multi alii à nobis superius relati *n.* 618. *in fine,* Alex. *cons.* 8. *n.* 4. *lib.* 1. Hippolytus de Marsiliis *singular.* 480. *apud Doctores.* (Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *n.* 34. Diana *resol. moral. p.* 3. *tract.*

1. *reſol.* 34. *in 5. p. in fine*, recollegit quaſdam declinationes Congregationis Cardinalium, inter quas *declarat.* 37. videtur facere pro hac ſententia.) Ergò ſimiliter dicendum erit in contractibus, nam quemadmodum ex contractu ad delictum, præſertim quoad forum, valet argumentum, ut notavi *ſupra n.* 735. *infine*, ita ex delictis ad contractus, ut notat Everardus *in locis legalibus, loco* 43. *à delictis ad contractus*; delicta enim, & contractus in jure paria judicantur, *l. omnem* 20. ubi notant Doctores, *ff. de judiciis*, confirmatur ex textu *in l.* 2. *C. de juriſdict. omn. judic.* qui probat, quoad forum inſpiciendum eſſe tempus contractus.

913 Contrariam nihilominus ſententiam, imò reum ex obligatione guarentigia, ſeu contracta pœnes acta, & habente paratam exequutionem conveniendum eſſe coram eo Judice, qui ſubjicitur tempore exequutionis in judicio petitæ, vel incuſationis obligationis, vel citationis cujuſque, quæ neceſſaria fuerit in judicio exequutivo, non coram eo, cui ſubjiciebatur tempore obligationis contractæ, & quod conſequens eſt, non induci prærentionem ex iſtius modi obligatione, veriorem exiſtimo. Quam tradit Imola *in l. nemo* 58. *n.* 9. *ff. de legat.* 1. Bald. *ibi n.* 6. *in fine*, Jaſo *in l.* 1. *lectur. n.* 86. *& in* 2. *lectur. n.* 121. Alex. *n.* 31. Cardin. Zab. *in clement.* 1. *n.* 5. *q.* 9. *de cenſibus*, Arnaldus Albertinus *in repet. cap. quoniam, q.* 13. *n.* 21. *de hæreticis in ſexto*, Vincen. de Franchis *deciſ.* 656. Carolus de Graſsis *de effectibus Clericat.* 1. *effect. n.* 1251. qui alios allegat, Marta *de juriſdict.* 4. *p. caſu* 121. *ex n.* 1. Giurba obviter *conſ.* 15. *n.* 32. Zevallos *de cognit. per viam violent.* 2. *p. q.* 37. *n.* 3. & 4. Molfeſius *conſ.* 19. *n.* 17. & 18. (Canarius *de execut. inſtrument. q.* 57. *n.* 96. Galluppus *in praxi S. C. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 41. Diana *reſol. moral. p.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 23.) inclinat Hippolyt. de Marſiliis *in repet. Rubricæ de fidejuſſoribus, ex n.* 132. & Surdus *conſil.* 396. *n.* 19. & 20. *lib.* 3. quem corruptiſsimè allegat Graſsis, faciunt tradita ab eodem Surdo *conſ.* 222. *n.* 2. *libr.* 2. & eodem Graſsis *d.* 1. *effect. n.* 281. Scaccia *de judiciis, lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 23. & Barboſa *in l. ſi quis poſtea quam* 7. *n.* 202. *ff. de judic.* Mauſonio *de cauſis exequutivis, libr.* 1. *ampliat.* 2. *n.* 17. Et probatur primò: nam quod attinet ad uſum, & praxim Regni Neapolitani obligatio pœnes acta non poteſt exequutioni mandari, ſine prævia incuſatione, ut notat Caravit. *ritu* 128. *n.* 2. & 3. Afflict. *in conſtit. edictorum, n.* 33. *Rubr.* 96. *lib.* 1. *& in deciſ.* 3. *n.* 1. Franchis *deciſ.* 118. *n.* 8. & 9. *& in d. deciſ.* 656. *n.* 1. neque liquidari inſtrumentum niſi prævia citatione ſuper tenore inſtrumenti, ut ſtatuitur *in ritu* 166. & ibi notat Caravita *n.* 10. Franchis *d. deciſ.* 118. *ex n.* 7. & eſt practica notiſsima; neque vigore pacti exequutivi decernuntur litteræ exequutoriales in Regno, niſi prævio mandato de ſolvendo ſub commination exequutionis, quod vim citationis habet, *l. nec quicquam* 9. *§. ubi decretum, ff. de offic. Proconſul. & Legat.* ubi notant Doctores, Angelus Aretinus *in §. curare, n.* 18. *inſtit. de actionib.* Gail *practicar. obſervat. lib.* 1. *obſervat.* 19. Maranta *in praxi* 6. *p. tit. de ſententia, n.* 27. Joan. Garcia *de nobilitate, gloſſ.* 11. *§.* 1. *n.* 6. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin.* 1. *p. §.* 1. *n.* 22. Quæ praxis tametſi in Regno Neapolitano ſit uſitatiſsima, difficulter poteſt intelligi, ex qua lege illius Regni originem duxerit, & potius videtur moribus introducta, deſumique poſſe, ex iiſque notant Afflict. *in conſtit. Bajulus ſi furem, n.* 3. *Rub.* 64. *lib.* 1. Caravita *d. ritu* 166. *n.* 10. *& ritu* 167. *n.* 32. Follerius *in praxi cenſuali, verb. Tanquam res judicatas, n.* 60. Franchis *d. deciſ.* 118. *n.* 9. Innominatus *in addit. ad finem tractatus Franciſci Antonii, de liquidationibus inſtrumentor.* atque item exemplo ſententiarum, quæ in rem judicatam tranſitum fecerunt, quæ exequutioni non mandantur, niſi prius expedito mandato de parendo, ut notat Afflict. *in conſtit. dilationes, n.* 23. *& ſeqq. Rub.* 17. *lib.* 2. Caravita *d. ritu* 128. *n.* 7. Imò verò inſtrumentum guarentigiatum ex ſui natura non poteſt exequutioni mandari, niſi prævia citatione, ut ex Baldo *in l. ab exequutione* 5. *n.* 6. *C. quor. appell. non recip.* notat Barzius *de guarentigia* 2. *p. q.* 3. Marian.

So-

Socinus *in Rub. de dilationibus, art.7. n.21. & 22.* ubi idem docet procedere in exequutione sententiarum.

914 Quantum verò pertinet ad jus Castellæ, tametsi *ex l.2. tit.21. libr.4. Recop.* quæ vocatur lex Toleti, instrumenta publica guarentigia habeant paratam exequutionem, & virtute illorum sine ulla citatione rei, expediri possint, & soleant mandata exequutiva super rebus, & persona debitoris, ut capiantur pignora, & ipsimet debitor si opus sit, tamen in processu viæ exequutivæ ante pignorum additionem, seu venditionem reus citari debet, ut objiciat si quas habet exceptiones adversus exequutionem, juxta *l.19. tit.21. lib.4. Recop.* & ibi notata ab Azevedo *ex n.95.* (Covarr. *lib.2. variar. cap.11. n.2. versic. In hac, & n.3.* Didaco Perez *in l.4. tit.8. lib.3. ordinam. gl ffa 1. col.1073. ex versic. Quæritur ulterius,* Menochio *de adipiscend. possess. remed.4. n.449.* qui refert Baldum, Paulum, & Ruinum) Roderico Suarez *in l. post rem, ff. de re judic. in declarat. l. Regni, limitat. 12.* Avendañ. *in dictionario, verb. Almoneda, vers. Item in ista materia aliud,* Parladorio *lib.2. rerum quotidianar. cap.fin. 5.p. §. 9. ex n.1.* Volaño *in Curia Philipp. 2.p. §. 19.* Villadiego *in Politic. cap.2. num.107.* Quemadmodum attento jure communi, post capta pignora citari solet reus, ut intra certum tempus veniat ad reluendum pignus, & solvendum debitum, vel reddendam rationem cur non debeat vendi, vel dari creditori insolutum, ut docet Glossa *verb. Conveniendi, in l. debitores præsentes 10. C. de pignor. & hyppothec.* Alberic. *in l. creditor 4. C. de distract. pign.* per textum ibi, Guido Papæ *decis.329. ex n.1.* Afflictis *decis.358. n.3. & 4.* & ibi Ursillus *n.5.* Maranta *in praxi, p.6. tit. de exequut. sentent. n.19.* Gratianus *discept. forens. tom. 2. cap. 375. ex n.1.* (& universim in exequutione sententiæ citandum esse reum, adversus quem fit executio, docet Bart. *in d. l. nec quicquam, §. ubi decretum in 2. lectura, n.12. ff. de offic. Proconf. & Legat.* & ego fusè tractabo *tom.2. tit.3. disput.1. ex n.23.*)

915 Actus autem isti judiciales ad viam exequutivam, ejusque solemnitatem necessarii incusationis, & citationis, ut legitimè fiant, debent fieri apud Judicem competentem, vel à Judice competenti, alioqui cùm legitimi non fuerint, tota via exequutiva corruet, laborabitque vitio nullitatis. At si suscepto Clericatu à laico, ejus obligatio pœnes acta incusaretur coram Judice sæculari, incusaretur coram incompetenti, ut rectè expendit Franchis *d. decis.656. n.1.* confirmans id ex dictis à se ipso *decis.395.* ubi laico ad certum tempus relegato, intra quod assumpsisset Clericatum, & post violante exilium, de hac violatione, tamquam de novo delicto cognoscit Ecclesiasticus, non sæcularis, quod nos retulimus *supra n.909.* Item si citaretur Clericus reus ad pignora reluenda, vel ad sententiam addictionis, citaretur incompetenter à laico, cui parere non esset adstrictus. Igitur existentibus illegitimis incusatione, & citatione, via exequutiva subsistere non poterit, aut robur firmitatis habere.

916 Secundò, quod caput est quoniam prævention est actus judicialis: est enim anticipatio usus jurisdictionis, ut dixi *supra n.869.* jurisdictio autem, & ejus usus, judicialiaque omnia ab illa provenientia, juris publici sunt, *l.1. §. hujus studii, ff. de justit. & jur.* ubi notat Glossa *verb. In sacris, in fine,* desumitur ex Duareno *ad tit. ff. de justit. & jure,* Ubesembecio *in paratitla, eod. tit. n.14. vers. Hujus autem studii,* cui juri privatorum pactis, aut contractibus derogari non potest, *l. jurisgentium 7. §. si paciscar, l. jus publicum 38. ff. de pactis,* & ad eam observat Cujacius *libr.2. in Papiniani quæstiones.* At contractus etiam guarentigiati, & obligationes pœnes acta non transcendunt naturam contractuum, qui ad privatam utilitatem pertinent, ut notarunt prædicti, neque attingunt, aut ascendere possunt ad naturam judiciorum. Ergò contrahentes sub quibusvis clausulis, & solemnitatibus inter se cotrahendo, non possunt efficere, ut censeatur per eorum contractum facta judicialis prævention, quò derogetur jurisdictioni legitimæ, à qua se per suum con-

contractum anticipatè exemerint, & inferatur præjudicium juriſdictioni Judicum, quibus poſt eos contractus ob eventus futuros ſunt ſubjiciendi: idque præſertim dum agitur de juriſdictionibus Eccleſiaſtica, & ſæculari, quæ in radice, & fonte diverſæ ſunt, & non procedunt ab uno, & eodem capite immediato, ſed à Deo tanquam à primo fonte, à quo omnis poteſtas ordinata eſt, *Roman.* 33. *n.* 2. per diverſos ductus, & incilia derivantur, & una alteri nunquam eſt cenſenda derogare, *cap. novit* 13. *de judiciis.* Non inquam poteſt efficere laicus per contractum, ne poſtea cùm Clericus mutato ſtatu fuerit, apud Eccleſiaſticum conveniatur; neque Clericus gaudens privilegio fori, ne cùm fori privilegium amiſerit, conveniatur apud laicum, cùm judiciorum ordo juris publici ſit, & contrahentium voluntati non ſubditus, cum ſuperioribus præjudicium infertur, ut conſtat ex dictis *ſupra n.* 808. Idemque dictum puta de cæteris juriſdictionibus, quæ non procedunt ab uno, & eodem capite, ut ſunt in diverſis Regibus, Regnis, aut Rebuſpublicis ſuperiorem non recognoſcentibus.

917 Tertiò, quoniam in contractu iſto guarentigio, aut obligatione pœnes acta, alia ſunt, quæ pertinent ad ſubſtantiam ipſam, & eſſentiam contractus, alia, quæ pertinent ad exequutionem, & implementum ipſius obligationis, ut deſumitur ex textu *in Clem.* 1. *in fine, de præbend. & dignitat.* & iis, quæ inferiùs adjungemus *diſputat.* 5. *n.* 34. Certè clauſula guarentigiæ pertinet ad ſubſtantiam, & naturale complementum contractus, cùm pacta contractui adjecta pars ipſius contractus cenſenda ſint, *l. fundi partem* 79. *ff. de contrah. empt. l. ſi venditor, in fin. ff. de ſerv. export. l. ſi ſterilis §. ſi tibi fundum, ff. de act. empt.* tradit Alex. *in l. lecta* 40. *ex n.* 17. & latè Jaſo *ex n.* 24. *ff. ſi cert. petat.* Tuſchus *litt. P. concl.* 6. Federic. Martini *de jure cenſuum, cap.* 6. *ex num.* 297. Gutierrez *de gabellis, q.* 67. Atque item præſentia Judicis, ſeu conſenſus, in obligatione pœnes acta, pertinet ad ſolemnitatem, & ſubſtantiam diſpoſitionis, & hæc extrajudicialia ſunt. Quæ verò ad exequutionem obligationis pertinent, aut extra juditium à contrahentibus ſpontè fiunt, quemadmodum ſi reus ſpontè ſolveret, ſeu promiſſa impleret, & obligatio non dicetur in judicium deducta, aut ſuper ea verſari lis: (lis enim tunc dicitur incipere, & pendere, cùm citatio legitima à Judice fieri juſſa pervenit ad notitiam citati, ut docet textus *in Clem. cum lite* 2. & ibi Gloſſ. *verſ. Ad partem, ut lite pendente,* Guido Papæ *deciſ.* 488. Menoch. *de arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 202. *n.* 5. & 8. Lancellotus *de attentatis,* 1. *p. in præfatione, n.* 25. *aliàs n.* 18. *cum ſeqq.* & 2. *p. cap.* 4. *in præfatione, ex n.* 1. & *ex n.* 28. *tom.* 5. *tractat.* Covarr. *in practicis, cap.* 15. *ex n.* 6. Parlad. *in ſeſquicenturia, different.* 136. *ex n.* 3. Farinac. *in fragmentis criminalibus, litter. C. ex n.* 367.) aut aditur Judex, quo compellat retinentem ad ſatisfaciendum obligationi; & tunc obligatio in judicium deducitur, & quantumvis via judicialis ſit ſumaria, & exequutiva, quod ad hoc attinet, attamen ſuper obligatione lis verſatur, & judicialiter proceditur ad ejus implementum, invocata Judicis juriſdictione, & ejus uſu. Atqui præventio actus judicialis eſt, per citationem factus. Ergo neque inducitur ex obligatione pœnes acta, neque ex clauſula guarentigia, quæ ſunt prorſus extrajudicialia.

918 Neque ſatisfacies ſi dixeris, obligationem pœnes acta robur accipere ex calore judicii, & Judicis aſsiſtentia, & obligationem guarentigiam ex interventu Judicis ad contractus, vel Notario vicem Judicis habente, & ejus loco præceptum guarentigiatum illi inſerente, ut latè proſequitur Rodericus Suarez *in l. poſt rem judicatam, ff. de re judicata, in declarat. l. Regni, in evidentialibus, §. ſequutus veſtigia, ex n.* 1. Non inquam ſatisfacies, nam quidquid ſit obligatio pœnes acta, totum enim eſt umbratilis, & fictus magis, quàm verus juriſdictionis uſus, & re ipſa ſolùm contractus certa ſolemnitate, & pactis vallatus, quidquid inquam ſit judiciale in iſto contractu ſolemni, totum eſt citra citationem legitimam: actus verò etiam judiciales citra citationem, preventionem non inducunt, ut di-

dixi *n.* 876. *cum seqq.* Ergò per contractum guarentigium, aut obligationem pœnes acta, non fit præventio ; & quod consequens est, cùm istæ obligationes in judicium exequendæ deducuntur, & versatur lis super earum effectu, & implemento debet res tractari coram Judice rei legitimo tempore exequutionis, non coram Judice, qui erat legitimus tempore conventionis.

919 Ex quibus infertur primò, rejiciendam esse limitationem istius secundæ sententiæ, quam sequimur, in quam inclinat Franchis *d. decis.* 656. *n.* 3. & 4. videlicèt, tunc censendam esse factam præventionem ex obligatione pœnes acta, vel guarentigiata, cùm in aliqua Curia, seu Provincia istæ obligationes ita obtinerent vim rei judicatæ, ut nullo alio extrinsecus requisito possent exequutioni mandari, ut revera contingit in Regno Castellæ, in quo publicæ scripturæ exequutioni mandantur, sine ullo alio extrinseco requisito, præterquam *præsentatione coram* Judice facta, qua præmissa virtute earum expediuntur litteræ exequutoriales, seu mandatum de exequendo ; ea enim limitatio vera non est. Quippè cùm expeditio litterarum exequutorialium, seu mandati de exequendo, qui actus judicialis est, præcedat citationem, ac per consequens præventionem non inducat, quemadmodum neque productio libelli, nec mandatum Judicis de examinandis testibus pro inquisitione, nec eorundem testium examinatio præventionem facit, ut dictum est superiùs *n.* 876. *cum duob. seqq.*

920 Secundò infertur, quod attinet ad præsentem articulum à pari procedere jurisdictionem sęcularem, & Ecclesiasticam; videlicèt ut quemadmodum favore jurisdictionis Ecclesiasticæ, non censetur facta præventio ex obligatione guarentigia, ut laicum ea adstrictus factus Clericus conveniri possit pro ejus exequutione coram Judice laico: ita neque è converso, qui cùm esset Clericus gaudens privilegio fori obligationem guarentigiam contraxisset, si post amisso privilegio de ea obligationem esse conveniendus, non ad Ecclesiasticum, sed ad sęcularem forum tradendus esset. Neque enim uni, aut alteri jurisdictioni detrahere debemus, *d. cap. novit* 13. *de judiciis*, & quo de una sentimus, de alia pariter judicemus necesse est, argumento textus singularis, & optimi *in cap.* 2. *de exceptionibus in sexto*; & qui hac in re inter unam, & alteram jurisdictionem discrimen inducunt, ex quibus sunt Gratianus *discept. forens. cap.* 226. *ferè per totum, sed præsertim ex n.* 20. *& n.* 40. Giurba *cons.* 15. *n.* 31. 32. *&* 35. Riccius *ad d. decis.* Franchis 656. inverisimiliter, & sine fundamento loquuntur cùm ratio disparitatis vera sedens intellectum reddi non possit, si res adamusim, & radicitus consideretur, juxta quam doctrinam die 15. Septembris anni 1628. decisum est in Sacro Consilio me interveniente cùm prædicta essent allegata in causa Benedicti Codæ, cum Annelo de Mari Clerico, qui conveniebatur ad solvendam certam quantitatem ex instrumento guarentigio facto, tempore quo gaudebat privilegio clericali, coram Mag. Cur. Vicar. quia *tempore cœpti* judicii Abitum clericalem deposuerat, & privilegium amiserat, & nihilominùs petebat remissionem ad Ecclesiasticum, denegandam esse remissionem, ut denegata erat Mag. Cur. in banca de Villasueco.

921 Neque obstant argumenta adducta pro prima sententia contraria. Nam ad primum respondendum est primò; obligationem pœnes acta, seu guarentigia parem esse, & similem sententiæ, quæ robur obtinuit rei judicatæ quoad vim exequutivam, quoniam noviori jure, & statutis Provinciarum, quoad hunc effectum sunt æquiparatæ, & exequatæ: ceterùm quoad alios effectus, & juris articulos esse valdè diversas, & dissimiles. Nam limitata exequatio limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin.* Ideò tametsi actione super re in judicium deducta, & sententia lata, etiam quæ vim rei judicatæ obtinuit, ante exequutionem, ad hunc maneat res affecta vitio litigiosi, ut doctè adnotavit Joannes Faber. *in l. lite pendente, C. de litigiosis*, & Ludov. Gomez *in regula de annali possessore, q.* 44. ubi doctissimè disputat, adductis in eandem rem multis Rotæ, de-

ci-

cisionibus, & Lancellot. *de attent. 2.p. cap. 4. ex n.* 230. *&* 234. & planè præsupponit Franchis *decis.* 545. quo fit, ut si quis reus damnatus restituere rem, quam possidet per sententiam, quę in judicatum transierit, post ipsam illam eandem rem in alium transtulerit, possit sententia exequutioni mandari contra novum possessorem, sine novo processu, tanquam contra possidentem rem litigiosam, ut probat in Regno, *cap. conventus* 151. & ad eum locum Sebastianus de Neapoli, & Joannes Anton. de Nigris, Franchis *decis.* 464. *&* *d. decis.* 565. quam sententiam jure communi spectato tradit Baldus *in l. ob maritorum 2. n. 8. C. ne uxor pro marito, & in l. exequutorem* 8. *n.* 27. *C. de exequut. rei judic.* Paul. Castrens. *in l. à D. Pio* 15. *§. si super rebus, n. 8. ff. de re jud.* & alii inferius referendi. Non tamen, quia facta sit super aliqua re obligatio guarentigia, vel pœnes acta manebit affecta vitio litigiosi. Item vis exequutiva obligationis guarentigia personalis jure Hispano præscribitur decennio: vis verò exequutiva sententiæ in rem judicatam transactæ, & ad litteras exequutoriales reddactæ, durat viginti anni, juxta *l.* 63. *Tauri, quæ est l. 6. tit.* 15. *lib.* 4. *Recop.* ubi notant Scribentes. Præterea stante statuto, quod de qualibet sententia in judicatum transacta solvatur gabella, aut tributum, non propterea solvetur de obligatione guarentigia, aut contracta pœnes acta. Nam etsi sententiis exequentur quoad vim exequutivam, sententiæ dici non possunt, ut deducitur ex traditis à Bart. *in l.* 1. *n.* 1. *ff. de confessis*, Bertachino *de gabellis* 4. *memb.* 8. *part. principal. n.* 12. *& seqq. tom.* 12. *tract.* & Julio Ferretto *tract. de gabellis, n.* 388. *eod. tom.* Sicut è contra, si statutum extaret jubens solvi de omnibus contractibus guarentigiatis, & habentibus paratam exequutionem gaballam aliquam; non tamen ideò solveretur de sententiis habentibus paratam exequutionem, quod hæ sententiæ sint illis contractibus quoad vim exequutivam exequatæ, ut colligitur ex traditis ab eodem Julio Ferretto, *ubi supra, ex n.* 317. *per multos sequentes.* Itaque exequatio instrumentorum guarentigiatorum, & obligationum, pœnes acta, cum sententiis in judicatum transactis, non est indefinita, aut universalis, neque viget in omnibus & per omnia, ac per consequens, etiam si sint instar sententiarum, non ideò colligitur ex istis obligationibus induci prævention em.

922 Secundò respondetur, sententiam non esse actum judicialem ejus naturæ, ut ex ea inducatur prævention. Nam etiamsi inter duos Judices de causa cognoscentes alter prius sententiam ferat, quam alius, non censebitur causam prævenisse, ut dictum est *supra n.* 893. Sed prævention inducitur per legitimam citationem, ut dictum est, *num.* 879. Ita cùm instrumenta guarentigia, & obligationes, pœnes acta non exequantur citationi, sed sententiæ, non possunt inducere prævention em.

923 Ad secundum argumentum respondetur primò, si quid probaret, probaturum etiam non solùm ex obligatione guarentigia induci prævention em, sed etiam ex quibusvis contratibus, & conveniendum esse reum coram eo Judice, cui subjiciebatur tempore contractus, quod planè falsum est, & absurdum, ab omnique opinione alienum.

924 Secundò respondetur, falsissimam prorsus esse, & ab omni ratione alienam, planeque erroneam, juxta veram juris doctrinam, illam propositionem, nempè inspiciendum esse tempus delicti ad dignoscendum quis sit futurus legitimus Judex punitionis, pro qua plures retuli *supra n.* 618. *in fine.* Passi verò sunt æquivocationem, qui universim hac propositione utuntur, ex textu *in l.* 1. *in princ. ff. de pœnis*, & traditis ibi à Doctoribus, videlicèt ad imponendam pœnam inspiciendum esse tempus delicti, non sententiæ. Quod verissimum est, non tamen inde sequitur quoad legitimandum judicium, & adeundum legitimum Judicem, qui est effectus valdè diversus, idem tempus esse spectandum; quod rectè consideravit Gutierr. *lib.* 1. *practicar. q.* 5. *n.* 7 (Bonacina *Theologiæ moralis, tom.* 3. *disput.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 5. *n.* 8. *in fine*, & notaverat Dynus relatus à Joan. Andrea

drea *in cap.* 1. *n.* 19. *verſ. Ad legem* 1. *ff. de pœnis de oblig. ad ratioc. non ordin.* Alberic. *in l. cùm ratio* 8. §. *ex bonis, n.* 2. *ff. de bonis damnat.* & confirmatur ex dictis *ſupra n.* 909. *in fin.*) Imò quantum ad hoc attinet, habenda eſt ratio temporis motæ litis, & judicii cœpti, ſeu vocationis ad judicium, quam citationem vocant, non temporis delicti. Conſiliumque illud Giurbæ 15. deciſionemque in illo relatam cenſendum eſt levis fundamenti, & auctoritatis eſſe. Nam ſi illa propoſitio eſſet vera, fieret, ut laicus poſt delictum effectus Clericus puniendus eſſet indiſtinctè à Judice ſæculari, & non recurrerent Doctores ad communiſsimam illam diſtinctionem Ordinis, vel Religionis, in fraudem, vel ſine fraude ſuſceptorum, ut dictum eſt *ſupra n.* 448. Quare ſolam commiſsionem delicti non cauſaret prævention em, expreſsè docuit Federicus de Senis *conſil.* 97. *n.* 5. *in fine*, & Card. Tuſchus *litt. P. concl.* 646. *n.* 14. *&* 27. Deinde ſi idem ſervandum eſſet in contractibus, ad quos revera ex delictis quoad forum, rectè argumentum ducitur, fruſtra *in d. l. cùm quædam puella, in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. & in cap. propoſuiſti* 19. *de foro compet.* Pontifex, & Juriſconſultus fundamentum deciſionis illorum textuum ſtatuiſſent in prevention facta, ſi illa ſecluſa idem dicendum foret, quod ſuperius etiam expendi *n.* 285. ex quo prædicti textus huic doctrinæ planè adverſantur; quæ nullum quoque fundamentum habet, ut rectè conſideravit Caravita *ad tit.* 66. *n.* 9. *&* 10. Neque quidquam faciunt, quæ tradit Grammat. *deciſ.* 10. quoniam fundamentum illius deciſionis non fuit futilis illa doctrina Baldi *in l. affinatis* 7. *n.* 4. *in fine*, C. *commun. de ſucceſsionib.* & quorundam aliorum eum ſine ulteriori examine, imò fortaſsis non viſo loco ſequentium inſtar avium volantium, inſpiciendum eſſe tempus delicti ad legitimandum forum; ſed quoniam ille Clericus delinquens, qui remiſsionem petebat, privilegium fori non amiſerat, utpotè conjugatus cum virgine, eoque foro uti poterat, ut Clericus conjugatus, *juxta cap.* 1. *de Clericis conjugatis in ſexto.* Imò verò, etſi Baldus attentè legatur, videtur præſupponere, in caſu de quo agit, præventam fuiſſe cauſam ab Eccleſiaſtico. Nam Clericum dicit prius declinare forum, poſt verò dimiſiſſe Abitum, & tonſuram, per quam depoſitionem, qualitatem Clericatus ait conſumptam, ideſt quoad effectum fori extinctam. Quare mirum non eſt, ſi dicat ad Eccleſiaſticum remittendum data enim prævention id non habet difficultatem. Igitur ſive de delictis, ſive de contractibus agamus, ille erit Judex competens, & legitimus, qui eo tempore, quo reus in judicium vocatur, fuerit competens, & legitimus, ut planè indicant præter modo dicta, quæ notavi *ſupra n.* 909. *in fin.* De lege autem ſecunda, C. *de juriſdict. omn. judic.* quæ abjiciebatur pro confirmatione, latè egi *ſupra ex n.* 283.

925 Succedit ſecunda difficultas, an ſententia lata à ſæculari Judice competente adverſus eum, qui tempore litis motæ erat laicus, ante verò, vel poſt ſententiam efficitur Clericus, ſit exequutioni mandanda ab ipſo Judice laico, vel debeat exequutio remitti ad Judicem Eccleſiaſticum? Et non agimus de ſententia lata in criminalibus contra perſonam Clerici, quæ nulla erit, quippè cùm per ſuſceptionem Ordinis, etiam in fraudem juriſdictionis ſæcularis perſona Clerici exempta maneat à ſæculari juriſdictione, ut dictum eſt *ſupra n.* 448. ſed de ſententia lata contra bona Clerici in criminalibus, vel in civilibus cauſis, eo caſu, quo cauſa prævenia eſt à laico Judice, & quo non prodeſt ad mutationem fori privilegium ſuperveniens, ut *in l. cùm quædam* 19. *in princ. ff. de juriſdict. omn. judic. d. l. ſi quis poſtea* 7. *ff. de judiciis, & d. cap. propoſuiſti* 19. *de foro compet.* Et ſimilis poteſt occurrere difficultas in caſu inverſo, videlicèt ſi ab Eccleſiaſtico lata eſſet ſententia contra Clericum, qui ante exequutionem depoſito Abitu, & tonſura nuberet, privilegiumque fori amitteret, utrum ſententia eſſet exequenda ab ipſo Judice Eccleſiaſtico, an verò à laico, cui reus tempore exequutionis ſubjicitur.

926 Prima ſententia aſſerit exequu-

tionem ejus sententiæ remittendam esse ad Judicem, cui reus subjicitur tempore exequutionis, scilicèt primo casu ad Ecclesiasticum, si exequutio facienda est contra Clericum: secundo casu, ad laicum si is, contra cujus bona exequenda est, laicus fuerit. Ita de primo casu loquentes sentiunt Speculator *lib.* 1. *tit. de reo*, §. 1. *n.* 4. *in fin.* tametsi agat de sententia criminali, Lupus *allegat.* 118. *n.* 4. Aufrerius *ad Capell. Tolos. decis.* 147. *n.* 2. Cavalc. *decis.* 10. *n.* 32. *lib.* 5. Vivius *decis.* 49. *n.* 6. Zevallos *de cognit. per viam violent.* 2. *p. q.* 37. *n.* 5. Ambrosinus *de immunit. cap.* 20. *n.* 47. & 49. Giurba *cons.* 15. *n.* 38. Molfesius *ad consuet. Neapol. tom.* 2. *p.* 2. *tit. de personis, in additionib. ad q.* 8. *n.* 3. Marta *de jurisdict.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 21. & 23. ubi tamen loquitur de exequutione circa personam, *non circa bona*, verùm 4. *p. casu* 121. *num.* 6. & 7. & *casu* 151. *ex n.* 5. universim loquitur.

927 Secunda nihilominus sententia, quæ est magis vera, magisque juri conformis affirmat exequutionem sententiæ latæ à Judice laico contra laicum postea factum Clericum, vel contra Clericum in iis casibus, quibus laicus contra Clericum potest legitimè procedere, posse fieri ab eodem Judice laico, qui illam legitimè tulit contra bona Clerici. Eam sequuntur Joannes Andreas *in cap.* 1. *n.* 19. *in fine*, *de obligat. ad ratiocin. non ordinand.* Federicus de Senis *cons.* 97. *n.* 5. *in fine*, Marianus Socinus *in d. cap. proposuisti*, *n.* 54. *vers. Quintò exemplificant*, Anton. de Matth. *de prorogat. jurisdict. n.* 34. *vers. Aut in judicio civili, tom.* 3. *tract.* 1. *p.* Tuschus *litter. P. concl.* 646. *n.* 13. 14. & 15. Bossius *tit. de foro compet. n.* 145. & *tit. de pœnis*, *n.* 38. Ursillus *ad Afflictis decis.* 212. *n.* 2. *in fine*, Marta sibi inconstans *de jurisdict.* 2. *par. cap.* 2. *n.* 27. (Pereira *de manu Regia*, 2. *p. cap.* 51. Barbosa *in l. qui prior* 29. *ex n.* 93. *ff. de judiciis*, Carrocius *de exception. except.* 22. *q.* 3. *n.* 3. qui plurimos allegat.)

928 Probatur primò, ex communi doctrina Doctorum, quam colligunt ex textu *in d. l. cùm quædam, in princ.* qui dicunt, quandocumque jurisdictio Judicis confirmatur quoad cognitionem alicujus causæ, censeri debere confirmatam quoad exequutionem, quoniam ejusdem jurisdictionis est sententiam ferre, & eam exequutioni mandare, etiamsi interim forus mutetur. Ita docent *in d. l. cùm quædam, in princ.* Bald. *ante n.* 1. Alberic. *n.* 2. Fulgos. *n.* 2. Paul. *n.* 5. Alex. *n.* 6. Dec. *n.* 7. Jaso *n.* 5. Sebast. Sapia *n.* 28. Cagnol. *n.* 23. Antonius Faber. *in rationalibus ibi*, *in ratione decidendi*, Surdus *cons.* 152. *n.* 21. & 22. *lib.* 2. Giurba *decis.* 23. *n.* 2. quorum quidam in specie loquuntur de sententia lata adversus laicum, qui post sententia fit Clericus.

929 Secundò, quoniam prævention nullum habere effectum, si lata sententia jurisdictio Judicis cessaret, apertaque esset fraudibus via, si potestati rei relinqueretur, *ut quovis modo eximeret se à jurisdictione* Judicis eum damnantis, atque ita se immunem, & securum redderet ab exequutione sententiæ contra ipsum latæ.

930 Tertia tandem indicit hoc loco difficultas, an casu, quo prævention non habet, quia subingrediatur nova persona in judicium, non vocata in locum rei, quoniam scilicèt lite pendente, seu ante, sive post sententiam latam, in eum sit translata possessio rei in judicium deductæ, effectæque litigiosæ, quæ tamen persona gaudeat privilegio fori, aut alieno foro communi subjiciatur, & non Judici, qui de causa cognovit, possit ne tunc Judex, qui sententiam tulit, eam exequutioni mandare contra novum possessorem alieni fori propria auctoritate, quasi prævention effectus, non solùm tangat personas in judicio intervenientes, sed etiam redundet in res ipsas in judicium deductas, efficiat, ut possit cœptum judicium usque ad exequutionem inclusivè continuari adversus personam in judicium non vocatam, ad quam dolo actoris, exequutionis subterfugiendæ causæ, est translata rei litigiosæ possessio.

931 In qua ego tres casus distinguendos existimo. Primus est, cùm novus possessor in judicium non vocatus subjicitur foro ejusdem Judicis, qui sententiam tulit. Secundus, cùm novus possessor subjicitur

di-

diversæ privilegiatæ jurisdictioni, veluti si esset Clericus, aut Monachus, aut miles. Tertius cùm novus possessor est alterius jurisdictionis ordinariæ, veluti si esset laicus alterius territorii, aut Provinciæ.

932 Primo casu resolutio non est sine controversia. Nam Bart. *in l. à D. Pio* 15. *§. si super rebus, n.*7. *ff. de re judic. & in l. si quis missum* 17. *§. Judex, n.*3. *&* 4. *ff. de damn. infect.* sensit non posse recta via sententiam latam contra eum, qui dolo desiit possidere, exequutioni mandari contra tertium possessorem; sed necessarium esse, prius agi actione revocatoria, juxta *§. item si quis in fraudem, instit. de action. & totum tit. de iis, quæ in fraudem creditorum, ff. & C.* & alienatione revocata exequutionem suum effectum sortituram Bartol. sequitur Alexander *in d. §. si super rebus, n.*10. Surdus *decis.*306. *n.*6. (*& cons.*405. *n.*2. *volum.*3.) Rolandus à Valle *cons.*5. *ex n.*8. *vol.*2. *quam sententiam* Covarr. *in pract. cap.*15. *num.*7. *vers. Imò ex hac*, ait jure magis probari, & esse frequentiori Doctorum suffragio receptam. Verùm est Bartolum istis locis non loqui expressè de re litigiosa, sed de re per fraudem alienata, potest autem fraus in alienatione rei contingere citra vitiũ litigiosi.

933 Verùm alii, quorum opinionem veriorem credo, in casu, de quo loquimur, existimant sententiam latam contra reum, qui rem litigiosam antea, vel post ipsam sententiam in alium transtulit dolo desinens possidere, posse recta via sine novo processu contra tertium possessorem in judicium non vocatum exequutioni mandari. Hanc sententiam tuentur Cynus *in l.* 1. *n.*11. *&* 12. *C. de alienat. judicii mutand. caus. fact.* eandem in his terminis amplectitur Bart. *in l. creditores* 3. *n.*23. *C. de pignoribus, & in l.* 1. *§. si inter, n.*3. *ff. de litigiosis*, Bald. *in l. ob maritor.* 2. *n.*8. *C. ne uxor pro marito*, Paulus *in d. l. à D. Pio, §. si super relus, n.*8. Jaso *n.*10. *ff. de re judic.* Aflict. *in constitut. eorum fraudibus, n.*10. *&* 11. *Rubr.*41. *lib.*2. Roderic. Suarez *in l. post rem, ff. de re judic. in declarat. l. Regni, limit.* 1. *n.*4. Covarr. *in pract. d. cap.*15. *n.*7. Cacheranus *decis.*65. *n.*4. Peguera *decis.* 205. *n.*4. (in alia impressione *cap.*7. 2. *p.*) Cavalcanus *decis.*16. *n.*7. *&* 8. 1. *p.* Capic. *decis.*128. *n.*6. Andreas Gail *practicar. observ. lib.*1. *observ.*118. Surdus *cons.*405. *n.*8. *vol.*3. *& cons.*533. *ex n.*1. *vol.*4. tametsi ibi agat de sententia in actione personali, quo casu res non est litigiosa, Hondedeus *cons.*20. *n.*7. *& ex n.*42. *vol.*1. Tuschus *litt. E. cons.*488. *ex n.*8. *tom.*3. Parlad. *lib.*2. *rer. quotidian. cap. fin.* 4. *p. §.*5. *n.*6. Menoch. *de præsumpt. lib.*2. *præsump.* 97. *n.*59. Peregrin. *de jure fisci, libr.*4. *tit.* 6. *n.*27. Probatur hæc sententia attento jure communi *ex l. ultim. ff. de litigiosis, & ex l. ultim. C. eodem tit. & ex §. Julianus, in l. quamquam, ff. de aqua pluvia arcenda*; neque enim æquum est licere, cuique adversarii conditionem duriorem efficere, aut Judicis, & judicii auctoritatem, & vim eludere. Attento verò jure Neapolitano id apertè constitutum est *in cap. Regni, conventus* 151. Regis Caroli II. ubi notat Sebast. de Neapoli, & Joann. Anton. de Nigris, Vincentius de Franchis *decis.*464. *decis.*545. & ad ea loca Additiones, Paschalis *de patria potest. p.*1. *cap.*8. *n.*217.

934 Secundo casu dicendum est, non posse Judicem, qui sententiam tulit eam exequutioni mandare adversus novum possessorem rei litigiosæ diversæ privilegiatæ jurisdictioni subjectum, ut adversus Clericum, aut Monachum, sed exequutionem esse remittendam ad Judicem competentem novi possessoris, ut in casu proposito ad Ecclesiasticum. Ita sentit Abbas Panormit. *in cap. Ecclesia S. Maria* 3. *n.*10. *propè finem, vers. Et hæc sententia lata, ut lite pendente nihil innovetur*, Barthol. Socin. *consil.*13. *insignis Doctor, & cons.*14. *circa dubia, n.*11. *vol.*4. Vincent. de Franchis *decis.*545. Marta *de jurisdict. 2. p. cap.*2. *n.*21. *&* 23. *&* 4. *p. casu* 35. *ex n.*13. Riccius *collect.*342. Paschalis *de patria potest. p.*1. *cap.*8. *dict. n.* 217. Molfes. *ad consuet. Neapolit. p.*2. *tit. de personis, q.*8. *ex n.*29. *usque ad fin. quæst. & ibi n.*32. refert quandam decisionem Sacri Consil. pro confirmatione hujus sententiæ, & ex consequenti decisionem *d. cap. Regni conventus* 151. non habere locum contra

tra Clericum ſucceſſorem in poſſeſsione rei litigioſæ exiſtimavit Jacobus Annellus de Bottis *in annotat. ad ipſum*, & Franch. *d. deciſ.* 545. *ex n.* 4. Eaque reſolutio ex eo probatur, quoniam ad exequutionem complendam neceſſaria eſt citatio rei, ut ſuperius dicebam *n.* 913. & 914. idque præſertim in hoc caſu, in quo ille adverſus quem facienda eſt exequutio, non eſt in judicium vocatus; ut pluribus probant Socin. *d. conſ.* 13. *ex n.* 5. Octavian. Veſtrius *in practic. Romanæ aulæ, libr.* 8. *cap. ultim. num.* 4. Marta *d. caſu* 35. *num.* 14. & 15. Hondedeus *d. conſ.* 20. *ex n.* 43. *vol.* 1. de hoc caſu in ſpecie loquentes; neque mirum id videatur, cùm in eum inſtantia transferri non poſsit, utpotè ſingularem voluntarium ſucceſſorem: ut conſtat ex traditis à Bart. *in l. ſi eum hominem* 34. *n.* 4. *ff. de fidejuſſor.* & Mariano Socino Juniore *conſ.* 34. *n.* 13. *lib.* 3. Peregrino *de fideicommiſsis, art.* 53. *ex n.* 24. *ex textu in l.* 2. *§. non ſolùm, ff. de hæredit. vel act. vend. & in l. ſi pignori* 29. *ff. famil. erciſc.* & tamen ſuccedente hærede univerſali, in quem inſtantia etiam transfertur, *d. l. ſi eum hominem*, ubi notant Doctores, non poſsit adverſus eum fieri exequutio ſine citatione, ut poſt Bald. Angel. Paul. Alex. & alios notat Rodericus Suarez *in l. poſt rem, in declarat. l. Regni, extenſion.* 1. *n.* 2. Rebuff. *tom.* 3. *in conſtit. Reg. tit. de ſententiis, art. ultim. gloſſ. unic. n.* 20. Caravita *ad rit.* 178. *n.* 5. Citationem autem, quæ actus judicialis eſt, neceſſarium eſt fieri à Judice competenti, ut legitima ſit, & arctet citatum, alioqui in extraneos juriſdictio non poteſt legitimè exerceri, *l. extra territorium ult. ff. de juriſdict. omn. judic.* Ergò adverſus exemptos à ſæculari juriſdictione non poterit à Judice ſæculari mandari exequutioni ſententia ab eo lata, ſed neceſſario remittenda eſt ad Judicem Eccleſiaſticum. Confirmant eandem reſolutionem, quæ adducit Borrellus *de Regis Catholici præſtantia, cap.* 71. *n.* 275. & Marta *de juriſdict.* 4. *p. q.* 151. *ex n.* 5. ubi multis relatis tradit ſententiam latam contra Clericum à Judice laico in cauſa reconventionis eſſe exequutioni mandandam per Judicem Eccleſiaſticum litteriis hortatoriis Judicis laici requiſitum, & non ab ipſo laico, qui ſententiam quamvis legitimè tulerit, quod an verùm ſit modo non diſputo.

935 Nec ſatisfaciet, qui dixerit ex translatione rei litigioſæ in Clericum dominium non transferri, cui invalida ſit alienatio, *l. ultima, C. de litigioſ.* ubi Doctores, Afflictis *deciſ.* 331. *n.* 2. Menochius *de præſumptionib. lib.* 2. *præſumpt.* 97. *ex n.* 31. & notavi *ſupra n.* 921. ac per conſequens rem in eum alienatam manere ſub dominio laici alienantis, & ideò poſſe ſententiam à ſæculari de ea reſtituenda exequutioni mandari, tanquam in bonis ſubditi, & ejuſdem juriſdictioni ſubjectis. Non inquam ſatisfaciet, quoniam quantumvis ſit invalidus *titulus alienationis*, translata eſt poſſeſsio in Eccleſiaſticum, quæ etiam verè obtinetur ex titulo invalido, *l.* 1. *§. ſi vir uxori, ff. de acquir. poſſeſſ.* ut conſiderat etiam Socinus *d. conſ.* 13. *n.* 4. *vol.* 4. quam Clericus privari non poteſt, niſi in judicium vocetur, *cap. licèt Epiſcopus* 28. *de præbend. & dignitat. in ſexto*: in judicium autem à Judice ſæculari vocari nequit, ut memini *ſupra q.* 5. *n.* 351. ubi ex eadem ratione dixi non poſſe jubente ſæculari Judice exequutioni mandari inſtrumentum cenſus adverſus Clericum ex titulo particulari ſucceſſorem hyppotecarum *in ſpecie* cenſui obligatarũ.

936 Contrariam tamen ſententiam, quinimò latam à Judice laico, ſententiam poſſe ab eodem exequutioni mandari propria auctoritate adverſus Clericum, in quem alienata eſt res litigioſa, amplexus eſt Urſillus *ad Afflictis deciſ.* 212. *n.* 2. & *ad deciſ.* 331. *n.* 3. in quorum primo loco refert pro hac opinione deciſ. Sacr. Conſ. latam ann. 1564. ſed non affert aliud fundamentum. (Faciunt tradita ab Afflictis *deciſ.* 396. *n.* 9.) Ego refero aliam me interveniente factam die 12. Aprilis anni 1628. in cauſa Claudii Terrocinæ Clerici, cum Prudentia Benaja, Actuario Carbone. In qua cùm prius latum eſſet decretum à Sacro Conſ. quo jubebatur cauſam remitti, qua ex parte tangebat Clericum ad Eccleſiaſticum Judicem, & ab eo ſupplicatum,

in

in instantia reclamationis facto verbo revocatum est, & noviter decretum causam debere remanere in Sacr. Cons. habito pro vero, *cap. Regni conventus*, locum etiam habere adversus Clericum contra prædictam *decis.* 545. Vincentii de Franchis, & cæteri Domini collegæ testati sunt de aliis similibus decisionibus. Pro quibus solùm expensum est illud, quod contraria sententia admissa aperiretur via fraudandi judicia sæcularia, & eorum effectus, & eludendi jurisdictionem Judicis sententiam ferentis, spernendique auctoritatem, & vim judiciorum, eamque exponendi calumniis insuperabilibus in hoc Regno frequentissimis. Eadem decisio posset confirmari ex verbis Baldi *in l. edicto, ultima, n.* 54. *C. de edicto D. Adrian. toll.* qui ait: *Nam si in fraudem jurisdictionis Clericus succesit prædoni, non est curandum unum obolum de Clericatu, quia Ecclesia, quod vult in se, ut sua jurisdictio non fraudetur debet belle in aliis, cap.* 1. *vers. Ecclesia, de alienat. feudi*, qui est *tit.* 13. *lib.* 1. *feudor.* ubi notat idem Bald. *n.* 5. & 10. Posset item confirmari ex eo, quod quamvis regulare sit in singularem successorem non transferri instantiam, ut dixi *supra q.* 5. *n.* 348. tamen id limitandum est, cùm in judicio exercetur actio realis, vel in rem scripta, ut desumitur ex doctrina Bartoli *in l. Lucius* 78. *§. rogatus, n.* 1. *ff. ad Trebell.* quam approbat Puteus *decis.* 177. *libr.* 2. Mohedanus *decis.* 1. *de judiciis, aliàs decis.* 41. res verò non efficitur litigiosa, nisi cùm exercetur actio realis, *Authent. litigiosa, l.* 2. & 4. *C. de litigios.*

937 Verùm etsi retineas primam sententiam, quæ communior, & tutior est, ea limitanda est, ut locum habeat, quando certò constat Clericum esse possessorem, & faciendam esse exequutionem in re à Clerico possessa; secus in dubio, si exequutio fieret in re aliqua existimata propria laici damnati per sententiam Judicis sæcularis, quam ipse reus crederetur possidere, & Clericus opponeret se exequutioni, ut eam impediret, velut oppositor tertius, petens se ad proprium Judicem remitti. Nam eo casu Clericus coram sæculari Judice debet agere, & apud eum sua jura proponere, & legitimè, quæ proposuerit probare; jureque potuerit Judex sæcularis circa hanc controversiam suum decretum interponere, eamque definire. Ita docet Bald. *in l. testamenta* 18. *n.* 7. & Salic. *in l. consulta* 23. *n.* 2. *C. de testam.* (Ancharr. *cons.* 333. *ad dubia, n.* 2. Guillelmus Bened. *in repet. cap. Rainuntius, verb. Et uxorem nomine Adelasiam, decis.* 2. *n.* 124. *de testam.*) Anton. de Canario *tract. de insinuationibus.* 2. *p. q.* 24. *ex n.* 40. *tom.* 6. *tract. p.* 2. Aufrerius *tract. de potest. sæcular. in Ecclesiast. regul.* 2. *fallent.* 10. præsupponitque Capicius *decis.* 8. *n.* 3. & Grammat. *decis.* 41. Surdus *decis.* 26. *n.* 11. Mangilius post hæc scripta editus *tract. de evictionib. q.* 6. *n.* 29. Trentacinq. *lib.* 2. *variarum de judiciis, resol.* 16. *n.* 2. doctissimus Riccius *in praxi rerum fori Ecclesiastici, resol.* 146. (Vivius *decis.* 387. Gail *observat. practic. lib.* 1. *observat.* 71. *ex n.* 2. Novar. *in praxi elect. fori, sect.* 4. *q.* 28. *in ult. impress.* & dicam *infra n.* 947. *in fin.*) videtur enim eo casu Clericus actor voluntarius, juxta notata ab Afflict. *in constit. Burgensaticis, n.* 4. & 8. *Rub.* 67. *lib.* 1.

938 Tertio tandem casu, cùm successor in re litigiosa est subditus alteri Judici ordinario, ut quia sit civis alterius civitatis, oportet subdistinguere. Nam aut res litigiosa, in qua exequutio facienda est, sita est in territorio Judicis, qui sententiam tulit, & tunc potest propria auctoritate sententiam suam exequutioni mandare, citato tamen per riquisitorias litteras possessore absente. Si verò res, de qua agitur, si extra territorium Judicis, qui sententiam tulit, atque item persona possidens rem litigiosam, tunc ad exequutionem peragendam utendum est litteris requisitoriis, quibus invocetur auxilium Judicis, apud quem reus degit, & ubi res sita est, ut sententia exequutioni mandetur, juxta textum *in l. à D. Pio* 15. *§. sententiam Romæ*, & ibi tradita à Doctoribus, *ff. de re judic.* & doctrinam Baldi *in d. l. edicto* 3. *n.* 55. *C. de Edict. D. Adriani toll.* Judex autem requisitus debebit litteris hortatoriis solemnibus acquiescere.

Am-

939 Amplia secundò principaliter prædictum tertium effectum præventionis, ut si inducta jam præventione laico succedat Clericus hæres non obstante Clericatu, alligetur instantia cœpta cum defuncto, & judicium sit prosequendum, & finiendum apud Judicem sæcularem, apud quem cœptum est à defuncto. Hanc ampliationem tradidi, & latè comprobavi *supra quæst. 5. ex n. 309.*

940 Prædictum tamen tertium effectum limita primò, ut procedat, & locum habeat donec durat instantia judicii cœpti: nam eatenus durat effectus præventionis, cæterùm si perimatur instantia cœpti judicii, & novum judicium sit inchoandum, litigans, cui supervenit novum fori privilegium, in novo judicio poterit allegare exceptionem fori declinatoriam, & jure petet se ad suum competentem Judicem remitti. Ita sentiunt Anna *singul. 129.* (Rovitus *decis. 74. n. 8. & 9.*) Cavalc. *decis. 10. n. 33. lib. 5.* Marta *de jurisdict. 4. p. cas. 141. ex n. 4.* Zevallos *de cognit. per viam violent. 2. p. q. 37. n. 8. in fine*, Grassis *de effectib. Cleric. 1. effect. n. 1241.* qui loquuntur de laico convento, & post facto Clerico, faciunt tradita à Paulo *in l. si convenerit 18. ex n. 6. ff. de jurisdict. omn. judic.* & à Rochengallo *in l. ex duobus 16. num. 17. ff. de duobus reis.*

941 Amplia primò prædictam primam limitationem principalem, ut procedat non solùm cùm durat revera eadem persona, qua in judicio interveniente, facta est præventio, verùm etiam quando durat persona juris fictione eadem, veluti cum defuncto litiganti successit lite cœpta hæres alterius fori, nam si tunc perimatur instantia Clericus, verbi gratia, hæres defuncti laici litigantis non tenebitur amplius prosequi judicium coram Judice laici defuncti, sed jure poterit petere remissionem ad suum Judicem, ut dixi *supra q. 5. n. 311. in fine*, relato Carolo de Grassis *de effectib. Clericatus 1. effect. n. 291.* apud quem invenies, quinam sint effectus instantiæ peremptæ.

942 Amplia secundò prædictam primam limitationem principalem, ut sit vera, tàm ipsa, quàm ejus prima ampliatio, etiamsi per insuflationem spiritus vitæ reviviscat instantia (de qua instauratione, & insuflatione spiritus latè agit Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. de judiciis, resolut. 4. n. 41.* & Rolandus à Valle *caus. 4. per totum, vol. 3.*) nam adhuc ille, qui post peremptam instantiam erat jure remittendus ad suum Judicem in novo judicio remittendus etiam est post instantiæ resurrectionem, & antiqui judicii instaurationem. Non enim operetur gratia insuflationis, & instaurationis instantiæ in præjudicium illius, cui per peremptionem fuerat jus quæsitum. Ita sentiunt Carolus de Grassis *de effectib. Clericat. 1. effect. d. num. 1241.* Anna *d. singul. 129.* Grammat. *decis. 103. ex n. 114.* & ad eum locum Didacus de Mari *n. 54. 55. & 56.* Ursillus *ad Afflictis decis. 331. n. 2.* Minadous *decis. 5.* (Rovitus *d. decis. 74. n. 10.*) Marta, Paschalis, Trentacinq. Rovitus, & Galluppus, quos retuli *d. q. 5. n. 311. in fine*, loquentes de casu limitationis, & ampliationis primæ prædictæ *& q. 6. n. 646. cum seqq.* alios.

943 Unum illud, quod ad hanc rem attinet, non omittam, prædictam primam limitationem, & ejus ampliationes utiles esse, & effectum habere in causis civilibus, quæ tractantur in Regno Neapolitano in tribunalibus inferioribus, in quibus instantia durat triennio dumtaxàt, juxta textum *in l. properandum, in princ. & in §. fin. autem reus, C. de judiciis, & ritum 248.* ubi notat Caravita *ex n. 1.* Maranta *in praxi 5. p. n. 2 & ex n. 5. latè*, Muscatell. *in praxi Sac. Reg. Cons. lib. 1. p. 7.* Gloss. *sententiam, ex n. 39.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. tit. de judiciis, resol. 4. ex n. 1.* Scaccia *de appelat. q. 15. art. 11. n. 241. cum seqq.* Riccius *collect. 2193.* Galluppus *in praxi, Sacr. Cons. 2. p. cap. 16. n. 5.* at prorsus esse inutiles, & nullius effectus, quòad causas criminales in eodem Regno Neapolitano, in quibus instantia durat perpetuò, & non perimitur, juxta *pragmat. 51. de offic. Magistr. justitiar. & pragmat. 11. §. 33. de offic. Judicum.* Item in tribunalibus Ecclesiasticis,

in

in quibus inſtantia eſt etiam perpetua, & nunquam perimitur, ut notat Maranta *in praxi dicta quinta parte, n.* 14. *ex cap. venerabilis* 20. *de judiciis*, ubi notant Doctores, & res eſt indubitata. Item in Regno Caſtellæ, ubi inſtantia ex conſuetudine nunquam perimitur, ut notat Gregor. Lopez *in l.* 9. *tit.* 6. *p.* 6. *gloſſ.* 3. *&* 4. Joann. Gutierrez *de juramento confirmatorio* 3. *p. cap.* 5. *n.* 4. Paz *in praxi, in initio, annotat. ſecunda, n.* 10. Caldas Pereira *in l. ſi curatorem, verb. Infra legitimum tempus, n.* 1. *in fine, C. de in integr. reſtit. minor.* quod item in Gallia ſervari teſtatur Rebuffus *in conſtit. Regni, tom.* 1. *in proœmio, gloſſa quinta, n.* 51. meminitque ibidem Caldas. Item in eodem Regno Neapolitano in cauſis etiam civilibus introductis in Sacro Regio Conſilio: quoniam illud proculdubio eſt conſiſtorium Principis, in quo nomine Regio proferuntur ſententiæ; & in conſiſtorio Principis inſtantia perpetuò durat, & nunquam perimitur, ut tradit Maranta *in praxi, d.* 5. *p. n.* 15. Joan. Gutierrez *ubi ſupra*, Scaccia *d. q.* 15. *n.* 266. Amendola *ad Franchis deciſ.* 250. *n.* 21. Regens Tapia *deciſ.* 1. *n.* 27. *Supremi Italiæ Senatus*, Paſchalis *de patria poteſt.* 1. *p. cap.* 8. *n.* 223. Molfeſius *conſ.* 47. *ex n.* 3. ubi optimè probat inſtantiam non perire in Sacr. Conſ. Eandem ſententiam in genere loquens de conſiſtorio Principis, tuetur Rebuffus *ad conſt. Reg. tom.* 3. *tit. de appellat. art.* 14. *gloſſ. unic. n.* 8. Theſaur. *deciſ.* 10. *n.* 6. (Trentacinq. *variar. reſol. lib.* 2. *tit. de judiciis, reſol.* 4. *n.* 21. Grivellus *deciſ.* 72.) Minſinger. *cent.* 2. *obſer.* 48. & probat optima ratione ſingularis text. *in Auth. de appel. & intra quæ tempora, ſeu novella* 23. *§. ad hæc ſancim.* dum ait: *Quod enim vitium eſt litigantium ſi culmen imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, ut nolentem Principem poſſit ad convocandos Patres, cæteroſque Proceres coarctare*, (cum quo textu convenit textus *in l. cum anterioribus* 5. *§. ſi tamen, C. de tempor. & repar. appellat.*) Neque obſtat, quod Afflictis *deciſ.* 283. *n.* 4. & ibi Urſillus *n.* 9 *&* 10. quos ſequitur Regens Tapia *Juris Neapol. lib.* 2. *Rubr.* 2. *in pragm.* 3. *de offic. Sacr. Reg. Conſil. n.* 6. *&* 7. *& in deciſ. Sacr. Conſ.* 38. videantur dicere contrarium, nam neque id probant, neque reſpondet Urſillus ad argumenta Roberti Marantæ. Neque item obſtat quotidianus uſus, & praxis obtinendi in ejuſmodi cauſis à Domino Præſide Sacr. Conſ. inſuflationem ſpiritus vitæ, tùm quia nunquam ipſe concedit abſolutè prædictam inſtantiæ inſtaurationem, ſed cum clauſula, *quatenus opus eſt*, quæ veluti vera conditio nihil ponit in eſſe, Pariſius *conſ.* 19. *n.* 45. *vol.* 2. Roland. à Valle *conſ.* 58. *n.* 18. *vol.* 3. Tuſchus *litt. C. concl.* 593. *tom.* 2. tum quia abundans cautela non nocet, imò tutius eſt eam ſemper apponere, Gloſſ. *in l. ſi cùm dies, §. plenum, verb. Exprimere, ff. de recept. arbitr. l. teſtament.* 17. *in fine, C. de teſtam. ubi Gloſſ. verb. Cautela, l. non ſolet* 95. *ff. de regul. jur.* Hæc autem petitio inſuflationis ſpiritus vitæ, & ejus confeſsio, magis ut abundans cautela adhiberi cenſendæ ſunt, quàm quia ſint neceſſariæ. Verùm quidquid ſit, quamviſque diſcedendum eſſet ab hac ſententia, quam veriſimam credo, ut ſæpius, cùm ſe obtulit occaſio, affirmavi in eodem Sacr. Conſ. cùm minimum eſt credendum, facta ſemel monitione ad dicendum, inſtantiam reddi perpetuam, & immortalem: non enim poteſt litiganti imputari, cur cauſam non finiat, ut docuit Capycius *deciſ.* 109. *n.* 4. Muſcatellus *in praxi, libr.* 1. *p.* 7. *d. Gloſſ. ſententiam n.* 53. quod planè videtur probare *d. pragm.* 1. *de inſtantia cauſæ non reſtituenda*, & confirmant, quæ notat Maranta *d.* 5. *p. n.* 31. & apertè probat textus ſingularis *in d. §. ad hæc, in Auth. de appellat. & intra quæ tempora*, (*& in d. l. cum anterioribus, §. ſi tamen, C. de tempor. & reparat. appellat.*) Tametſi ſi ſciam Caravitam *in d. rit.* 248. *n.* 4. quem non relatum ſequitur Franch. *deciſ.* 643. *ex n.* 3. dicere ex monitione ad dicendum inſtantiam prorogari ad novennium aliud. Sed & hæc fundamentum nullum habent, & melius eſſet iſtarum vanarum cæremoniarum inſuflationis ſpiritus vitæ, & peremptionis inſtantiæ prorſus ridicularium, & puerilium, rationem non habere. Cur enim moriatur, quod tam facilè reviviſcit?

Li-

944 Limita ſecundò principaliter prędictum tertium effectum, ut tunc locum habeat, cùm privilegium fori poſt litem cœptam ſupervenit ex facto, vel induſtria privilegiati adquiſitum, nam tunc non juvat: ſecus ſi ſuperveniat ex conceſsione Principis motu proprio illud indulgentis; tunc enim etiam poſt litem cœptam, & prævention em factam, privilegiatus gaudebit privilegio fori, & proceſſus remittendus erit ad Judicem ex privilegio. Quę tamen temperanda, explicanda, & accipienda ſunt, juxta tradita à nobis latius *quæſt. præced. ex n.* 637. ubi omninò videas.

945 Limita tertiò principaliter prędictum tertium effectum, ut locum habeat, donec finiatur lis cœpta coram Judice preveniente prolata ſententia, & facta exequutione: nam ſi nova lis ex eadem cauſa oriatur, jam ceſſabit effectu prævention is, & reus erit conveniendus coram Judice competente, juxta *l.* 2. *C. de juriſdict. omn. judic. & cap. cùm ſit, de foro compet.* nullo habito reſpectu ad litem anteriorem jam finitam. Hæc limitatio eſt conformis primæ, de qua egi *ſupra num.* 940. eamque tradit Graſsis *de effectib. Cleric.* 1. *effect. n.* 1246. Et ratio eſt manifeſta: nam finita lite, non poteſt durare effectus prævention is circa novam litem, cùm ceſſante cauſa ceſſet effectus, *cap. cùm ceſſante* 60. *de appellat. l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patronat.* Iſta verò limitatio locum facit duabus ſingularibus quæſtionibus, quæ etiamſi frequenter contingat, non frequenter tractantur à Doctoribus, neque facilem habent expeditionem.

946 Prima eſt, fingamus litigatum eſſe coram ſæculari Judice inter Clericum actorem ſuper exactione alicujus debiti, & laicum reum, & alios ejuſdem creditores, eſſeque latam ſententiam pro Clerico, pro cujus exequutione Clericus, vel ſit immiſſus in poſſeſsionem bonorum debitoris communis, vel ſit illi ſoluta certa quantitas cum cautione de reſtituendo, cui quibus, & quando à Judice fuerit decretum. Poſt verò re melius perpenſa, & examinata, vel adveniente in judicium novo creditore, qui oſtendat meliora jura, & anteriora, agitur, vel de avocanda poſſeſsione, vel pecunia ſoluta. Vel eſto Clericus prætendens ſucceſsionem fideicommiſsi ex decreto Judicis nanciſcatur poſſeſsionem rerum hæreditariarum, ſalvo jure cujuslibet habentis potiora jura, vel citra præjudicium aliorum contradictorum. Poſt comparet, & opponit ſe novus contradictor, & agitur de revocanda immiſsione illa jam exequutioni mandata. Dubium eſt, coram quo Judice ſit agendum ad revocationem, an coram Eccleſiaſtico, an coram ſæculari. Videbatur enim agendum coram Eccleſiaſtico, quoniam convenitur Clericus reus, & poſſeſſor, & regulare eſt, ut actor ſequatur forum rei, *l.* 2. *C. de juriſdict. omn. judic. cap. cùm ſit generale, cap. ſi ſit diligenti, de foro compet.* præſertim cùm prima lis, quæ coram ſæculari agitabatur finita ſit, non ſolùm lata ſententia, ſed etiam exequutioni mandata; ac per conſequens locus eſſe videatur prædictæ tertiæ limitationi principali, paulò ante traditæ, ut ceſſet effectus prævention is, cùm lis contra Clericum, coram ſæculari legitimè cœpta, ab eodem finita ſit.

947 In qua difficultate primò certum eſt, & indubitatum, ſi agatur de revocando decreto lato in favorem Clerici, remedio appellationis, ſupplicationis, aut reclamationis, quamvis prædictum decretum ſit exequutioni mandatum, & ejus vi Clericus immiſſus in poſſeſsionem bonorum, aut illi ſit facta ſolutio pecuniarum debitarum, ut ſolent in Regno Neapolitano exequutioni mandari quodlibet decretum, vel ſententia lata à Sacr. Reg. Conſil. præſtita cautione in caſu retractationis, cùm exequutionem paratam habeant, juxta *pragmat.* 5. *de offic. Sacr. Reg. Conſil.* & ibi tradita à Collega noſtro Scipione Rovito *ex num.* 1. & Galluppo *in praxi, p.* 3. *cap.* 3. *ex num.* 1. Muſcatello *in praxi, lib.* 2. *p.* 1. *Gloſſ. ſententia, ex n.* 106. eſt enim ſententia Sacr. Conſ. inſtar ſententiæ Præfecti Prætorio, & quoad eam obſervantur ſtatuta *in Auth. quæ ſupplicatio, C. de præcib. Imperat. offeren.* ſi inquam agatur de tractando decreto, ſeu

ſen-

sententia latis à sæculari, & exequutioni mandatis, remedio appellationis, supplicationis, aut reclamationis, nullitatis, aut restitutionis in integrum, agendum fortè coram Judicibus sæcularibus. Ratio est primò, quoniam appellationis, supplicationis, aut reclamationis remedium non devolvit causas ex una jurisdictione in aliam, sed intra unam, & eandem gradatim expeditur; ut probat optimus textus *in §. illud etiam, in Auth. de appellat. & intra quæ tempora, seu novella* 23. & textus singularis *in cap. si duobus* 7. *§. ultim. de appellat.* & apud Castellanos *l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 1. *Recop.* quæ erat *l.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinam. veteris*, ubi notat Didacus Perez *gloss.* 2. *col.* 738. & Franciscus Marcus *decis.* 365. *n.* 6. *& decis.* 366. *n.* 1. 2. *p.* (Scaccia *de appellat. q.* 7. *ex n.* 73. *& n.* 113. *& n.* 137.) & desumitur ex traditis ab Innoc. *in cap. significantibus* 38. *n.* 2. *de offic. delegat. per textum in cap. anteriorum* 2. *q.* 6. ubi dicitur appellationes gradatim interponi debere, & à Panormit. *in cap. significaverunt, ultim. n.* 11. *de judiciis, & in cap. licèt ex suscepto* 10. *num.* 9 *post medium, de foro compet. & in q.* 6. Gandulph. *n.* 9. *in fine, ex versic. Secundò principaliter, cum n.* 10. 11. *& seqq.* Decio *in Rub. ex n.* 46. *de appellat.* Jason. *cons.* 123. *quod causæ, vol.* 1. Gail *lib.* 1. *observat. practic. observ.* 119. *n.* 2. Minsingerio *cent.* 1. *observ.* 67. Tuschus *litt. A. concl.* 352. *ex n.* 24. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 17. *ex n.* 196. ac per consequens si prima sententia lata est in favorem Clerici in tribunali sæculari, ibidem gradatim est confirmanda, aut retractanda remedio appellationis, supplicationis, reclamationis, nullitatis, vel restitutionis, quæ omnia sub una, & eadem jurisdictione expediuntur: appellationis enim remedium, & cætera illi similia, reducunt causam ad statum, ut ea omnia facienda sint, quæ poterant in prima instantia, *l. ita demum* 13. *C. de Procuratore*, Valascus *consult.* 91. *n.* 4. Gornazanus *decis.* 51. *num.* 2. Imò causa appellationis est eadem cum prima causa, Surdus *decis.* 147. *n.* 3. Tuschus *litt. A. conclus.* 395. *ex n.* 1. Atque ex hoc fundamento, ita asseruit Grassis *d.* 1. *effect.* *n.* 1247. sic sublimitans prædictam tertiam limitationem principalem, de qua *supra n.* 945. Secundò, quoniam durante appellatione, supplicatione, aut reclamatione, aut interpositis remediis nullitatis, aut restitutionis contra sententiam, prima lis non est finita, imò censetur continuari; pluribus probat Regens Rovit. *in pragm.* 38. *§. & similiter de definitivis, ex num.* 3. *de offic. Procur. Cæsar.* & meminit *in prag.* 1. *n.* 30. *in fin. de minorib.* Cùm verò litigantes litem prosequuntur, non possunt eam extrahere ex tribunali, in quo, & ex jurisdictione, sub qua cœpta est, eum effectum operante prævention, ut dictum est *supra n.* 906. *cum seqq.* Præsertim, quoniam dum durat eadem lis, idem manet actor, & reus, qui fuerunt ab initio litis, ac per consequens idem juris ordo servandus est in litis prosequutione, qui servatus est in initio; neque potest esse incompetens Judex in continuatione, qui fuerat legitimus in initio judicii. Quæ eadem doctrina locum habebit, non solùm si remedium appellationis interponatur ab aliquo ex litigantibus, qui litem prosequuti sunt, sed etiamsi appellatio à sententia lata, interponatur ab aliquo tertio interesse habente, qui non litigaverat, quem planum est à sententia lata noviter se post ipsam opponente appellare posse, juxta textum, & ibi tradita à Doctoribus *in l. à sententia* 5. *& in l. si perlusorio* 14. *ff. de appellat. & in cap. cùm super* 17. *de sentent. & re judic.* & ibi tradita à Canonistis, quoniam in hoc casu vigent eædem rationes: tum vel maximè cùm tertius veniens ad causam, dicatur venire ex transverso, & non alteret forum, ut eleganter notat Tuschus *litt. T. concl.* 83. *n.* 11. prosequuntur latè doctissimus Riccius *in praxi aurea variar. resol.* 2. *part. resol.* 146. qui multos allegat, & Barbos. *in l. venditor* 49. *ex n.* 161. *ff. de judiciis*, Cancer *variar. resol.* 2. *p. cap.* 16. *n.* 40. *cum seqq.* (Ancharr. *cons.* 333. *ad dubia, n.* 2. Gail *pract. observat. lib.* 1. *observ.* 71. *ex n.* 2. Ambrosinus *de immunit. cap.* 20. *num.* 34. Ripol. *variarum resol. cap.* 4. *num.* 146.) Ego dixi supra hac eadem disputatione, *quæst.* 6. *sect.* 8.

ex numer. 663. cum sequentibus, & 937.)

948 Neque obstat, quòd instantia appellationis sit diversa, ut notat Paulus Castrensis *consil. 192. n. 5. circa fin. lib. 2.* Tuschus *ubi supra n. 12.* atque ex consequenti videatur locum habere doctrina superius tradita *n. 940.* ubi dictum est perempta instantia effectum præventionis extingui. Non inquam obstat, quoniam per appellationem causa constituitur in nova instantia sine peremptione primæ, quæ magis transfunditur, & convertitur in secundam, quam perimatur, quippè cùm ex ipsa prima jure ordinario, sine ulla gratia, aut privilegio renascatur, & oriatur, quasi ex semine secunda instantia, interposita appellatione. Aliud est cùm ex transcursu biennii, aut trienii instantia perimatur, quæ ita extinguitur cum toto judicio, ut nisi gratia, & privilegio superveniente non possit revivisscere, aut resurgere.

949 Difficultas ergò est, cùm post adeptam possessionem à Clerico bonorum in judicio deductorum coram Judice laico, virtute decreti ab eo interpositi, à quo non est appellatum, vel recepta pecunia sub cautione de restituendo, venit in judicium novus oppositor, etiam post multum tempus, qui deducat dotiora jura, & intendat possessionem revocare, aut avocare pecuniam solutam an possit tractare causam coram Judice sæculari, aut debeat coram Ecclesiastico, cui subjicitur possessor: & vice versa possessore à laico ex sententia Judicis Ecclesiastici, sub cautione, à qua sententia non sit appellatum, conveniri debeat laicus super possessione, vel solutione obtenta, coram Ecclesiastico Judice, qui sententiam tulit, an coram laico, cujus jurisdictioni subjicitur, nulla habita ratione anteacti judicii, & decretorum, quorum virtute solutio facta est, aut capta possessio.

950 In qua difficultate ego quatuor casus distinguendos existimo. Primus est, cùm in decreto, aut sententia latis à laico Judice, quo jubet solvi Clerico, aut eum immitti in possessionem bonorum debitoris, adest clausula: *Salvis juribus, aut jure cujuscumque creditoris potiora jura obtinentis,* aut clausula: *citra præjudicium jurium cæterorum creditorum, aut contradictorum, vel oppositorum,* quæ in re eadem est cum prima, & pro exequutione hujus decreti, aut sententiæ, Clericus fuerit immissus in possessionem bonorum, aut illi soluta fuerit pecunia cum cautione de restituendo, quo fieri solet, juxta textum *in l. Procuratoris 5. §. tributio, cum duabus legibus sequent. ff. de tributoria actione*, aut etiam sine cautione. Et hoc casu dicendum est, causam tractandam esse coram Judice eodem, qui decrevit faciendam solutionem, aut immissionem in possessionem bonorum, sive sit sæcularis, sive Ecclesiasticus. Ita sentiunt Peregrinus *de fideicom. art. 48. n. 63. & seqq.* Carolus de Grassis *de effectib. clericat. 1. effect. n. 947.* Christoph. de Paz *tract. de tenuta, cap. 64. n. 13.* (Larrea *decis. Granatensium disp. 6. ex n. 10.* Salgado *de Regia protect. 4. p. cap. 14. n. 125. & 126.*) Ratio est, quoniam illa clausula, *salvis juribus*, eum effectum habet, ut rem integram constituat, prout erat ante immissionem, & judicium reducat ad eandem instantiam: quare ex vi reservationis causa coram eodem Judice tractari potest, imò debet, ut docuit Angelus *in l. edicto, ult. n. 6. vers. Sed ego dico, C. de edict. D. Adrian. tollend.* cujus doctrinam commendat Peregrinus *de fideicommissis, art. 47. n. 29. & d. art. 48. num. 48. 65. & 66.* sequitur Augustin. Barbos. *in remissionibus, de clausulis, clausul. 83. n. 4.* idem docuit Baldus *cons. 104. comparuerunt, n. 4. vol. 5.* Jas. *in l. naturaliter §. nihil commune, n. 190. ff. de adquir. possess.* Puteus *decis. 34. duodecima Octobris, lib. 2.* Rota *diversor. decis. 1013. lib. 3. (p. 3.)* Hondedeus *cons. 86. ex n. 44. ad 53. vol. 2.* Natta *cons. 653. n. 5. tom. 4.* faciunt quæ tradit Gratianus *discept. forens. tom. 1. cap. 41. n. 21. & 22. & tom. 2. cap. 317. ex n. 31.* aliis rationibus ad eandem rem comprobandam utitur Peregrinus *de fideicomm. d. art. 48. n. 63. cum seqq.* (Facit quod notat idem Baldus *in d. l. fin. n. 48. C. de edict. D. Adrian. toll.* loquens de effectu ejusdem prædictæ clausulæ.)

951 Contrariam tamen sententiam, qui-

quinimò in hoc primo casu causam revocationis agitandam esse coram Judice Ecclesiastico amplexus ex Zucard. *in repet. l. fin. C. de Edict. D. Adrian. toll. n.* 308. Menoch. *de adipiscend. possess. remed.* 4. *n.* 476. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 238. *ex n.* 93. Marta *de jurisdict.* 4. *p. casu* 159. *ex n.* 6. & ibi in specie *n.* 16. *&* 22. Ratio ex illa, quam superius commemoravi *n.* 946. quoniam, inquam, Clericus immissus in possessionem est verus possessor, & reus. Ergo standum est regulæ generali, ut conveniatur in suo foro, quoties agitur de illo amonendo à possessione, cùm actor forum rei sequi debeat, *d. l.* 2. *C. de jurisd. omn. judic.* cum vulgatis.

952 Nihilominus non est recedendum à prædicta resolutione, & non obstat fundamentum contrariæ sententiæ, nam respondemus cum Peregr. *d. art.* 48. *n.* 69. *in fine, vers. Nec obstant*, regulam illam tunc loci habere cùm Clericus convenitur coram sæculari de novo independenter ab alio precedenti judicio, & non ex causa alicujus decreti obtenti per Clericum à Judice sæculari, quo decreto reservata sint jura cæteris litigantibus; at ubi ex eo decreto in favorem Clerici lato, alius litigans esset gravatus à Judice, utique pro reparando illo gravamine Judex sæcularis esset competens. Ad eundem enim Judicem pertinet revocare, quod non rectè provisum est, qui minus rectum decretum tulit, juxta textum *in l. quod jussit, ff. de re judic.* & ad eundem relevare, qui gravavit, ut qui facilis fuit in immittendo, facilis sit in extramittendo, ut dicebat Bald. *in l. ultim. n.* 5. *C. de Edict. D. Adrian. toll.* (*Et in l. si pacto, quo pœnam* 14. *n.* 2. *C. de pact.* Tiraquell. *in leges connubiales, gloss.* 5. *n.* 15.) Peregrin. *d. art.* 48. *n.* 64. relato in eandem rem Ferreto *cons.* 27. *n.* 7. *&* 10. *& cons.* 30. *n.* 2. præsertim cùm vim clausulæ prædictæ resurgat idem judicium, & instantia, quæ planè prosequenda sunt coram eodem Judice, & non possunt intelligi finita. Nam quemadmodum, cùm quis in ædificato pariete relinquit lapides ultra parietem protensos significat ædificium finitum non esse, sed illi esse jus parietem ulterius protendendi versus illam partem, qua dimittuntur, & extensi sunt, ex notatis à Cæpolla *de servit. urban. prædior. cap.* 40. *ex n.* 17. *& ex n.* 31. & Surdo *cons.* 126. *ex n.* 7. *lib.* 1. ita cùm Judex in decreto lato reservat aliorum jura, significat se non finiisse judicium, sed ulterius procedere velle, sibique ipsi jus servare cognoscendi de causa, quoties de decreto à se lato contentio fuerit.

953 Neque verò videri vellim alicui malitioso, studiosè me derogare velle Ecclesiasticæ jurisdictioni, nimisque favere sæculari, dum huic opinioni adhæreo; qui enim in eam suspicionem incedit, planè ostendet, se rem exterius adspicere, non interius contemplari, & altiùs intueri. Etenim cùm hæc de effectibus præventionis in genere dicta sint, etiamsi in hoc appositio exemplo videamur aliquid de Ecclesiastica jurisdictione detrahere, & sæculari adjicere; inverso casu, & appositio exemplo in laico obtinente à Judice Ecclesiastico simile decretum, dum juxta hanc doctrinam asseritur, conveniendum esse eum coram Ecclesiastico possessionem decernente, etiam si laico foro subjectum, videmur vicissim è contra vice versa minuere jurisdictionem sæcularem, ut augeamus Ecclesiasticam, ut quod ex una parte adimitur, ex altera adjiciatur. Ex quo indicatur manifestè, inter utramque nos æquè lance versari, simplicique, & imperturbato animo, menteque ab omni affectu vacua veritatem perquirere, & naturam præventionis scrutari, quæ ut casus acciderit, nunc uni, nunc alteri jurisdictioni favebit, & in alterutrius obsequium operabitur; nihil autem censeri potest auferri, cui quod debitum est tribuitur.

954 Secundus casus est, si actum esset coram Judice laico de possessione, & in possessorio judicio Clericus obtinuisset sententiam pro se, Judexque reservasset petitorium, aut aliquid adjecisset in decreto, quominus causa videatur omninò finita, imò potiùs adhùc pendens quod proprietatem. Verbi gratia, ponamus litigatum esse in Hispania super tenuta majoratus apud

Cancellariam, vel Regium Concilium, & Clericum declaratum esse possessorem majoratus. Occurrit dubium, an judicium petitorium sit exercendum coram laicis Judicibus, Regiis scilicèt Consiliariis, vel causa remittenda sit ad Ecclesiasticum; & in hoc casu judicium petitorium esse agitandum in laicis tribunalibus, in quibus tractatum est de possessorio; sentit Christoph. de Paz *tract. de tenuta, d.cap.* 64. ubi rem ex professo tractat *ex num.* 1. qui pluribus hanc conclusionem probat. Præcipuum fundamentum est, quoniam causa possessionis, & proprietatis habent eandem continentiam, & apud eundem Judicem debent tractari, ne causæ continentia dividatur, *l.* 1. *& 2. ff. de quib. reb. adeund. Judic. eat. l. nulli, C. de judiciis, cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap.* 1. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* quibus locis notarunt Glossæ, & Doctores, Cenedus *ad decretales, collectan.* 94. *ex n.* 1. Gutierrez *Canonicar. quæſt. libr.* 1. *cap.* 34. *n.* 29. & 30. & stante prævention in una causa, censetur præventum quoad ea omnia, quæ habent eandem continentiam, ut dixi *supra n.* 894.

955 Verùm huic resolutioni urgentissimè obstat textus *in cap. ſignificaverunt, ultimo, de judiciis*, ubi actor Ecclesiasticus obtinens in possessorio, si postea conveniatur super proprietate, non cogitur coram eodem Judice respondere, si est Judex laicus, & ex consequenti incompetens, ut ibidem notavit Glossa *verb. Super proprietate, & in dict. cap.* 1. *verb. Sub uno, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in d.cap. ſignificaverunt*, Anton. Butrius *n.* 8. Panormit. *n.* 1. Felin. *n.* 8. Imola *n.* 9. Ancharr. *n.* 1. & 7. ex quorum doctrina colligitur regulam generalem textus *in d.l. nulli, C. de judiciis*, & concordantium, limitandam esse, quoties agendum est de proprietate in foro competente possessoris, tunc enim, neque incommodum est causæ continentiam dividi, neque coram diversis Judicibus agi de possessione, & proprietate, ut observavit Antonius Faber *conjecturarum lib.* 20. *cap.* 7.

956 Tamen difficultas textus *in d.cap. ult.* non difficilem haberet expeditionem, si diceremus, juxta sententiam Vincentii, quam refert Joann. Andreas *ibi, n.* 3. & alii, cui videtur adhæsisse Paz *d.cap.* 64. *n.* 15. & 25. eidemque favere Covarr. *in practicis, cap.* 35. *n.* 1. in eo agi de quasi possessione juris patronatus, de cujus proprietate non potest tractari coram laico Judice. Nam quemadmodum causæ spirituales ita pertinent privativè ad Ecclesiasticum judicium, ut laicus Judex sit incapax cognitionis earum, ita incapax est cognitionis causarum juris patronatus, quæ spiritualibus sunt annexæ, *cap. quanto* 3. *de judiciis.* Sunt enim quædam causæ, quæ ex sua natura judicium Ecclesiasticum exposcunt, & sæculare reposcunt, tamquam earum incapax, illæ videlicèt, quæ jure divino segregatæ sunt à sęcularium Judicum cognitione, & Ecclesiasticis reservatæ, de quibus egi *supra num.* 397. aliæque tametsi ad Ecclesiasticos Judices pertineant jure humano, possent tamen eo secluso ad sæculares pertinere, qui cognitionis earum incapaces non sunt, veluti judicia super rebus temporalibus, & istę causę non ex natura sua, sed ob privilegium personæ rei, à sæcularibus Judicibus amoventur. Igitur causa, de qua agitur *in d. cap. ſignificaverunt*, pertinet ad primum genus, nos agimus de causa ad secundum genus spectante. Colligitur autem, & confirmatur hæc doctrina ex communi alia Doctorum, *in cap.* 1. *de mutuis petitionibus*, ubi tametsi regula verissima sit, posse reconveniri, etiam Clericum litigantem apud laicum Judicem, à laico convento; nihilominus ea regula limitanda est, ut locum non habeat, si Clericus litigans apud laicum, reconveniretur super re spirituali, cujus cognitionis laicus Judex incapax est. Eam limitationem tradunt *in d. cap.* 1. *Gloſſa in verb. ſuper ſuis quæſt.* Innoc. *n.* 1. Joan. Andreas *n.* 3. Zabarella *n.* 5. Anton. Butrius *n.* 12. *verſ. Tertio caſu*, Panormit. *num.* 28. & 29. Imola *n.* 7. Marian. *n.* 29. & 56. Item Canonistæ *in cap. at ſi Clerici, in princ.* ubi Decius *n.* 153. *de judiciis*, Barthol. Socin. *litt. R. regul.* 1. *fallent.* 4. *aliàs regul.* 412. Jacob. Novell. *regul.* 172. *ampliat.* 3.

957 Sed quamvis hæc doctrina vera

sit,

sit, & proculdubio locum haberet, si in textu *in d.cap. significaverunt*, ageretur de quasi possessione jurispatronatus, aut alterius spiritualis; verùm non adaptatur ad prædictum textum: nam res, de qua in illo agebatur, erat prophana, & temporalis, ut rectè animadvertit Joan. Andreas *in d.cap. ultimo, de judiciis, n.3.* (Igneus *in repet. §. non aliàs, l. necessarios, ff. ad Syllanian. n.* 544.) Covarr. *in pract. d.cap.35.n.1. vers. Non oberit*, Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *num.*217. Gutierrez *Canonicar. quæst. lib.*1.*cap.*34. *n.*29. Joan. Garcia *de nobilit. gloss.*1.*§.*2. *n.*17. & ex ipso contextu constat, in quo agitur de electione Magistratus sæcularis, Universitatis sæcularis. Reliquum est igitur, ut in eo textu probetur limitatio communiter tradita ibi à Doctoribus illius regulæ generalis, quòd petitorium, & possessorium judicium apud eundem Judicem sint tractanda, præterquam cùm is Judex fuerit incompetens erga reum in petitorio, ut contingit cùm Clericus obtinuit possessionem à Judice laico in judicio possessorio, à qua non poterit amoveri, nisi conventus super proprietate coram Ecclesiastico Judice, etiamsi res, de cujus proprietate tractatur, sit prophana, & temporalis, & laicus Judex non sit incapax cognitionis causæ, sed solùm incompetens ob privilegium personæ rei, debeatque tunc servari generalis alia regula, quod actor in petitorio sequatur forum rei, *l.*2. *de jurisdict. omn. judic.* cum vulgatis.

958 Quæstionem hanc revera difficilem reddit textus *in d.cap. ultimo, de judiciis*, & nimis dubiam, videtur autem sub distinctione resolvenda. Retento igitur casu, quo actor, & reus sint diversi fori, duobus modis possunt inter se litigare. Primò, si actor simul intentaverit petitorium, & possessorium, deinde petitorio suspenso, possessorium fuerit prosequutus, vel intentaverit possessorium, quod ex sua natura habeat admixtam causam proprietatis, & sit veluti via ad petitorium peculiari modo, ita ut obtenta sententia super possessorio lis non censeatur finita, sed decisus articulus momentaneæ possessionis, dùm lis decidi-

tur, & debito fine terminatur, atque ideò Judex ferens sententiam super possessorio, prosequitur super petitorio, vel illud expressè reservat, aut remittit legitimè prosequendum. In quibus terminis videtur loquutus Christophor. de Paz *præced.n.*956. allegatus, dum agit de judicio tenutæ majoratuum Hispanorum, quod ex Hispanis legibus antiquissima consuetudine receptis est veluti via ad petitorium, ita ut nunquam censeatur finitum, donec super petitorio sententia feratur, & probationes in uno factæ utiles sunt in alio: imò lata sententia in possessorio leges ipsæ jubent causam expressè remitti ad regia Prætoria terminandam super proprietate, ut constat *ex l.*9. *&* 10. *tit.*7. *lib.*5. *Recop. & ex l.*5. *tit.* 19. *libr.*4. *Recop. in C. addition.* Et in hac specie dicendum est, cognoscendum esse de possessione, & proprietate à Judicibus ejusdem fori. Ratio est, quoniam lis, etiamsi finita sit super possessorio, non est tamen simpliciter, & verè finita, ac per consequens præventio operatur, ut coram eisdem Judicibus terminetur, apud quos est cœpta, juxta superiùs dicta. Præsertim cùm sæpè res ipsa, & litis natura trahat ad se personam, ut in feudis, *cap. ex transmissa 6. capit. verum 7. de foro comp.* notavit Bald. *in l. edicto, ultima, n.*54. *C. de edict. D. Adrian. tollend.*

959 Secundò, potest actor intentare merum possessorium simpliciter, quod causam proprietatis non habet admixtam, neque intentatur tanquam via ad petitorium, sed imò quia facilius obtinetur in possessorio, & in eo leviores probationes requiruntur, maximè, ubi neque leges, neque consuetudo introduxerunt necessariam quandam specialem connexionem inter ista duo judicia. Et in hac specie dividendum est judicium petitorium à possessorio, ubi reus, & actor sunt diversi fori, & Judex decernens possessionem est incompetens comparatione ejus qui futurus est reus in judicio proprietatis, atque apud diversos Judices sunt tractanda. Ratio est, quia primum judicium est finitum, quo finito cessat effectus præventionis, ut dictum est in limitatio-

tione tertia principali *numer.* 945. atque in his terminis accipiendus est textus *in dict. cap. significaverunt, ultimo, de judiciis,* & juxta hunc casum interpretandus; cui interpretationi, & distinctioni à me traditæ occasionem dedit Innoc. *ibi statim in princ.* & Ancharr. *n. 2. vers. Tertiò nota, & num. 7.* qui dicunt, decisionem dicti capitis ex eo procedere, quod primum judicium super possessione finitum erat; finito igitur judicio, si novum judicium esset inchoandum, recurrendum esset ad Judicem rei legitimum, ex regula textus *in l. 2. C. de jurisdict. omn. judic.* Aliter igitur dicendum esset, si judicium inchoatum super possessione quovis modo non censeretur finitum, sed adhùc penderet super aliqua sui parte, aut quoniam consuetudo regionis necessariam quandam connexionem introduxisset inter possessorium, & petitorium, quia unum esset via ad alterum, & quædam valdè cognata appendix, & quasi pars, ut contingit in tenuta majoratuum Hispanorum, aut quia actor simul utramque causam proposuisset, & ideò Judex decidens possessorium ulterius, etiam ad petitorium transiret, aut reservando, aut remittendo, aut certè prosequendo, quemadmodum si decisso possessorio concederet terminum super proprietate, & super ea partes ad probationem admitteret: tunc enim instante effectu prœventionis, causa sub eisdem Judicibus, & eadem jurisdictione esset tractanda. Hæc quoad secundum casum.

960 Tertius casus principalis est, cùm aliquis immittitur in possessionem, sive sit Clericus, sive laicus, ex qua possessione non efficiatur verus possessor; veluti si immitteretur causa damni infecti, vel rei servandæ, vel ventris nomine, vel pro exequutione rei judicatæ, quibus casibus non efficitur quis verus possessor, sed solùm custos, seu detentator; ut rectè tradit Negusantius *de pignoribus, 2. membro, tertiæ partis, n. 6. & 7.* vel si immitteretur in possessionem adjecta conditione, *non existente legitimo contradictore,* qui tamen existeret, vel adjecta clausula, *veris existentibus expositis,* quæ tamen essent falsa, quibus casibus decretum conditionale, non existente conditione nihil operaretur, neque possessorem faceret. Quibus casibus dicendum est, si agatur de revocanda ista immissione, & compareat reus, refectis expensis, juxta textum *in Authent. & qui jurat, C. de bon. auctorit. Judic. possiden.* & ibi tradita à Doctoribus, adeundum esse eundem Judicem, qui decrevit faciendam immissionem, sive laicus adversus Clericum, sive Ecclesiasticus adversus laicum. Ratio est, quia per istam immissionem non est finitum officium Judicis, neque finita est causa; atque ideò cùm agitur de revocanda immissione, non inchoatur nova causa, sed continuatur prima; quare ex vi prœventionis idem Judex judicium prosequitur, nulla habita ratione, an qui in possessionem est immissus, sit ejusdem Judicis jurisdictioni subjectus, an non sit. Ita sentit Marta *de jurisdict. 4. p. casu 159. ex n. 30.*

961 Quartus casus est, cùm Judex definiens possessorium, vel jubens solvi pecuniam Clerico creditori, cum cautione, aut sine illa, in decreto non adjecit clausulam, *salvo jure, aut citra præjudicium jurium,* sed simpliciter definivit causam, & sententiam exequutioni mandavit, nihil reservans. Et hoc casu dicendum est, quoties actum fuerit de revocanda possessione, vel avocanda pecunia, Clericum, qui obtinuit, conveniendum esse coram suo Judice competenti, nempè Ecclesiastico, tametsi tunc fidejussor sæcularis à Clerico datus pro obtinenda sententia; aut decreto, conveniri possit apud sæcularem eundem Judicem, ut compellatur restituere pecuniam, vel possessionem. Ita sentiunt à me allegati *supra n. 951.* (Quibus addo Rovitum *decis.* 44.) & hanc resolutionem planè probat textus *in d. cap. ultimo de judiciis,* loquens in fortioribus terminis. Ratio est, quoniam per simile decretum exequutioni mandatum jam lis finita est, & ulterius non pendet; atque adeò si compareat novus contradictor, vel creditor petens revocationem possessionis, vel avocationem pecuniæ, manifestè inchoat novum judicium, *l. à Divo Pio, §. si post addictum, cum §. sequenti, ff.*

de

de re judic. Ergò illud movere debet coram Judice rei competente, argumento *l. 2. C. ubi, & apud quem* juxta vulgarem regulam textus *in l. 2. C. de jurisdict. omn. jud. cap. cùm sit, & cap. si diligenti, de foro comp.*

965 Succedit secunda quæstio, quæ ex facto in quadam causa agitata in Sacr. Consil. venit in dubitationem; mota lite super exactione reddituum decursorum cujusdam census, seu annui redditus, vel introitus, objecerat reus exceptionem nullitatis contractus, discusso negocio, obtinuit actor sententiam pro se, qua reus condemnatus est solvere eos redditus, pro quorum solutione fuerat conventus, & declarato valido contractu correspondere singulis annis in futurum actori. Quæ sententiæ forma usitatissima est in Sacr. Consil. notat Afflictis *decis. 279. in fine*, & ad eam Ursillus *n. 2.* quemadmodum in Mantuano, in casu, de quo Surdus *decis. 120.* (Faciunt notata ab Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 11. n. 47.* Gratiano *discept. forens. tom. 1. cap. 151. ex n. 34.*) Ea sententia exequutioni mandata, pro redditibus tunc debitis, & prędicta sententia comprehensis, multis post annis, reus factus jam Sacerdos, cessaverat à solutione novorum reddituum, & iterum pro eorum solutione conventus est adjecto libello processui antiquo. Opposuit reus exceptionem fori declinatoriam, & petiit remissionem ad Ecclesiasticum, utpotè, qui proculdubiò fruiturus esset privilegio fori. Actor replicans de præventione dicebat agendum esset in Sacr. Consil. cùm per ipsum, vel Mag. Cur. Vicar. ipsi inferiorem (non enim benè memini) fuisset jam ante condemnatus reus correspondere singulis annis in futurum; ac proinde causam præventam non posse eximi à foro sæculari, juxta textum *in cap. proposuisti 19. de foro compet. & in l. si quis postea quam 7. de judiciis.* Decisum est in Sacr. Consil. denegandum esse remissionem, & causam in Sacr. Cons. tractandam 28. Februarii ann. 1628. in causa inter Marcum Anton. de Arriano actorem, & Darium Pignelum Clericum Prebyterũ reum, coram Borrello Actuario.

963 Verùm ego sum in contraria sententia, quinimò isto casu causam remittendam ad Ecclesiasticum, cùm convenitur Clericus ad sæcularem, cùm laicus, etiamsi Clericus ex sententia laici, laicus ex sententia Ecclesiastici ante fuerit condemnatus. Ratio est, quia prima illa lis finita est sententia exequutioni mandata, & amplius non pendet, *l. à D. Pio, §. si post addictum, ff. de re judicat.* ubi notabiliter dicit Paulus de Castro, in controversia post adjudicationem adeundum esse Judicem competentem possessoris, Alex. *in eadem lege §. si super rebus, n. 9. & in d. §. si post addictum, n. 1. & seqq.* ubi etiam Jaso post Glossam ibi. Prævention autem eatenus durat, quatenus durat lis, in qua facta est, qua finita effectus prævention is expirat, & in quolibet judicio de novo inchoando adeundus est Judex rei, non attenta prævention e in priori judicio jam finito facta, ut dictum est *supra n. 940.* adeò ut perempta instantia judicium restauratum non sit prosequendum coram priori Judice, si reus forum mutaverit, ut dixi *supra n. 942.*

964 Neque obstat hoc casu adesse sententiam condemnatoriam in futurum, quapropter quoties in futurum reus cessat à solutione reddituum, & sententiæ non obedit, sed illi adversatur, virtute ejus esse compellendum ad solutionem, & continuationem reddituum, & ipsammet sententiam exequendam esse adversus ipsum, quare pertinebit exequutio ad eundem Judicem, qui sententiam tulit, ut dicebam *supra num. 928.* Non inquam obstat, quoniam prima lis pendebat super duobus capitibus, altero de validitate contractus, altero de solutione reddituum decursorum: non pendebat autem super redditibus in posterum decurrendis, qui tunc neque debebantur, neque eos actor exigere intendebat, cùm non posset. Quòd si de illis in sententia mentio fit, non eo tendit, ut de illorum exactione tractetur, sed quoniam, cùm in lite dubitabatur, an contractus esset validus, & obligatio perpetuò solvendi, & correspondendi, in futurum subsistens, ut declararetur ea obligatio solvendi futuros redditus valida, & perpetua. Quasi in sententia defini-

ni-

niretur reum devinctum obligatione solvendi perpetuò in futurum annuum redditum, non quasi condemnaretur ad solvendum in futurum redditus, qui neque petebantur in libello, neque peti poterant, utpotè nondum debiti, ex quo fieret sententia libello deformis, adversus regulam textus *in l. ut fundus, ff. commun. divid.* frustraque Judex solicitus fuisset de futuris eventibus, cùm tractus futuri temporis ad ipsum non pertineat, *l. non quemadmodum 35. ff. de judiciis*, 1. §. *nec tamen ff. de usuris*, Joan. Franciscus de Ponte *decis. 32. n. 1.* Igitur sententiæ obtemperatum credi debet, eamque exequutioni mandatam, quoad primum caput, cùm obligatio perpetuò solvendi in futurum agnita est à reo se illi subjiciente, quoad secundum, cùm redditus tunc decursos solvit; atque adeò lis omninò sopita est, & judicium penitus finitum. Et quod consequens est cùm reus denuò cessat, non adversatur sententię, neque facit contra illam, quæ in omnibus, & per omnia servata est, & quoad ominia in ea contenta exequutioni mandata, *d. l. à D. Pio 15. §. si post additum, ff. de re judic.* sed adversatur, & repugnat obligationi, qua declaratum est per sententiam illum obstrictum esse; & ut compellatur prædictæ obligationi satisfacere novo judicio conveniendus est. Atque dum novum inchoatur judicium, ut exerceatur legitimè, Judex rei est adeundus ab actore, ex vulgata regula *in d. l. 2. C. de jurisdict. omn. judic.*

965 Neque item verùm est, quoties reus post prædictam sententiam cessat, vi sententiæ compellendum ad solvendos redditus, sed imò vi obligationis per sententiam declaratæ, quæ semper durat, habens sententiam pro firmo fundamento. Alioqui vis exequutiva sententiæ, neque se extendit ad ea, quæ in ipsa non comprehenduntur, neque posset in æternum durare, quantumvis ejus verba æternitatem præseferant. Jure enim Regni Castellæ, finitur spatio annorum viginti, *ex l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop.* quæ erat *l. 63. Tauri* (de quo casu Parlad. *rer. quotid. lib. 1. cap. 1. §. 14.*) Jure autem Regni Neapolitani, quod convenit in hoc articulo cum jure communi, finitur spatio triginta annorum, ut notavit Afflictis *decis. 245. n. 12. & 13.* & ibi Addentes, Cartarius *decis. 120.* Anton. Faber *lib. 7. C. tit. 13. diffinit. 12.* Riccius *collect. 809.* Salgado *de Regia protect. p. 4. cap. 2. n. 4.* qui plures allegat, (Barbosa *in l. sicut 3. n. 159. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* ergo tractabo latius *infra tit. 3. disput. 4. ex num. 1.*) quid quod, verba sententiæ sunt interpretanda, ut nihil de redditibus solvendis definiat, qui tempore sententiæ non debebantur, neque erat in judicium deducti, juxta textum *in d. l. 1. §. 1. ff. de usuris*, & elegantem textum *in l. non potest 23. ff. de judiciis*, notat Marcus de Mantua *singular. 242.* sed ut de præsenti definiant, consistere obligationem in futurum solvendi redditus singulis annis, ut dicebam *num. præced.* Quæ planè comprobantur ex traditis à Vincent. de Franchis *decis. 395.* & iis, quæ dixi *supra n. 909.* post medium, ex versic. *Imo verò*, quæ hic non repeto.

966 Præterea confirmatur eadem resolutio, nam si ex hac sententiæ forma resultaret præventio quoad cæteras causas ex actionis redditum futurorum, hæredes etiam rei condemnati alligarentur judicio præterito, quemadmodum dixi *supra quæst. 5. n. 311. & q. 6. n. 646.* & paulò ante *n. 941.* hæredes defuncti conventi, & præventi alligati instantia, etiamsi gaudeant privilegio fori. Quis autem hæc dixit? Nisi sibi etiam persuadeat, attendendum esse ad judicia, quæ ante actis sæculis præterierunt: & cùm ut fert sors mortalium, nulla sit res apud Clericos, de qua non sit litigatum apud laicos, neque apud laicos, de qua antiquis temporibus non sit litigatum apud Ecclesiasticos, *nec valet quisquam dicere ecce homo recens est, tam enim præcessit in sæculis, quæ fuerunt ante nos, Ecclesiast. 1. n. 10.* si antiquas istas origines inspicias, & ex illis præventiones ducas, nullum est judicium, quod non inverti possit.

967 Quod verò attinet ad decisionem Sacr. Cons. à me relatam, ideò ejus mentionem feci, ut ab ea caveas, non ut eam sequaris: mecum enim omnis auctoritas

tas humana tantùm valet, quantùm valet ratio. Præterquamquod decisionum auctoritas tunc attendenda, quando communi multorum rectè sentientium, & imperturbatorum voto proferuntur: alioqui multa corrumpit ignorantia, multa pervertit affectus judicia, & non quid factum sit, sed quid fieri debeat, est spectandum *l. sed licèt, ff. de offic. Præsidis, cap. cùm causam 27. de elect.* (Franchis *decis.278. n.6.*) neque exempla nisi bona sequenda, ut rectè notavit Gelius *lib.10. notionum Articarum, cap.* 19. sana enim ratio exemplis anteponenda est, ut docuit D. Augustin. *libr.1. de Civitate Dei, cap.23.* & adnotavit ad eum locum Leonardus Coqueus, (refertur *in cap. sana distinct.9.* Notat Lucas de Penna *in l. 2. n.11. C. ne Fiscus rem, quam ven. evinc.*) Hoc dicta sint de præventionibus, & *tota quæst. de foro delicti.* Neapoli Aprilis 28. anni 1628.

SUMMA QUÆSTIONIS OCTAVÆ.

968 *DE materia prorogationis, qui tractent, & dividitur ejus tractatus in sex capita.*

QUÆSTIO VIII.

De foro Prorogationis.

968 DE materia prorogationis, quæ latissimè patet, agunt Doctores Legistæ *in l. si per errorem* 15. *& in l. si convenerit* 18. *ff. de jurisdict. omn. judic. & in l.1. & l.2. §. si & Judex, ff. de judiciis, & in l. quidam consulebant* 57. *ff. de re judicat. & in l. si qui ex consensu* 8. ubi Baldus, *C. de Episc. audient. & in l.1. C. de jurisdict. omn. judic.* latè Barbosa *in d.l.1. & 2. ff. de judiciis*, Canonistæ *in cap. P. & G.* 40. *de offic. & potest. Judic. delegat. & in cap.1.* ubi Decius *ex n.127. de judiciis, & in cap. significasti* 18. *de foro compet.* ubi optimè Marian. Socinus, Anton. de Matthæis *speciali, & integro tract. de prorogat. jurisdict. tom.* 3. *tract.1.p.* Maranta *in praxi, 4.p. distinct.* 12. Didacus Perez *in l.1. tit.4. lib.3. ordinam. gloss.1. col.4. in vers. Quæro utrum, cum seqq. col. mihi* 884. Decianus *tract. crimin. lib.4. cap.23.* Tepatus *in compedio variar. tit.133. cap.11. 12. & 13.* Anast. Germon. *lib.2. animad. cap.22.* Card. Tusch. *litt. P. ex concl.925.* (Menchaca *controvers. usufrequentium lib.2. cap.14.*) Cancer *variar. resolut. 2.p. cap.2. ex n.192.* Capiblancus *in pragm.8. p.1. ex n.101. de Baronibus*, Scaccia æditus post hæc scripta, latissimè *tract. de sent. & re judic. gloss.7. ex q.2. ad quartam inclusivè.* Quæ autem de illa à me dicenda sunt, ad sex capita reducentur, quæ tot sectionibus comprehendam. Prima, quid, & quotuplex sit prorogatio? Secunda, quænam sint ad prorogationem necessaria? Tertia, à quibus possit fieri prorogatio? Quarta, quorum Judicum jurisdictiones possint prorogari? Quinta, quæ causæ prorogationem admittant, quæ non item? Sexta, qui sint effectus prorogationis?

SUMMA SECTIONIS PRIMÆ.

969 *ÆQuivoca prius sunt distinguenda, quàm diffinienda.*

970 *Prorogationem esse possessionem nullus dubitat.*

971 *Prorogationis multæ diffinitiones remissivè, & quæ sit vera illius diffinitio.*

972 *Jurisdictio prorogata est eadem quam habebat Judex non diversa.*

Extensio qualitatis non inducit in illa diversitatem, neque augmentum, distinctionem in re adducta.

973 *Jurisdictio prorogata est ejusdem naturæ, & qualitatis cum jurisdictione, quæ prorogatur.*

Prorogatio semper videtur facta cum eisdem conditionibus, & qualitatibus.

Argumentum ejusdem naturæ debet esse, cujus est principalis res.

974 *Prorogatio non est coarctanda, ad solam jurisdictionem ordinariam, sed omnem jurisdictionem complectitur.*

975 *Per prorogationem comprehenditur sub*

jurisdictione persona, quæ aliàs non comprehendebatur.

976 *Prorogatio, alia est tacita, alia expressa, & tacita referuntur tria exempla.*

Regulariter ad prorogationem, sat est tacitus consensus.

977 *Referuntur sex prorogationis species, ex sententia Glossæ, & Doctorum, & earum exempla, remissivè.*

SECTIO PRIMA.

Quid & quotuplex sit prorogatio.

969 ÆQuivoca distinguenda esse priusquam definienda, præceptum est commune Dialecticorum desumptum ex doctrina Aristotel. *lib. 2. posteriorum Analiticorum, cap. 13. & lib. 6. topicorum, cap. 10.* Prorogationis autem nomen diversimodè accipitur, ut rectè notat Maranta *in praxi, d. distinct. 12. n. 2.* alia enim est prorogatio termini, seu dilationis, alia prorogatio compromissi, alia jurisdictionis, de qua modò agimus, aliam addit Baldus *in cap. P. & G. n. 20. de offic. delegat.*

970 Prorogationem jurisdictionis posse contingere, seu esse posibilem nullus Doctorum unquam dubitavit, cùm tàm leges civiles, quàm decreta sacra eam passim admittat, *in d. l. si convenerit 18. ff. de jurisdict. omn. judic.* & cæteris à me paulò ante relatis, *& in cap. P. & G. 40. de offic. delegat. cap. significasti 18. de foro comp.* & istis locis Doctores apud Castellanos *l. 32. versic. La novena, tit. 2. p. 3. ubi glossa 14. & l. 15. tit. 1. p. 7. l. 20. tit. 21. lib. 4. Recop.* ubi Azevedus. Certissimum enim est regulariter posse, quemvis subjicere se jurisdictioni Judicis non sui, quod est ejus jurisdictionem prorogare, ut docet Baldus *in d. l. 1. 1. lect. n. 2.* Cagnolus *n. 15. ff. de judiciis*, Antonius de Amato *resol. 33. n. 10.*

971 Prorogationis autem jurisdictionis, seu fori, multas definitiones tradunt Doctores, quas remissivè refert Barbosa *in l. 1. art. 1. n. 9. ff. de judiciis*, præter illas aliam tradit Anton. de Matthæis *in d. tractat. de prorogat. jurisdict. n. 2.* mihi magis placet illa, quæ desumitur ex Jasone *in d. l. si per errorem 15. n. 1. ff. de jurisdict. omn. judic.* in quam concurrunt Decianus, & Barbosa, & ferè cæteri paulò discrepantes, videlicèt: *Prorogatio est extensio jurisdictionis, ad causam, seu personam, aliàs sub ea non comprehensam.* Dicitur *extensio*, primò, ut denotetur prorogationem jurisdictionis præsupponere jurisdictionem in Judice, cujus jurisdictio prorogatur: nam si ille jurisdictionem non haberet, extendi non posset, nam quod non est, non extenditur, nec prorogatur, *l. sed si manente 5. ff. de præcario*, & clarè colligitur *ex cap. significasti 18. de for. comp. & ex l. 1. C. de jurisdict. omn. jud.* ibi, *cum & Procurator judicandi potestatem inter certas habeat personas*, ubi notat Fulgos. *n. 2. in fine*, Bald. *in l. 1. n. 1.* post Glossam ibi, *C. de pedaneis Judicibus*, Panormit. *in cap. P. & G. num. 20.* Butr. *num. 20. de offic. delegat.* Socinus *in d. cap. significasti, n. 8.* Jaso *in d. l. si per errorem, n. 1.* Cagnol. *in d. l. 1. n. 4. ff. de judiciis*, Barbosa *ibidem, art. 1. n. 20. & 21.* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 22. n. 1.* Gail *de pace publica, lib. 1. cap. 12. n. 12.* Paz *in praxi, tom. 1. 1. p. 5. tempor. n. 25.* alioqui non habenti jurisdictionem, non tribueret illa privatorum consensus, *l. privatorum, C. de jurisdict. omn. judic.* Ex qua annotatione multa infert notatu digna, idem Barbosa *d. art. 1. ex n. 22. ad num. 73.* quæ hic repetere non oportet.

972 Secundò, eodem verbo denotatur jurisdictionem prorogatam, esse eandem illam jurisdictionem, quam habebat Judex extensam; non verò jurisdictionem diversam: nam extensio qualitatis non inducit in illa diversitatem, neque augmentum, discrimen, & distinctionem in re adaucta; ut probat eadem *d. l. sed si manente, & l. dies cautioni 4. in princ. ff. de damn. infect. l. si cùm dies 26. in princip.* ubi notat Glossa prima, *ff. de recept. arbitr.* Glossa ultima, *in cap. P. & G.* ubi Panormit. *n. 12. de offic. & potest. Judic. delegat.* Boerius *decis. 284. n. 8. & 12.* Parisius *consil. 43. n. 1. lib. 1.* Decius *consil. 497. n. 1. & 2. vol. 2.* Socinus Junior *cons. 75. n. 28. libr. 3.* Felinus

in

in cap. 1. n. 5. de jurejurand. Barboſa *in d.l. 1. art. 5. n. 1. 2. & 5. ff. de judiciis*, Hyppolitus Reminaldus *in repet. cap. de Quoduv. ideò n. 72. de judiciis*. Quare Judex, qui utitur juriſdictione prorogata, tametſi ejus juriſdictio extenſa ſit, & complectatur, quæ ſecluſa prorogatione non complecteretur, non videtur novam juriſdictionem adquirere, ſed eandem illam exercere poſt prorogationem, quam exercebat in cauſas, & perſonas ſibi ſubjectas ante prorogationem.

973 Tertiò, denotatur eodem verbo, juriſdictionem prorogatam eſſe ejuſdem naturæ, & qualitatis, cum juriſdictione præexiſtente, quæ prorogatur, notat Gloſſa *in cap. hi qui 12. verb. Specialiter, de præbend. & dignitat. in ſexto*, quam ſequitur ibi Dominic. Gemin. *n. 9.* Philipp. Franch. *n. 1.* Petrus Ancharr. *n. 3. verſ. Quæro, quæ fuit ratio*, Felinus *in cap. de cauſis 4. n. 2. verſ. Secundò limita*, Decius ibi *n. 50. & 51. de offic. delegat.* Pariſius *d. conſ. 43. n. 10. libr. 1.* Paulus Caſtrenſ. *in l. 1. n. 4.* Cagnolus *n. 6.* Barboſa *art. 1. n. 74. & 75. ff. de judiciis*, Marian. Socin. *in d. cap. ſignificaſti n. 47. in fine, verſ. Quæro, & n. 48. verſ. Aſſumo nunc, de foro compet.* Menchaca *quæſt. uſufrequentium, cap. 14. n. 34.* Maranta *in praxi, 4. p. d. diſtinct. 12. n. 18.* Decian. *tractat. crimin. lib. 4. d. cap. 23. n. 6. & 7.* alioqui non eſſet juriſdictio prorogata, ſed nova, & diverſa denuò conceſſa, ut multis relatis probat Anton. Gabriel *lib. 2. commun. tit. de dilationibus, concl. 2. n. 25.* Gutierr. *de juram. confirm. 1. p. cap. 49. num. 8.* nam prorogatio ſemper videtur facta cum eiſdem conditionibus, & qualitatibus exiſtentibus in re, quæ prorogatur, *l. Labeo ait, 30. §. hæc autem clauſula, ff. de recept. arbit.* Boerius *d. deciſ. 284. ex n. 9.* Tiraquell. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 7. n. 27.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. col. mihi 886. verſ. Dubitatur*, Barboſa *in d.l. 1. art. 1. n. 75. ff. de judiciis*, & augmentum ejuſdem naturæ eſſe debet, cujus eſt res principalis, *l. etiam, C. de jure dotium, l. inter ſocerum 26. §. cùm inter, ff. de pact. dotal. l. Inſula 56. in princ. ff. de adquir. rer. dominio.* Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gloſſ. 18. num. 51. & in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, n. 226. C. de revoc. donat.* Albert. Bruus *in tract. de augmento, rebuſque additis, concl. 5. principali, ex n. 1. tom. 17. tract.*

974 Addidi in definitione *juriſdictionis*, quò diſtinguam prorogationem, de qua hoc loco ſermo eſt, à cæteris prorogationum generibus; non addidi verò *ordinariæ*, quod additur à Barboſa, *ubi ſupra, n. 10.* cujus verbi explicationem proſequitur *ex n. 203. verſ. his ita, cum numeris ſequent.* quoniam non eſt coarctanda prorogatio ad ſolam juriſdictionem ordinariam, ſed omnem juriſdictionem perambulat, ordinariam, & delegatam, ut rectè notat Marianus Socinus *in d. cap. ſignificaſti, n. 25. de foro compet.* voluntariam, & contentioſam, ſimplicem, & imperium, ſeu merum, ſive mixtum. Hoc regulare eſt, tametſi fallat, & limitandum ſit in quibuſdam caſibus, ut inferius proſequar *ſect. 4.*

975 Dixi tandem, *ad cauſam, ſeu perſonam, alioqui ſub ea non comprehenſam*, quia tunc dicitur intervenire prorogatio, cum ſecluſa prorogatione cauſa, vel perſona, cujus comparatione juriſdictio Judicis extenditur, & prorogatur, non comprehendebatur ſub juriſdictione Judicis prorogati: id enim efficit prorogatio, ut per eam ſubjiciatur, & ſubmittatur Judici perſona, & cauſa, extra ejus juriſdictionem poſita, & quæ ſecluſa prorogatione non ſubjiceretur. Ex qua doctrina quędam notanda colligit, & proſequitur Barboſa *in d.l. 1. art. 1. ex n. 229.* quæ ſuis locis à nobis commodius ſi oportuerit inſerentur.

976 Eſt autem multiplex prorogatio. In primis eſt duplex, alia tacita, alia expreſſa, notat Imola *in d. cap. P. & G. n. 114. de offic. delegat.* Tacita, quæ fit tacito conſenſu eorum, qui ſe alienæ juriſdictioni ſubjiciunt, veluti ſi exerceant aliquem actum, cui ſit annexa ex juris, & legum præſcripto ſubjectio alieno Judici. Exemplum eſt in contrahentibus, vel delinquentibus in alieno territorio, qui ratione contractus, aut delicti ſubjiciunt ſe alieno Judici, etſi nihil exprimant, juxta tradita à Doctoribus

in l. hæres abſens 19. *§. proinde, ff. de judiciis, & in l.* 1. *C. ubi de criminib. agi oport. & in cap. dilecti* 17. *& in cap. ultimo de foro compet.* nos diximus latè *ſupra hac eadem diſput. q.* 4. *ex n.* 160. *& q.* 7. *ex n.* 716. Secundum exemplum, cùm litigat quis ſcienter coram Judice alieno non oppoſita exceptione fori declinatoria; ut notat Cagnolus *in l.* 1. *n.* 17. *ff. de judiciis*, & Maranta *in praxi* 4. *p. diſtinct.* 12. *n.* 11. Tertium exemplum tacitæ prorogationis eſt, ſi quis actor alienæ juriſdictionis, ut Clericus coram ſæculari, reconveniatur coram eodem Judice, coram quo propoſuit actionem: nam tunc prorogatur tacitè juriſdictio Judicis de cauſa cognoſcentis, circa cauſam reconventionis. De qua prorogatione latè agit Antonius de Matthæis *tractat. de prorogat. juriſdict. ex n.* 59. Maranta *d. diſtinct.* 12. *n.* 17. Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 1. *ex n.* 62. *ff. de judiciis, & ibidem ex n.* 158. (*Et in l. qui prior* 29. *eod. tit.* & Canoniſtæ *in cap.* 1. *de mutuis petit.*) Et regulariter ad prorogationem ſat eſſe tacitum conſenſum, docet Alexand. *in l. extra territorium, ultima, n.* 6. *in fin. ff. de juriſdict. omn. judic.* Panormit. *in cap. P. & G.* 40. *n.* 20. *de offic. & poteſtat. Judic. delegat.* Socinus *in cap. ſignificaſti, n.* 37. *de foro compet.* Vantius *de nullitatibus, tit. quibus modis ſententia nulla defendi poſſit, ex n.* 76. Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 4. *ff. de judiciis*, & inferius latius proſequemur. Expreſſa verò prorogatio eſt, quæ fit expreſſo conſenſu aliquorum, facta aperta ſubmiſsione alieno Judici, eique ſubjicientium perſonas, & bona ſua, cum renunciatione proprii fori, & Judicis, de qua agitur *in d. l. ſi convenerit* 18. *ff. de juriſdict. omn. judic.*

977 Rurſus prorogationis ſex ſolent ſpecies conſtitui, tres enumerat Gloſſa *in l.* 2. *§. ſi & Judex, verb. Inhibita, ff. de judiciis*, Bart. ibi *in princ. n.* 6. *&* 7. & cæteris Gloſſa *in d. cap. P. & G.* 40. *verb. Prorogatio nulla, de offic. delegat.* quam ſequuntur Canoniſtæ ibi. Primò, poteſt prorogari juriſdictio de perſonis ad perſonas, ut *in l.* 1. *ff. de judiciis.* Secundò, de re ad rem, ut *in l. de qua re* 74. *§. Judex, ff. eod. tit.* Tertiò, de tempore ad tempus, ut *in l.* 2. *§. ſi & Judex, ff. eod. tit. & in cap. de cauſis* 4. *de offic. & poteſtat. Judic. delegat.* Quartam ſpeciem addunt Doctores, ut prorogetur juriſdictio de loco ad locum, ut *in cap. ſtatutum* 11. *§. in nullo, de reſcriptis in ſextò*, ſumpto argumento de tempore ad locum, ut quemadmodum fit prorogatio de tempore ad tempus, *d. §. ſi & Judex*, ſic de loco ad locum: valet enim in jure argumentum de tempore ad locum, ut tradunt Doctores *in l. vinum* 22. *ff. ſi certum petatur, & in l. ultima, per textum ibi, ff. de condition. triticar.* Everardus *in locis legalibus, in loco* 88. *à tempore ad locum.* Qua ratione hanc prorogationem locum habere docent Bartolus *in d.l.* 2. *n.* 7. *ff. de judiciis*, Alex. *in d. l. ultima, ex n.* 3. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Maranta *in praxi*, 4. *p. diſtinct.* 12. *n.* 3. Everardus *ubi ſupra, n.* 1. in qua tamen prorogatione illud eſt ſpeciale, ut requiratur ad eam expreſſus conſenſus; nec ſatis ſit tacitus, ut probat textus *in d. cap. ſtatutum* 11. *§. in nullo*, & notat Panormit. *in d. cap. P. & G. n.* 14. Maranta *ubi ſupra, n.* 15. (Menchaca *controv. uſufrequent. lib.* 2. *d. cap.* 14. *n.* 18.) Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 2. *n.* 5. *&* 6. *ff. de judiciis.* Quintam ſpeciem prorogationis addit Panormit. *in eodem cap. P. & G. n.* 15. videlicet de caſu ad caſum, ut *in cap. cordis, de appellat. lib.* 6. Sextam tandem idem ibidem de cauſa ad cauſam; tametſi Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 2. *n.* 2. exiſtimet hanc eſſe reducendam ad prorogationem de re ad rem. Harum prorogationum exempla, & explicationes proſequitur latè Panormit. *in d. cap. P. & G. ex n.* 12. Imola *ex n.* 54. Marianus Socinus *in d. cap. ſignificaſti, ex n.* 29. *de foro comp.* Maranta *in praxi*, 4. *p. d. diſtinct.* 12. *ex n.* 3. Antonius de Matth. *de prorogat. juriſdict. n.* 19. Scaccia *de ſent. & re judic. gloſſ.* 7. *q.* 4. *per totam*, ubi latiſsimè Barboſa *in d. art.* 2. *per totum*, quibus nihil addendum occurrit.

SUMMA SECTIONIS SECUNDÆ.

978 *QUinque ſunt requiſita ad prorogationem.*

979 *Ad prorogationem requiritur conſenſus pro-*

prorogantium jurisdictionem.

980 *Consensus, aut est expressus, aut tacitus, & ad prorogationem non est necessarius expressus.*

Taciti, & expressi idem est judicium.

981 *In prorogatione de loco ad locum, non sufficit tacitus consensus, sed necessarius est expressus.*

982 *Pauli sententia censentis in prorogatione de tempore ad tempus, & de re ad rem, esse necessarium expressum consensum, & duo ejus fundamenta,* & n. 983. & 984.

985 *Tacitus consensus in mente retentus, non satis est ad prorogationem, sed manifestatus per actus exteriores.*

Paria sunt actu, vel verbo aliquid significari.

986 *Prorogationis de loco ad locum possibilitatem negarunt Bartolus, & Baldus.*

Non omnium, quæ à majoribus constituta sunt, ratio reddi potest.

987 *Explicatur textus* in cap. statutum, §. in nullo, de rescriptis in sexto, *cujus decisio in illo solo casu locum habet.*

988 *Explicantur verba l. 1. ff. de judiciis,* se subjiciant, & consentiant.

989 *Actus ex quibus elicitur consensus tacitus necessarius ad prorogationem sunt multi.*

Alii judiciales, alii extrajudiciales, alii positivi, alii negativi.

Prorogatio jurisdictionis facta per contractum, aut delictum, in alieno territorio, est irretratabilis.

990 *Litis contestatio coram alieno Judice inducit prorogationem irretractabilem.*

991 *Propositio exceptionum dilatoriarum coram alieno Judice, inducit prorogationem irretractabilem, ex sententia Bartoli, & communi Doctorum.*

992 *Refertur contraria multorum sententia prorogationem ex propositione dilatoriarum non esse efficacem, quin possit Judex declinari.*

Usque ad litis contestationem potest opponi declinatoria.

Inducta ad unum finem non debent operari contrarium. Argumentum de minori ad majus, affirmativè non valet.

Tacitus consensus, in aliquibus actibus judicii, non porrigitur ad alios actus, qui sequuntur.

Consensus limitatus, limitatum producit effectum.

Consensus tacitus limitatur juxta actum, ex quo colligitur.

993 *Rejicitur prædicta sententia, & ejus fundamentis satisfit.*

994 *Cùm exceptio proposita respicit personam Judicis, & ejus jurisdictionem, potest postea ejus jurisdictio declinari.*

995 *Proposita exceptione cum protestatione potest declinari jurisdictio Judicis.*

Protestatio conservat jus protestantis.

996 *Inquisitus, in casu prohibito, proponens exceptiones dilatorias, non prorogat jurisdictionem inquirentis, quin possit eam quandocumque declinare.*

997 *Per actus judiciales, citra litis contestationem, non prorogatur Judicis jurisdictio, ut si petat copiam libelli.*

Neque per satisdationem de judicio sisti.

Neque per satisdationem de judicato solvendo.

Neque per confessionem coram incompetenti, tametsi contra sentiat Gregor. Lopez.

998 *Consensus idoneus ad prorogationem nonnunquam elicitur ex actibus negativis, ut ex omissione declinatoria patientia, & taciturnitate.*

Judex satis videtur acceptare prorogationem, si patiatur litigantes coram se in judicium venire, & actiones suas tanquam coram Judice proponere.

999 *Consensus tacitus elicitus ex patientia, inducit prorogationem limitatam respectu illius judicii, & instantia solùm, in qua adhibetur, non in alio judicio.*

1000 *Ad prorogationem non satis est consensus fictus, & interpretativus.*

Contumax non prorogat.

1001 *Contumax coram Judice ipso jure incompetenti non prorogat ejus jurisdictionem, sed si est incompetens ope exceptionis, contumax amittit declinatoriam.*

1002 *Si Judex incompetens pronunciet se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea opponere declinatoriam.*

Quo-

Quod limitandum est, cùm jurisdictio est improrogabilis.

1003 *Jurisdictio Judicis alieni, in quem litigantes expressè conveniunt, ut de aliqua causa cognoscat, censetur prorogata.*

Ex consensu sine ullo adjuncto mero jure inducitur prorogatio.

Decretum citationis est prima sententia interloquutoria, ad quam ex solo consensu legitimatur jurisdictio Judicis alieni.

1004 *Prorogatio ex solo expresso consensu facta non est irrevocabilis, sed per pœnitentiam revocari potest.*

1005 *Duratio voluntatis, quæ prorogationem revocat, ex utraque parte intervenire debere, qui senserint.*

1006 *Verius est, ex unius pœnitentia infirmari conventionem de Judice factam inter duos privatos, antequam Judex adeatur.*

1007 *Rationes decidendi* l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. judic. *reddunt Doctores, & quas reddat Socinus.*

Quæ publici juris sunt non subjiciuntur pactis privatorum.

Pactum nudum non producit actionem.

Faciliter res vertitur in suam pristinam naturam.

1008 *Referuntur improbationes Ripæ, & Barbosæ.*

1009 *Consensus in Judicem, sive per pactum nudum, sive per stipulationem adjecta pœna potest impunè revocari.*

Regula est, non valere stipulationem interpositam, de iis, de quibus paciſci non licet.

Attento jure Canonico, & Regio Castellæ actio datur ex pacto nudo.

Ex pacto, aut stipulatione circa jurisdictionem non oritur actio efficax, nam pactum, & stipulatio possunt revocari.

1010 In d. l. si convenerit, *agitur solùm de pacto nudo ex sententia Bartoli, & complurium, & in ea nulla continetur specialitas.*

1011 *Pactum de proroganda jurisdictione, nisi quid aliud eidem superaddatur, ejus naturæ est, ut ab eo mutata voluntate recedi possit.*

1012 *Quæ adversantur consensui, repugnant prorogationi, eamque tolluut.*

1013 *Error impedit consensum, & prorogationem.*

Dubitatio impedit prorogationem.

Sive erret utraque pars, sive altera, sive ante, sive post litem contestatam, sive errore juris, sive facti, impeditur prorogatio.

Error, & ignorantia in dubio præsumuntur, si quis consentiat in Judicem non suum.

1014 *Violenta coactio impedit prorogationem mero jure.*

Metu irritatur ipso jure prorrogatio.

Regulare est, gesta per metum mero jure valere.

Speciale est in proroganda jurisdictione, ut prorogatione metus ipso jure nullâ reddat.

Recognitio alicujus in superiorem facta per metum, ipso jure nulla est, & non quæritur jurisdictio metum inferenti.

1015 *Expenditur* l. 1. in princ. ff. de judiciis, *pro hac sententia, & quid posset ad eam responderi.*

1016 *Confirmatur tamen ex verbis ejusdem legis communis sententia, & quibus modis dicatur vis.*

1017 *Explicatur textus* in l. interdum, ff. quod falso tutore auctore.

1018 *Redditur ratio specialitatis, cur hoc casu metus ipso jure vitiet prorogationem.*

1019 *Ad prorogationem ultra consensum requiritur, ut partes Judici se subjiciant, & per hanc subjectionem prorogatio redditur firma, & irretractabilis.*

1020 *Per quos actus videantur partes se subjicere, & submittere Judici.*

1021 *Per stipulationem solemnem additam nullo pacto de jurisdictione proroganda, non fit prorogatio irretractabilis.*

Ex stipulatione oritur actio, qua peti potest interesse ab eo, qui mutata voluntate à priori pacto recedit.

Obligatio facti non obligat præcisè ad factum, sed liberatur quis solvendo interesse.

Stipulatio de litigando coram aliquo Judice continet factum.

Pactum de proroganda jurisdictione redditur irrevocabile per actus judiciales, non per extrajudiciales.

1022 *A conventione de proroganda jurisdictione, etiamsi solemni stipulatione valla-*

ta

ta ex dissensu unius partis, potest impune recedi.

Verbum conventionis complectitur, tàm pactum nudum, quàm stipulationem.

Quid facit lege permittente pœnam non meretur.

Pacta servari oportet.

1023 *Pacto de proroganda jurisdictione stipulatione confirmato quæritur actio ad interesse contra mutantem voluntatem.*

Ex pacto nudo oritur exceptio.

A contractu, invito altero ex contrahentibus, non receditur.

1024 *De jure Canonico ex pacto nudo oritur actio.*

De jure Canonico non habet locum, d. l. si convenerit.

1025 *De jure Castellæ ex nudo pacto datur actio.*

De jure Castellæ non procedit decisio, d. l. si convenerit.

1026 *Utraque ex prædictis sententiis, est satis probabilis.*

1027 *An interesse promissum ob non impletam promissionem possit peti apud Judicem prorogatum, à quo per dissensum recissum est, remissivè.*

1028 *An idem dicendum sit de pœna, quod de interesse, remissivè.*

1029 *An per clausulam* : quod reus possit ubicumque conveniri, *fiat prorogatio irrevocabilis, verior est pars negativa*

1030 *Quid dicendum sit de clausula, vel pacto quo promittat quis, se responsurum coram quocumque Judice.*

1031 L. si convenerit, *quæ loquitur in casu pacti nudi extendenda est ad casum pacti cohærentia contractus veluti, vel stipulationis contractæ.*

1032 D. l. si convenerit, *limitanda est, si prorogationi adhibeatur juramentum.*

Juramentum fortius confirmat pactum, quàm stipulatio, cum ex juramento compellatur, quis, præcisè facere.

Juramentum, cùm potest servari sine dispendio salutis æternæ, præcisè servandum est.

Juramento interveniente non possunt partes à conventione recedere.

1033 *Contrariam sententiam, imò etiamsi prorogationi adhibeatur juramentum, pœnitentia litigatorum posse revocari, qui fuerint amplexi.*

Juramentum sortitur naturam actus, cui accedit.

Juramentum non efficit irrevocabilem actum, natura sua revocabilem.

Neque testamentum juratum.

Neque donationem causa mortis.

Neque majoratum juratum.

Neque statutum juratum.

Hæc sententia est satis probabilis.

1034 *Media sententia.*

1035 *Rejicitur, & impugnatur.*

1036 D. l. si convenerit, *non procedit si quis se obliget ad prorogandum per instrumentum guarentigiatum, & tunc non admittitur pœnitentia.*

Obligatio guarentigia æquiparatur sententiæ obtinenti auctoritatem rei judicatæ.

Obligatus ad factum ex obligatione guarentigia, quemadmodum ex sententia tenetur præcisè facere, neque liberatur solvendo interesse.

1037 D. l. si convenerit, *locum non habet, si illi fuerit renuntiatum.*

Renunciatio d. l. si convenerit, *vulgatissima in instrumentis tabellionum Regni Castellæ.*

Cuilibet licitum est juri suo renuntiare.

1038 *Renunciari non posse*, l. si convenerit, *qui senserint, & quibus rationibus.*

Privati efficere non possunt, ut per renunciationem suam, ex pacto nudo, detur actio.

Neque ut in contractibus innominatis non detur pœnitentia.

Neque ut ex pacto citra traditionem transferatur dominium.

Neque immutare generales juris dispositiones, & statuta.

1039 *In renunciatione* d. l. si convenerit, *continetur pactum geminatum.*

Ex nudis pactis geminatis datur actio, ex quorundam sententia.

1040 *Verius est, ex pacto geminato non dari actionem, præsertim si adjiciatur in continenti.*

Ex pacto geminato resultat sola obligatio facti, ex qua obligatur quis ad inter-

tereſſe, & non ad factum præcisè.

1041 In d. l. ſi convenerit, *non continetur jus privatum, ſed jus publicum, cui privatorum pactis non derogatur.*

1042 *Animadverſio Decii ad concordandas diſſidentes ſententias in hac re.*

Facto poteſt renunciari d.l. ſi convenerit, *non verbo.*

1043 *Cur poſsit quis facto renunciare favori ſuo, non verbo.*

1044 *Qui facto renunciat, adjicit prorogationi, quod requiritur ad ejus irrevocabilitatem, non qui verbo.*

Sæpè accidit, ut facto quis præjudicet ſibi, & juri ſuo renunciet, pacto autem id efficere non poſsit.

Minor poteſt facto ſuo renunciare reſtitutioni in integrum, non pacto.

Peccator facto poteſt renunciare pœnitentiæ, non pacto.

1045 *Textus* in d.l. ſi convenerit, *eſt valdè difficilis, & continet ſinuoſam materiam.*

Renunciatio l. ſi convenerit, *& renunciatio fori, ſeu exceptionis declinatoriæ, idem prorſus eſt, & una renunciatio diverſis verbis concepta.*

Ubi eſt eadem ratio, idem debet eſſe jus.

Una res non debet diverſo jure cenſeri.

1046 Dictæ l. ſi convenerit, *non poteſt renunciari renunciatione generali, ſed debet eſſe ſpecifica, & idem ſervandum eſt in exceptione fori.*

1047 *Eadem difficultates occurrunt circa renunciationem fori,* & d. l. ſi convenerit, *quæ ſupra tactæ ſunt circa conſenſum in Judicem.*

1048 *Ex renunciatione fori,* & l. ſi converit, *redundat pactum geminatum.*

1049 *Renunciatio fori,* & l. ſi convenerit, *eatenus valet, quatenus valet conſenſus in Judicem, ſed non excludit declinatoriam fori.*

Conſenſus in omnes univerſim Judices, adjecta fori renunciatione, non excludit reum à fori declinatoria, & poteſt quis nihilominus à priori voluntate recedere.

1050 *Diſtinguuntur duo caſus, in quibus ſolet fieri renunciatio fori.*

Renunciatio fori adjecta conſenſui in Judicem, aliàs non competentem, eſt revocabilis.

1051 *Renunciatio fori ad corroborandam juriſdictionem Judicis aliàs competentis eſt efficax, & irrevocabilis.*

1052 *Pactum de non adeundo aliquo Judice competenti, ex multis valet, & eſt irrevocabile.*

1053 *Ratio diſcriminis inter duos prædictos caſus.*

1054 *Explicatur* l. 20. in fine, tit. 21. libr. 4. Recop.

1055 *Qui non poſsint ſuo foro renunciare, remiſsivè.*

1056 *Exempti non poſſunt ſuo foro, & exemptioni renunciare.*

1057 *Religioſi non poſſunt ſuo foro renunciare.*

1058 *Vaſſallus burgenſis non poteſt foro Baronis ſui renunciare.*

1059 *Renunciatio fori facta à vaſſallo Baronis, præjudicat vaſſallo, non Baroni.*

Baro petit remiſsionem cauſæ ſu vaſſalli, omittentis declinatoriam, aut vi ecti, in articulo ipſius declinatoriæ.

1060 *Agricolæ de jure Caſtellæ non poſſunt ſuo foro renunciare.*

1061 *Qui poteſt prorogare, poteſt renunciare exceptione fori, & qui poteſt renunciare, poteſt prorogare.*

Atque item, qui non poteſt renunciare foro, non poteſt prorogare, & è contra, qui non poteſt prorogare, non poteſt renunciare.

1062 *Proponitur quæſtio, cui foro cenſeatur renunciare, qui ſortitus plures, renunciat exceptioni fori declinatoriæ.*

1063 *Renuncians privilegio fori, ſi non habeat forum ex privilegio, cenſetur renunciare illi foro, cujus renunciatio eſt neceſſaria ad effectum, ob quem interponitur renunciatio.*

Verba ſunt improprianda, juxta ſubjectam materiam, ne reddatur inutilis diſpoſitio.

1064 *Si renunciatio fori fiat ſimpliciter, non expreſſo foro privilegii, aut juris communis, ex fine renunciationis colligendum eſt, cui foro ſit renunciatum.*

1065 *Gaudens foro privilegiato, & foro juris communis, ſi renunciet privilegio fori, cen-*

censeri renunciasse foro privilegiato, sententia quorundam.

1066 Contraria sententia, imò censeri renunciatum, foro juris communis, si id requiratur ad effectum, ob quem interponitur renuntiatio, est verior.

1067 Postquam Judex est aditus, non admittitur pœnitentia consensus in Judicem.

Aditus censetur Judex, si ipso præsente, litigantes in ipsum consentiant.

1068 Lite contestata, omissa declinatoria, non admittitur pœnitentia.

1069 Propositio exceptionum dilatoriarum præter declinatoriam, post consensum in Judicem, facit prorogationem irrevocabilem.

1070 Ratio cur requiratur ad prorogationem reddendam irrevocabilem aliquis actus subjectionis.

In corporalibus requiritur traditio, & non sufficit conventio ad transferendum dominium.

In incorporalibus autem requiritur aliquid vice traditionis.

1071 Ad prorogationem requiritur ex parte Judicis, ut ille jurisdictionem habeat.

1072 Regulariter ad prorogationem non requiritur consensus Judicis prorogati, & limitatur.

1073 An requiratur consensus superioris ejus, qui jurisdictionem prorogat, ut prorogatio sit firma, proponitur quæstio.

1074 Statuitur regula generalis negativa.

1075 Limitatur primò in Clericis, qui sine consensu suorum superiorum non possunt jurisdictionem alieni Judicis, etiam Ecclesiastici, prorogare.

1076 Cleri jurisdictionem Judicis laici cum licentia, neque sine illa, prorogare non possunt.

1077 Superior, cujus licentia requiritur in prorogatione Clerici, est Episcopus Diœcesanus.

In exemptis est Papa.

1078 Difficile est invenire rationem hujus limitationis, & plures adducuntur, & num. sequentibus.

1079 Clericus magis subjacet Episcopo, quàm laici suis superioribus.

1080 Jurisdictio Ecclesiastica emanavit à Deo, & concessa est Ecclesiæ, & ejus supremo Pastori, & ab eo derivata in cæteros Pontifices.

Laica profecta est à Deo, concessa populo, à populo autem in suos superiores transfusa.

1081 Decisio cap. significasti, de foro comp. non procedit ex speciali subjectione Clericorum erga Episcopos, sed ex speciali modo jurisdictionis Episcoporum erga Clericos sibi subditos, qui habet jurisdictionem privativam.

1082 Princeps supremus potest prohibere, ne subditi prorogent jurisdictionem alienorum Judicum.

1083 Clericus tacitè sine consensu sui superioris potest prorogare jurisdictionem alieni Judicis Ecclesiastici, si contrahat, solutionem destinet, vel delinquat in territorio alterius.

1084 Contraria sententia quoad forum, dumtaxat destinatæ solutionis, & rejicitur.

1085 Clericus mutato domicilio in aliam Diœcesim subjicitur Episcopo illius.

Clerici sine sui Episcopi licentia non possunt muta e domicilium extra Diœcesim.

1086 Clericus conventus coram Judice competenti mero jure, sine consensu sui superioris potest omittere declinatoriam fori ex privilegio, vel alia ratione.

1087 Clericus primæ tonsuræ potest prorogare jurisdictionem Judicis alieni sine licentia sui Episcopi, juxta quorundam sententiam.

Ordines minores non imprimunt caracterem, neque sunt Sacramenta, sed sacramentalia.

Tonsura non est ordo.

Ordines solùm sunt septem.

1088 Rejicitur prædicta sententia, & ostenditur, decisionem, cap. significasti, de foro comp. procedere in Clericis tonsuratis.

Sub nomine Clericus comprehenditur tonsuratus.

Tonsuratus non gaudens privilegio fori, potest prorogare sine consensu Episcopi.

1089 Clerici tonsurati, etiamsi illis caracter non imprimatur, censentur res spirituales.

Ordines minores imprimunt caracterem ex sententia D. Thomæ.

Non rectè ducitur argumentum affirmativè, neque negativè à caractere ad privilegium fori.

1090 *Laici in ſpiritualibus ſacramentalibus non poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis, non ſui, ſeu alieni Parochi, ſine licentia ſui proprii Judicis.*

1091 *In ſpiritualibus non ſacramentalibus, non poteſt fieri prorogatio in Judicem Eccleſiaſticum alienum, ſine conſenſu ſui ſuperioris.*

Non poteſt prorogari illud, quod non venit, niſi ſolùm à Deo.

1092 *Contraria ſententia refertur, quæ probabilis eſt.*

1093 *Vaſſalli feudatarii non poſſunt prorogare juriſdictionem alterius Judicis, ſine conſenſu Dominorum directorum.*

1094 *Id tamen procedit, cùm controverſia eſt de re feudali, aut juribus Domini directi, ſecus ſi controvertatur de juribus ad feudum non pertinentibus: nam ad prorogationem non requireretur conſenſus Domini directi.*

1095 *Vaſſalli burgenſes an poſſint prorogare juriſdictionem Judicum extraneorum ſine conſenſu Baronum.*

1096 *Vaſſallos burgenſes non poſſe prorogare juriſdictionem Judicis extranei ſine ſui Baronis conſenſu, multorum ſententia in Regno Neapolitano continua praxi confirmata.*

1097 *Vaſſallus ſubditus Domino, ſecundum nudum uſum juriſdictionis poteſt prorogare inicio, aut invito Domino; ſubditus verò ultra nudum uſum juriſdictionis, non poteſt conſentire in alienum Judicem ſine conſenſu Domini.*

Vaſſalli burgenſes ſubduntur Baronibus ultra nudum uſum juriſdictionis.

1098 *Vaſſalli burgenſes non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni Judicis præter Baronem, cùm agitur de oneribus, & muneribus ipſi debitis, ſecus cùm in lite nullum verſatur intereſſe Baronis.*

1099 *Spectato jure communi feudali, vaſſalli burgenſes prorogant ſine conſenſu Baronis in litibus, in quibus non verſatur intereſſe Baronis.*

1100 *Cùm juriſdictio conceditur in inveſtitura feudali, cum clauſulis privativis, abdicativis, & decreti irritantis, non poteſt fieri prorogatio ſine conſenſu Baronis.*

Conceſsio juriſdictionis annexa feudo cenſetur fieri privativè, & non cumulativè.

Privilegia Baronum non obſervantur in tam ampla forma, quàm ſonant verba privilegii.

Conceſsio, quæ tribuit privativè juriſdictionem, non comprehendit caſum prorogationis.

Ad impediendam prorogationem oportet, ut ſpecialis inhibitio interveniat.

De enixa voluntate Principis denegantis facultatem prorogandi, conſtat ex clauſulis abdicativis, & decreti irritantis.

In Regno Neapolitano regulariter in inveſtituris inſeruntur iſtæ clauſulæ, ex quo uſus obtinuit, ut cauſæ vaſſallorum remittantur ad Barones ipſis petentibus.

1101 *Vaſſalli non poſſunt tacitè prorogare juriſdictionem alieni Judicis, etiamſi poſſint Clerici.*

Vaſſalli burgenſes in Regno Caſtellæ liberè poſſunt prorogare juriſdictionem quorumvis Judicum, & in eo Domini vaſſallorum non petunt remiſsionem cauſarum ſuorum vaſſallorum.

SECTIO SECUNDA.

Quænam ſint ad prorogationem neceſſaria.

978 QUæ hac ſectione dicenda ſunt, concernunt examen naturæ prorogationis, ac ideò poſt definitionem prorogationis oportuit ea ſubjicere, & ante cætera examinanda præmittere, quæ viam etiam poſt dicendis apertura, & munitura ſunt. Sunt autem quinque requiſita ad prorogationem, de quibus hac ſectione agendum eſt. Duo ex parte prorogantium, duo verò ex parte Judicis prorogati, alterum tandem ex parte ſuperioris eorum, qui juriſdictionem prorogant.

979 Igitur ad prorogationem primò requiritur conſenſus juriſdictionem prorogan-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gantium, & se submittentium Judici, cujus jurisdictio est proroganda. Probat textus *in d.l.* 1. *& in l.* 2. *in princ. ff. de judiciis, & in l. si per errorem* 15. *& in l. si convenerit* 18. *de jurisdict. omn. judic. l. si qui ex consensu* 7. *C. de Episcop. audient. cap. de causis* 4. *de offic. & potestat. judic. delegat.* & istis locis notant Doctores.

980 Et cùm consensus duplex sit, tacitus, & expressus, ad prorogationem non est necessarius consensus expressus, sed satis tacitus, ut notavi *supra n.* 976. & probat textus *in cap. cùm olim, primo*, ut eum expendit Panormit. ibi, *n.* 3. *de offic. delegat.* & docet idem Panormit. *in d. cap. P. & G.* 40. *n.* 20. Imola ibi *n.* 56. *eod. tit.* idem Panormit. *in cap. significasti, n.* 18. Marian. *n.* 37. Felinus *n.* 5. *de foro compet.* Decius *in cap.* 1. *n.* 103. *de judiciis*, Parisius *con. f.* 15 *n.* 4. *libr.* 4. Bart. *in d.l.* 1. *n.* 12. Sapia *n.* 12. *ff. de judiciis*, Alex. *in l. ultima, n.* 6. *in fin. de jurisdict. omn. judic.* Maranta *in praxi* 4. *p. d. distinct.* 12. *n.* 11. Menoch. *de præsumpt. libr.* 2. *præsump.* 19. *n.* 1. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 4. & est communis sententia. Quæ ex eo probatur, quoniam taciti, & expressi, idem est in jure judicium, & par virtus, *l. cùm quid* 3. *ff. si cert. petat.* ubi Doctores notant.

981 Quamvis autem hoc regulare sit, limitandum est ex communi sententia in prorogatione, quæ fit de loco ad locum: nam in hac non sufficit tacitus consensus partium, sed necessarius est expressus, juxta apertum textum *in d. cap. statutum* 11. §. *in nullo, de rescriptis in* 6. ubi notant Joan. Andr. Anton. Butrius, Dominic. Gemin. Philippus Franch. Petrus Ancharr. Panormit. *in cap. cùm olim*, Abbas *n.* 32. *n.* 3. *& in cap. P. & G. n.* 14. *de offic. deleg.* Marian. *in d. cap. significasti, n.* 37. *vers. Adverte, circa finem, de foro compet.* Vantius *de nullitatibus, tit. quib. mod. sentent. nulla defendi possit, n.* 79. Maranta, & Barbosa in eandem relati paulò ante, *sectione præced. n.* 977. *circa fin.* tametsi nullus eorum reddat rationem specialitatis hujus prorogationis.

982 Paulus tamen Castrens. *in l. cùm sensisse* 2. §. *sed si Judex, n.* 1. *& 2. ff. de judiciis*, & Imola *in d. cap. P. & G. n.* 62. & Menoch. *cons.* 340. *n.* 56. *lib.* 4. extendunt hanc limitationem, ut locum habeat etiam in prorogatione de tempore ad tempus, ut ad eam etiam sit necessarius expressus consensus. Imò verò id etiam credit extendendum Paulus ad prorogationem de re ad rem; ex quo paulatim videtur esse in contraria sententia, videlicèt non satis esse ad prorogationem, quamvis consensum tacitum, sed expressum esse necessarium. Quam etiam defendit Andreas Siculus, quem refert Barbosa *d. art.* 3. *n.* 5.

983 Reddunt verò Paulus, & Imola eam rationem, cur tàm prorogatio de loco ad locum, quàm de tempore ad tempus, requirat expressum consensum. Quoniam cum utroque modo prorogatur jurisdictio, opus est, ut Judici sit nota, qui scit, vel scire debet, lapso tempore contento in rescripto, aut extra locum in eodem rescripto contemptum se non esse Judicem. Quare si prorogationem ignoret, non poterit ultra tempus, & locum præfixum validè jurisdictionem exercere, cùm acta valere non possint, si se non esse Judicem credat; sed si consensus prorogationis non est expressus, non potest esse Judici notus, qui non potest scire id, quod partes habent in corde. Ergò in istis casibus requiritur expressus consensus.

984 Secundò, probat Andreas Siculus id omni prorogationi commune esse, ut requirat expressum consensum, *ex l.* 1. *ff. de judiciis*, ubi dicitur, *si se subjiciant, & consentiant.* Ergò ne superfluet verbum, *consentiant*, significat expressum consensum partium, nam tacitus satis continebatur in verbo præcedenti, *se subjiciant.*

985 Sed neque est recedendum à priori sententia, neque approbanda specialitatis ratio considerata à Paulo; non enim dicimus tacitum consensum in mente retentum, & in corde occultum, cujus nullum appareat exterius vestigium sat esse ad prorogationem. Quis unquam id cogitavit? sed tacitum consensum manifestatum per exteriores actus, qui non sint verba: nam cùm paria sint facto, vel verbo aliquid sig-

nificare, *l. de quibus, ff. de legibus*, eundem habebit effectum quoad prorogationem consensus per verba patefactus,& per actus, vel positivos,vel negativos, videlicèt omissiones, declaratus. Quò fit, ut non minus possit ad notitiam Judicis devenire prorogatio,quæ fit factis ipsis apertè manifestantibus voluntatem, quàm ea,quæ verbis expressis facta est. Quod etiam significavit Joan.de Imola *in d.cap.P.& G. n.62. in fin.*

986 Rationem verò specialitatis prorogationis, quæ fit de loco ad locum eam reddere possumus,quod sit tàm adversa juris rationi, ut eam posibilem esse negaverit Bald. *in l.si qui ex consensu, n.9. & 10. C. de Episcop. audient.* & Bart. *in d. l. consensisse, in princ. n.7. ff.de judiciis*; ideò fortatis in ea requiritur consensus expressus, nam Pontifex, qui repugnante juris ratione eam concesit *in d. §. in nullo*, rectè illam ita coarctavit, vide Rotam *decis.15. aliàs 380. si Judex in novis,de offic.delegat.* Quod si hæc displiceat cùm non omnium, quæ à majoribus constituta sunt ratio reddi possit, *l. non omnium, ff. de legibus*, quia mihi alia non occurrit, eam libenter ab aliis discam.

987 Addo fortasis in nullo alio casu locum habere decisionem textus *in d.§. in nullo*, quam in illo, de quo ibi agitur. Tractat textus de delegato Pontificis, qui non propria, sed Pontificis jurisdictione utitur, *l.1. §. qui mandatam, ff. de eo, cui mandat. est jurisdict.* quæ nullo loco coarctatur ex natura sua, *cap.cuncta per mundum 9. q.3.* ac per consequens,quod ad ipsum attinet,posset ubicumque exerceri; est autem favor impetrantium rescriptum, ut non possint extrahi à loco in illo expræsso, cui favori, & beneficio si renuncient consentientes expresè, ut delegatus cognoscat de causa in alio loco, jurisdictio ipsa ex se, & natura sua ad omnem locum extenditur, ut dicebam *supra q.1.n.29.* Quare Pontifex in eo casu ne quod concessum est ob favorem, convertatur in odium, quod permitti non debet, *l. quod in favorem, C. de legibus*, laxat jurisdictionis habenas, ut eo excurrat, quo consentiunt litigantes: at in aliis casibus, in quibus exercetur jurisdictio territorio adhærens, & limita, illique adjacens, & illius coarctata limitibus,crederem,conformius esse juri, ut non possit de loco ad locum jurisdictio prorogari. Quod præsensit ex hac eadem ratione Marian. Socin. *in d.cap. significasti, n.25. vers. Tertiò limitatur.* (Significat Menchaca *controvers. usufrequentium, lib.2. cap.14. n.18.*) Inde fit, ut decisionem illius textus *in d.§. in nullo*, limitandam credant Butrius, & Ancharr. ibi, imò verò, & ipse textus videtur loqui limitatè,dum ait: *in nullo quoque casuum prædictorum.* Frusta ergò quærimus rationem diversitatis inter prorogationem de loco ad locum, & cæteras,si illa in illo solo casu,& cum illis conditionibus,& circunstantiis permittenda est, quod in cæteris non contingit. Addo videndum Scacciam post hæc scripta editum, *de sentent. & re judic. cap.1. gloss.7. q.4. spec.2. ex n.173.*

988 Ad secundam rationem Andreæ Siculi respondendum est verbum illud, *se subjiciant*, conjunctum *in l.1. ff. de judiciis*, cum verbo,*consentiant*, non referri ad consensum expressum,neque item verbum,*consentiant*, additum verbo, *se subjiciant*, denotare solum consensum expressum, ut Siculus autumat. Etenim verbum illud, *consentiant*, satis includebat sub generali sua significatione utrumque consensum, tùm tacitum, tùm etiam expressum ad prorogationem requisitum; sed referri ad aliquid aliud,quod consensui debet superaddi,quo reddatur, & irrevocabilis,& producat prorogationem irretractabilem: illud verò esse subjectionem, & submissionem Judici factam, præter consensum ipsum, qua ipse consensus, qui alioqui facili negotio revocaretur, redditur firmus, & irrevocabilis, & subjicit efficaciter litigantes, ut ex doctrina Aretini,& Socini, respondet Barbosa *in d. art. 3. n.7.*

989 Actus verò, ex quibus elicitur consensus tacitus ad prorogationem tacitam necessarius, & sufficiens, multi sunt,ut optimè explicat Butrius *in d.cap. P.& G. n.21. de offic.delegat.* Decius *in cap.1.n.170. & 171. cum seqq. de judiciis.* Quidam sunt

ac-

actus extrajudiciales ; exemplum , ſi quis alienæ juriſdictionis delinquat, vel contrahat in territorio Judicis non ſui: nam tunc quoad contractum , aut delictum prorogat juriſdictionem alieni Judicis , ut ſupra tetigimus, *n.* 976. & latè proſequitur Antonius de Matthæis *de prorogat. juriſdict. ex n.* 63. & hæc prorogatio eſt irretractabilis, & in ea non habet locum pœnitentia, (quam in expreſſa prorogatione ſæpius locum habere inferius declarabimus) ut notarunt *in l. ſi convenerit, ff. de juriſdict. omn. judic.* Alberic. *n.* 1. Angelus *n.* 1. Decius *n.* 22. Jaſo *n.* 23. Salyc. *in l. nullum, n.* 3. *C. de teſtibus*, idem Decius *in d. cap.* 1. 1. *lectur. n.* 171. *de judiciis*, Syntagma communium opinionum, *lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 110. quoniam prorogatio facti fortior eſt, quàm prorogatio verbi, ut probat textus *in cap. dilecti, de foro compet.* & Alciatus *in d. cap.* 1. *n.* 20. *de judiciis.* Alii autem ſunt actus judiciales, qui aut ſunt citra litis conteſtationem, aut ipſa litis conteſtatio , & ulteriores ; & iſti omnes actus ſunt poſitivi. Alii ſunt negativi, ut omiſsiones, aut in alleganda exceptione declinatoria, aut in reſpondendo, & veniendo ad judicium poſt vocationem, ex quo incurritur contumatia , & de ſingulis, quam vim habeant ad inducendam tacitam prorogationem videndum eſt.

990 Quod attinet ad actus judiciales, incluſa litis conteſtatione ex illa, & in illis inducitur conſenſus ſufficiens ad prorogationem irretractabilem. Nam ſi quis coram alieno Judice litem conteſtetur : prorogat ejus juriſdictionem, & non eſt locus pœnitentiæ, ut ſentit Gloſſa *in d. l. ſi convenerit* 18. *verb. Adiretur, ff. de juriſdict. omn. judic.* & ibi Bart. *n.* 3. Alberic. Fulgoſ. Paul. Socin. Alex. Jaſ. Dec. Oroſcius, per textum ibi à contrario ſenſu.

991 Quod verò ad alios ante litis conteſtationem, in primis ſi quis proponat coram Judicem quamvis exceptionem dilatoriam, quæ ante litis conteſtationem proponenda eſt, *cap. inter Monaſterium* 20. *de re judic.* & omittat exceptionem fori declinatoriam, dubitant Doctores, an inducatur tacita prorogatio pœnitentia irretractabilis. In qua difficultate Bart. *in d. l. ſi convenerit, n.* 2. & 3. *ff. de juriſdict. omn. judic.* & *in l. quidam conſulebant* 57. *n.* 9. & 10. *ff. de re judic.* & *in l. ultima, per textum ibi, C. de except.* Alex. *in d. l. quidam conſulebant, n.* 22. & Bald. *in d. l. ſi convenerit, n.* 1. Angel. *n.* 1. Paulus *n.* 3. Socin. *n.* 28. Decius *n.* 24. Jaſo *n.* 33. & *ſeqq.* Oroſcius *n.* 5. Cagnolus *n.* 18. Innoc. *in d. cap. inter Monaſterium, n.* 2. Baldus *n.* 5. Panormit. *ex n.* 5. & *n.* 8. & *ſeqq.* Felynus *ex n.* 4. idem Decius *in cap.* 1. 1. *lect. n.* 179. *de judiciis*, Maranta *in praxi*, 4. *p. diſtinct.* 12. *n.* 11. Menoch. *de præſupt. libr.* 2. *præſumpt.* 19. *n.* 11. Vantius *de nullitatibus, tit. quib. mod. ſententia nulla defendi poſsit, n.* 80. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 1. *p.* 5. *temp. n.* 22. & 23. Azeved. *in l.* 1. *n.* 17. *cum ſeqq. tit.* 5. *lib.* 4. *Recop.* Gutierrez *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 28. *n.* 1. Surdus *conſ.* 280. *n.* 15. & 16. *libr.* 2. Tuſchus *litt. P. concl.* 926. *n.* 8. Barbola *in d. l.* 1. *art.* 3. *n.* 69. *ff. de judiciis*, & communiter Doctores cenſent, inducere conſenſum in Judicem , & ſubjectionem , ſubmiſsionemque ipſi factam , itaut non poſsit litigans à judicio per pœnitentiam ulterius recedere, propoſitionem cujuslibet exceptionis, etiam dilatoriæ , omiſſa declinatoria. Probant ex textu *in l. ſed etſi ſuſcepit* 52. *in princ. ff. de judiciis*, præſuppoſito ad inductionem, quòd non per ſolam litis conteſtationem , ſed etiam ante ipſam dicitur quis actionem, & judicium ſuſcipere, ut notat Alex. *in d. l. ſi convenerit, n.* 17. & poſt ipſum Decius *in cap.* 1. 1. *lect. n.* 179. *de judiciis*, reprobato Fulgoſio *in eadem l. ſi convenerit, n.* 5. contrarium dicente. Item probant ex textu *in l. ultima, C. de except.* & ratione, quoniam qui coram Judice proponit exceptiones, videtur petere , ut Judex ſuper eis pronunciet, quapropter in ejus juriſdictionem videtur conſentire , eique ſe ſubjicere; ex quo fit, ut qui quamcumque exceptionem dilatoriam proponit ante declinatoriam fori , præcludat ſibi viam ad eandem declinatoriam poſt proponendam, quoniam videatur in Judicem conſenſiſſe , & ejus juriſdictionem efficaciter prorogaſſe.

Con-

992 Contrariam tamen ſententiam, quinimò per propoſitionem exceptionum dilatoriarum non eſſe efficaciter prorogatam juriſdictionem Judicis, neque induci conſenſum, & ſubjectionem in eum efficacem, quin poſsit poſt declinari, ſentit Fulgoſius *in d. l. ſi convenerit, n.* 5. Imola *in d. l. quidam conſulebant, n.* 19. *cum ſeqq. ff. de re judic. & in d. cap. inter Monaſterium* 20. *extra eod. tit. n.* 7. & in eam ſatis inclinat Felinus *n.* 4. *ibidem* Anton. de Matthæis *de prorogat. juriſdict. n.* 12. *§. videamus, circa finem, in verſ. Dubium eſt*, pro qua Bartholom. Socin. *in d. l. ſi convenerit, n.* 28. refert Gloſſam, Jacob. de Aret. Cyn. Joan. Andream, Speculat. Bald. Angel. & Franciſc. Aretin. ac proinde erit hæc ſententia communis contra communem. Quæ probatur primò, quia uſque ad litis conteſtationem poteſt opponi declinatoria contra Judicem, *l. apertiſsimi, C. de judic. l. nemo, C. de juriſdict. omn. judic. Authent. offeratur, C. de litis conteſt.* Ergò dum lis non eſt conteſtata, quamvis aliæ exceptiones ſint propoſitæ, nondum elapſum eſt tempus proponendi declinatoriam. Secundò, quia omnis exceptio, quæ opponitur ante conteſtationem, videtur opponi fine reppellendi judicium, & licèt quantum ad cognitionem illius exceptionis, videatur prorogata juriſdictio, non tamen debet videri prorogata quoad cauſam principalem, quia inducta ad unum finem, non debent operari contrarium, *l. quod favore, C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. jur. in ſexto.* Tertiò, quia qui approbat Judicem ſuper dilatoriis, quæ ſunt parvi momenti, non approbat eum neceſſariò ſuper cauſa principali, quæ affert gravius præjudicium: hoc enim eſt arguere de minori ad majus affirmativè, quod argumentum non valet, ut notatur *in cap. cùm in cunctis, de elect. & in Authent. multo magis, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Quartò, quia tacitus conſenſus in aliquibus actibus judicii, non porrigitur ad alios actus, qui ſequuntur, ut notatur per Gloſſam *in Clement. ſæpè, de verbor. ſignific. verb. Partibus*, approbatam à Doctoribus ibi, & Panormit. *in cap. quoniam contra, n.* 37. *in fin. de probationibus*, conſenſus enim limitatus limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer domin.* & conſenſus tacitus limitatur juxta actum ex quo colligitur, *l. ultima, C. ne uxor pro marito*, dixi *ſupra eod. diſput. n.* 381.

993 Nihilominus non eſt recedendum a priori ſententia, quæ verior, & communior eſt, neque obſtant argumenta propoſita. Nam ad primum reſpondetur, textum *in d. l. apertiſsimi, cum ſimilibus*, eſſe intelligendum regulariter, dummodo ante litis conteſtationem non ſit factus alter actus, ex quo inducatur conſenſus in Judicem, nam ſi ejuſmodi actus fiat, exinde, etiamſi lis conteſtata non ſit, non poterit declinari juriſdictio; ita reſpondet Decius ex ſententia Alexandri, & Panormitani *in d. cap.* 1. 1. *lectur. n.* 175. *de judiciis, & in d. l. ſi convenerit, n.* 24. Ad ſecundum dicendum eſt, exceptionem, quæ ante litem conteſtatam opponitur, tendere ad excludendum judicium, non omninò & ſimpliciter, ſed eo reſpectu, quo objicitur, videlicèt reſpectu libelli, vel reſpectu Procuratoris, vel reſpectu actoris, ſed non reſpectu Judicis, contra quem cùm nihil opponatur, cenſetur ejus juriſdictio approbata, ſiquidem coram eo excipitur, & ab eo petitur ſuper exceptione pronunciari, *d. l ſed etſi ſuſcepit, in princ. ff. de judiciis*, unde inducta ad unum finem uno reſpectu, alio reſpectu in conſequentiam, contrarium quoque operatur, *l. denique, §. interdum*, ubi Bart. per illum textum *ff. de pecul. legat.* Decius *in cap. intelleximus, n.* 29. *de judiciis*, ita reſpondet idem Decius *in d. cap.* 1. 1. *lectur. n.* 176. *& in d. l. ſi convenerit, n.* 24. *in fin.* Ad tertium, & quartum dicendum eſt, conſenſum qui colligitur ex oppoſitione dilatoriarum coram Judice, tametſi videatur limitatus circa exceptiones ipſas propoſitas, non eſſe limitatum circa perſonam Judicis, contra quam nihil opponitur; ac per conſequens ejus juriſdictio approbatur: ideò qui Judicem approbat in præparatoriis, non poteſt illum in cauſa principali recuſare, *l. ordinarii*, ubi Baldus *n.* 2. *C. de rei vendicat.* ita reſpondet idem Decius *in d.*

d. cap. 1. *ex n.* 179. *& in d.l. ſi convenerit, num.* 25.

994 Retenta igitur prædicta priori opinione limitatur. Primò, ut non procedat quando exceptio propoſita reſpicit perſonam Judicis, & ejus juriſdictionem, nam cùm tunc ei denegetur juriſdictio, etiamſi petatur pronunciatio ſuper exceptione, non videtur approbata perſona Judicis in cauſa principali, neque facta ſubmiſsio, quin poſsit poſtea idem Judex declinari, ut probat textus *in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcrip.* Hanc limitationem tradit Panormit. *in cap. inter Monaſterium, n.* 20. Felinus ibi, *n.* 6. *de re judic.* Baldus *in l. non videtur* 33. *in* 1. *lect. ff. de judiciis*, Decius *in d. l. ſi convenerit, n.* 25. *ff. de juriſdict. omn. judic. & in cap.* 1. *n.* 181. *&* 182. *de judic. in* 1. *lectur.*

995 Limita ſecundò, ſi quis propoſita exceptione proteſteur ſe non conſentire in Judicem, quoniam proteſtatio conſervat jus proteſtantis. Hanc limitationem tradit Decius *in d. cap.* 1. 1. *lect. n.* 187. *de judiciis*, Felinus *in d. cap. inter Monaſterium, n.* 8. Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 3. *n.* 16. *ff. de judiciis*, ubi alios refert.

996 Limita tertiò, ut non procedat, etiamſi Judex formaret inquiſitionem contra aliquem in caſu prohibito: tunc enim etiamſi inquiſitus proponeret coram ipſo quaslibet exceptiones dilatorias, non fieret prorogatio, quin poſſet quandocumque declinare juriſdictionem ejus. Ratio eſt, quia per exceptionem declinatoriam judicium rederetur retro nullum. Hanc limitationem tradunt Baldus *in l. licèt* 24. *n.* 6. *C. de Procurat.* Alex. *in l. quidam conſulebant* 57. *n.* 21. *de re judic.* Socinus *in d.l. ſi convenerit, n.* 28. *in fine*, Decius *n.* 26. *& in d. cap.* 1. *n.* 183. *cum ſeqq.* Alias limitationes vide apud Felinum *in d. cap. inter Monaſterium, ex n.* 5. *de re judic.*

997 Quod ad cæteros actus judiciales poſitivos citra litis conteſtationem pertinet, ſi quis petat copiam libelli, non videtur in Judicem conſentire, neque prorogat juriſdictionem ejus, *l. non videtur* 33. *ff. de re judic.* ubi omnes. Imò potius videtur petere, ut deliberet; ut *in l.* 1. *ff. de edendo, & in Authent. offeratur, C. de litis conteſtat.* & notat Bart. *in d. l. ſi convenerit, n.* 2. Oroſcius *n.* 10. Cagnolus *n.* 18. idem Bart. *in d. l. quidam conſulebant, n.* 10. Imola *n.* 18. Alex. *n.* 24. Butrius *in d. cap. P. & G. n.* 21. Imola ibidem *num.* 110. *de offic. delegat.* Panormit. *in d. cap. inter Monaſterium, n.* 6. *&* 9. Felin. *n.* 9. Maranta *in praxi, d. diſtinct.* 12. *n.* 11. Item nec per ſatiſdationem de judicio ſiſti, quia in illa ſubintelligitur conditio, niſi Judex poſtea ex legitima cauſa declinaretur, aut recuſaretur, ut notat Bart. *in d. l. ſi convenerit, n.* 2. Romanus ibi *n.* 1. & cæteri modo relati ex textu *in Authent. offeratur, C. de litis conteſtat.* & Fulgoſius *in eadem l. ſi convenerit, n.* 12. *verſ. Quarta limitatio eſt*, ubi limitat. Item nec per ſatiſdationem de judicato ſolvendo, ut notat idem Bart. *in l. vir bonus* 18. *n.* 4. *ff. de judic. ſolut.* Socin. *in d.l. ſi convenerit, n.* 29. Oroſcius *n.* 9. Cagnolus *n.* 18. Imola *in d.l. quidam conſulebant* 57. *n.* 19. Alex. *n.* 24. qui limitant. Addendi ſunt Marian. Socin. *in d. cap. ſignificaſti, n.* 47. *de foro compet.* Marſilius *ſingul.* 227. *per dationem*, Menoch. *de præſumptionib. libr.* 2. *præſumpt.* 19. *ex n.* 7. Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 19. Tuſchus *litter. P. concl.* 926. *n.* 10. Nec per confeſsionem rei coram incompetenti prorogatur juriſdictio, neque inducitur tacitus conſenſus, & ſubjectio, ſeu ſubmiſsio; quia non ſponte, ſed compulſus illam videtur facere, docet Fulgoſ. *in d.l. ſi convenerit, n.* 15. *in fin. verſ. Vigeſimaquinta*, Socinus *conſ.* 108. *n.* 20. *vol.* 4. qui probat optimis rationibus, Maranta *in praxi*, 4. *p. d. diſtinct.* 12. *n.* 13. Farinac. *in praxi, q.* 7. *n.* 4. *verſ. Sublimitando*, Avend. *reſponſ.* 40. *n.* 6. *verſ. Secus verò*, Boſsius *titul. de foro compet. n.* 179. Decianus *d. cap.* 23. *n.* 15. *& n.* 16. omninò videndus, tametſi contra ſentiat Gregor. *in l.* 15. *tit.* 1. *p.* 7. *gloſſ.* 2. & Angelus *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de confeſsis*, Angelus Aretinus *de maleficiis, verb. Comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum, num.* 4. *&* 5.

998 Cæterùm tacitus iſte conſenſus idoneus ad prorogationem, non ſemper elicitur ex actibus poſitivis, ſed quandoque

etiam

etiam præsumitur ex negativis, ut ex omissione, patientia, & taciturnitate: nam si partes patiantur aliquem Judicem procedere in causa, & decernere tanquam Judicem aliquid contra eos, nihil opponentes, neque jurisdictionem declinantes, is tacitus consensus sufficit ad inducendam prorogationem, ut probat textus *in l. sed etsi suscepit, in princ. ff. de judic. & in l. ultim. C. de exception.* & notat Alex. *in l. 2. n. 12.* Jaso *n. 39. ff. si quis in jus vocat non jer.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 19. n. 6.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. n. 8.* quemadmodum ex parte Judicis satis videtur acceptata prorogatio, si patiatur partes coram eo in judicium venire, & actiones suas proponere, tanquam coram Judice, ut notat idem Alex. *in d. l. si convenerit, n. 7.* Oroscius *n. 8. de jurisdict. omn. judic.* Felin. *in cap. causam quæ 14. n. 10. in fin. de re judic.* Imola *in d. cap. P. & G. n. 62. in fin. de offic. delegat.* Menoch. *consil. 340. n. 57. libr. 4.* Barbosa *ubi supra, n. 9.* qui *n. 10.* rejicitit sententiam contrarium sentientium.

999 Verùm an iste tacitus consensus semel præstitus, & ex ista omissione, & patientia elicitus, inducat prorogationem limitatam, respectu illius judicii solùm, & instantiæ, in qua adhibetur; itaut, qui sic tacitè consensit in Judicem, & ejus jurisdictionem prorogavit, si judicium redderetur retro nullum, aut perimeretur instantia, possit in judicio novo denuò inchoando dissentire, & Judicem declinare; an verò arguat prorogationem diuturnam, & durabilem, respectu causæ, etiam novo judicio discussæ, ex qua, qui semel Judicem approbavit, amplius reprobare non possit, & præcluserit sibi viam, ad proponendam deinceps declinatoriam in eadem causa, tractant Bald. *in d. l. si convenerit*, 1. *lect. n.* 4. Angel. *n. 3.* Paulus *n. 6.* Alex. *n. 21.* Socinus *n. 31.* Decius *in d. cap. 1. 1. lect. ex n.* 95. Alciatus *n. 27. & 28. de judiciis*, Romanus *singul. 145. ultimo dico tibi*, Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n. 12. circa finem, vers. Hic venit inserendus casus*, Hyppolitus Riminaldus *in repet. cap. 1. ex n. 79. de judiciis.* Et communis resolutio est, non præcludi viam declinatoriæ in alio judicio, saltem in casu consensus taciti, qui videtur esse limitatus solum ad præsentem instantiam judicii, & ad futurum non extendi.

1000 Oportet tandem hac in re animadvertere, quamvis ad prorogationem satis sit præsumptus consensus, qui tacitè elicitur ex prædictis actibus, seu positivis, seu negativis ut dictum est, non sat esse ad prorogationem consensum fictum, & interprætativum, inductum per legem: unde licèt contumax interprætativè habeatur pro consentiente, *l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrogat. action.* tamen iste fictus consensus non est idoneus ad inducendam prorogationem. Quare licèt Judex procedat contra non subditum absentem tanquam contumacem, & sic se gerat pro Judice; absens autem taceat, & se judicio non sistat, neque compareat, allegans declinatoriam; poterit quidem procedere contra eum ad mulctam, juxta notata *in l. si quis ex aliena, ff. de judiciis*; non tamen censebitur verè prorogata ejus jurisdictio, & ideò alia gesta per eumdem Judicem erunt invalida, & irrita. Quod videtur probari *in l. si quis ex consensu 7. C. de Episcop. audient.* ubi notant Bald. *n. 7.* Fulgos. *in d. l. si convenerit, n. 12. vers. Nona limitatio, cum n. 13. sequenti*, Panormit. *in d. cap. P. & G. n. 21. de offic. deleg.* Marian. Socin. *in d. cap. significasti, n. 37. vers. Adverte tamen, de foro compet.* Franchus *in cap. si duobus 7. in princ. n. 30. de appellationib.* Jaso *in l. 2. n. 39. ff. si quis in jus vocat non jer.* Romanus *cons. 48. n. 1. ad fin.* Afflictis *decis. 133.* Thomas Grammat. *vot. 27. n. 2. & 3.* Maranta *in praxi 4. p. d. distinct. 12. n. 16.* Follerius *in pract. crimin. 4. p. 3. p. Rubr. etsi confitebuntur, n. 24.* Tuschus *litt. P. concl. 926. n. 6.* Caravita *rit. 205. n. 5.* Surdus *decis. 26. n. 14.* Farinac. *in praxi, q. 7. n. 4. vers. Sublimita secundo*, Bosius *tit. de foro compet. n. 180.* Capiblanc. *in pragm. 8. p. 1. n. 115. & 116. de Baronibus*, Cancer *variar. resolut. p. 2. cap. 2. n. 196.* Barbosa *in d. art. 3. ex n. 11.*

1001 Quæ tamen conclusio, ut per contumaciam non inducatur prorogatio, li-

limitanda est ex mente prædictorum, ut procedat, quoties Judex cognoscens de causa contumacis est ipso jure incompetens; secus si esset incompetens ope exceptionis, quam posset allegare reus comparens, cui competeret fori præscriptio, seu privilegium. Nam cùm per contumaciam amittatur exceptio fori declinatoria, & ei videatur renunciatum, ut dixi *supra q.6. sect. 7. n.600.* cum plurimis Doctoribus, quos retuli, & ex Innocentio notat Franchus *in d. cap. si duobus, in princ. n.29. & 30. de appellat.* semel contumax non poterit postea effugere judicium. Hæc tamen revera non est prorogatio jurisdictionis, cùm non sit augmentum jurisdictionis Judicis competentis, sed potius non diminutio, resultans ex amissione exceptionis, seu remotio obstaculi, ut rectè notat Bald. *in d.l. si convenerit, in 1.lect.n.1.in fin. ff.de jurisdict.omn. judic.* & Joan.Faber *in l. si qui ex consensu, in princ. C. de Episcop. audient.* Tametsi,ut verum fatear,hæc doctrina eam facultatem patiatur, quod non incurritur contumacia cùm Judex est incompetens,mero jure,cùm citatio ejusmodi Judicis non arctet citatum, ut rectè Follerius, *ubi supra*, animadvertit.

1002 Si verò Judex incompetens pronunciaret se competentem contra contumacem, qui per contumaciam redderetur inhabilis ad appellandum, non posset postea declinatoriam opponere, neque dicere jurisdictionem non esse prorogatam, ut docet Bart. *in repet. l. ex quacumque 2. n. 6. ff. si quis in jus voc.non jer.* cujus doctrinam sequitur Fulgos. *in d. l. si convenerit, n.12. vers. Septima limitatio*, Gregor. Lopez *in l.15. tit.22. p.3. gloss.1.* Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n.16. vers. Tertiò limitationem intellige*, Afflictis *decis. 354.n.15.* Barbosa *d.art.3.n.20.* latè examinat, & declarat Marianus *in d.cap. significasti, n.37.* Decius *cons.18. n.5.* qui limitat in casu, quo jurisdictio non est prorogabilis. Hactenus de consensu tacito, ex quo inducitur prorogatio.

1003 Veniamus jam ad consensum expressum. Qua in re indubitatum est, si litigantes expressè conveniant inter se, ut certus Judex, cui non sunt subditi, de causa aliqua cognoscat,ex eo consensu ejus jurisdictionem censeri prorogatam, ut possit de ea causa cognoscere, ut continetur in textu expresso *in l. si convenerit 18.ff.de jurisdict. omn. judic.* isque consensus sine ullo alio adjuncto,sat est ad inducendam mero jure prorogationem, donec prorogantium voluntas mutata non fuerit, & legitimandam jurisdictionem Judicis, in quem litigantes consenserunt, ut possit procedere in causa ad decretum citationis, quod est prima sententia interloquutoria, juxta rectè notata à Joan. de Imola *in d. l. quidam consulebant 57. num.23. ff. de re judic.* quemadmodum egregiè adnotarunt Joan. Andreas *ad Speculat. lib.2. tit. de compet.judic. adition. §. 1. n.9. ad verb. convenerit*, idem Imola *in d.cap. P. & G. n.112. de offic. delegat.* Alex. *in d. l. si convenerit, n.8. in fin.* Socin.ibi *n.5. & n.27.*qui dicit communem sententiam Legistarum, & Canonistarum, idem Decius *in cap.1. 1.lect. n. 146. de judic.* Seraphinus *de privilegiis juramenti, privileg.74. n.183.* non jure reprehensi à Barbosa *in d. art.3. n.123.* qui non distinguit inter prorogationem revocabilem, & irrevocabilem, quasi ad adquirendam etiam revocabiliter jurisdictionem in prorogantes requireretur præter consensum,ut se Judici subjicerent,in qua eadem sententia videtur esse Anton. Faber *in rationalibus ad eandem l.si convenerit,verb.Mutata voluntas,*quod est planè falsum,& contra textum *in d.l. si convenerit.*

1004 Isto verò expresso consensu in Judicem, conventione litigantium declarato, tametsi mero jure inducatur prorogatio jurisdictionis, non tamen oritur prorogatio firma, & irrevocabilis, nisi partes in eadem voluntate perseverent; imò verò revocabilis per pœnitentiam,usque quo Judex adeatur; ut probat expressè textus *in d. l. si convenerit*, in prima sui parte, quæ statuit non esse compellendos stare conventioni, qui convenerunt, ut alienus Judex adiretur, si priùsquam adeatur, mutata voluntas fuerit.

1005 An autem mutatio voluntatis, quæ prorogationem revocat, & dissolvit, debeat intervenire ex utraque parte consentiente; an verò satis sit unius dissensus, ut evanescat cœpta prorogatio, difficultas est. In qua sunt, qui sentiant pœnitentiam illam, qua conventio, & consensus de Judice dissolvitur, ex utraque parte intercedere debere, alioqui unius partis dissensu conventionem non dissolvi, neque consensum revocari: regulare enim esse, ut quæ duorum consensu gesta sunt, eorum dissensu retractentur; juxta regulam textus *in §. hoc amplius, instit. quib. mod. tollit oblig. & in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* Hujus sententię meminit Alberic. *in d. l. si conven. ante n. 1.* credens eo sensu legem accidi posse, & nullam pati difficultatem: eamque amplectitur Decius ibidem *n. 1. & in cap. 1. 1. lect. n. 92.* Alciatus ibi *n. 22. de judiciis, & lib. 2. Paradoxorum, cap. 17.* Corrasius *libr. 5.* Miscellan. *cap. 5.* Covarr. *in cap. quamvis pactum 1. p. §. 4. n. 13. de pact. in 6.* Federic. Martini *de jure censuum, cap. 6. n. 323.*

1006 Nihilominus communior, & verior sententiam affirmat ex dissensu unius, & ejus solius pœnitentia irritari, & infirmari conventionem de Judice inter duos privatos factam, dummodò contingat dissensus, antequam Judex adeatur. Ita sentiunt Cynus *in d. l. qui ex consensu, n. 9. C. de Episcop. audient.* Bart. Alberic. Bald. *in 1. lect.* Angel. Paul. Fulgos. Socin. Alexand. Jaso, Oroscius *in l. si convenerit 18. ff. de jurisd. omn. judic.* omnes *n. 1.* præsupponentes eam conventionem non obligare paciscentes, quin ab ea, antequam Judex adeatur, possint recedere, Guido Papæ *decis. 77. n. 1.* Cujacius *ad Africanum, tractat. 7. ad d. l. si convenerit*, Anton. Faber *in rationalibus in pandectas ad eandem legem*, & Anastas. Germon. *lib. 2. animadversion. cap. 22.* Etenim si lex de mutata voluntate utriusque paciscentium exponenda esset, quam potuisset habere rationem dubitandi, ut de ea re quęsitus fuisset Africanus Jurisconsultus ejus legis auctor *in libr. 7. quæstionum.* Monebat autem dubitandi rationem, ut rectè considerat Barthol. Socin. *ubi supra*, quòd cùm pactum illud, neque esset adversus leges, neque adversus bonos mores videbatur esse servandum, & ab eo unius pœnitentia recedi non licere, *l. jurisgentium 7. §. ait Prętor, ff. de pact. l. sicut, C. de action. & oblig.*

1007 Rationes verò decidendi ejus legis diversas reddunt Doctores, ut sentiunt diversis sensibus esse accipiendam. Etenim qui credunt speciale esse in pacto de jurisdictione proroganda, ut unius dissensu dissolvatur, inter quos sunt Socinus *in d. l. si convenerit, n. 1.* Jaso *n. 1.* Cagnolus *n. 29.* rationes decidendi dicunt esse. Primò, quia hoc pactum versatur circa jurisdictionem, quæ publici juris est, *l. 1. §. hujus studii. ff. de justit. & jur.* & ideò non subjecta pactis privatorum, *d. l. jurisgentium 7. §. si paciscar, & §. & generaliter, l. jus publicum 39. ff. de pactis, l. privatorum, C. de jurisdict. omn. judic. cap. si diligenti 12.* ubi Glossa prima optima *de foro compet.* Inde fit, ut hoc pactum sit minus efficax, quàm cætera, & non solùm non producat actione, quod omnibus nudis commune est, *d. l. jurisgentium, §. sed cùm nulla in fine*; sed neque exceptionem, quod est peculiare. Secundò, quia durissimum est, quem invitum coram suspecto Judice litigare, *l. apertissimi, C. de judic.* Tertiò, quia per hanc pœnitentiam recurritur ad jus commune, idest ad jurisdictionem ordinariam, quæ favorabilis est, atque ita facili negocio res revertitur in suam pristinam naturam, *l. si unus 27. §. pactus ne peteret, vers. Quod & in specie, ff. de pact.* Quartò, addit Anton. Faber *in præditam l. si convenerit in rationalibus*, competens Magistratus jurisdictionem habet in invitum, *l. inter stipulantem 83. §. si stychum, ff. de verbor. obligat. l. nemo, C. de jurisdiction. omn. judic.* sed qui est incompetens non potest habere nisi in volentem, *l. si quis filio 6. §. quid si quis, ff. de injusto, rupto, irritoque fact. testament.* volens autem intelligitur, non qui voluit, sed qui vult eo præcisè tempore, quo exercetur primus actus jurisdictionis. Quod idem dixerat Julius Pacius *legum conciliatarum, cent. 1. ex tit. de jurisdictione, q. 60.*

1008 Ripa tamen *in cap. 1. n. 48. de ju-*

Judiciis, has, & alias rationes rejicit, & impugnat, quamvis ipse nullam reddat. Hæc autem interpretatio ideò displicet Petro Barbosæ *in d.art.* 3. *n.* 85. quia in ea recurritur ad specialitatem, quod Glossa *in l. filium, quem habentem, verb. Hæreditaria parte prædii, in princ. C. famil. herciscund.* vocat refugium miserorum. Sed non potest censeri refugium miserorum recursus ad specialitatem, cùm redditur specialis ratio; quemadmodum in hoc casu reddunt Doctores, & ego in has rationes decidendi magis inclino.

1009 Ex quibus decidendi rationibus colligitur decisionem *d.l. si convenerit*, ampliandam esse, ut procedat, non solùm cùm consensus in Judicem continet pactum nudum, sed etiamsi contineat stipulationem, & pœnam: nam nihilominus poterit à contractu impunè recedi, quia cùm lex utatur generali conventionis verbo, quod comprehendit tàm pactum, quàm stipulationem, *l.* 1. §. *conventio, ff. de pactis*, & sub eodem verbo generali pœnitentiam permittat, & re cessum à priori voluntate antequam Judex adeatur, quod fit lege permittente, pœnam non meretur, *l. Grachus, C. ad legem Jul. de adulteriis*, & in hoc conventionis genere id voluit lex esse speciale, ob id, quod versetur circa jurisdictionem, quæ utpotè ad jus publicum spectans privatorum pactis subdita non est, ut probavi *n.* 1007. *anteced.* Est autem regula non valere stipulationem interpositam de his, pro quibus paciscì non licet, *d. l. jurisgentium*, §. *& generaliter, versic. Etsi stipulatio, ff. de pactis.* Similiter idem dicendum erit, attento jure Canonico, & Regio Castellæ, juxta quæ regulariter actio datur ex pacto nudo, *cap.* 1. *cap.* 3. *de pactis, l.* 2. *tit.* 16. *libr.* 5. *Recopil.* non esse dandam nihilominus actionem ad interesse, aut pœnam, ex hac conventione; quoniam ex eo jus in illa mutationem voluntatis permittit, ne omninò privatorum pactionibus attinentia ad jurisdictionem subjiciat, ob quam eandem rationem, neque ex pacto orietur exceptio mutata voluntate, quemadmodum neque ex stipulatione actio efficax, quoniam mutata voluntate, & pactum, & stipulatio redduntur omninò inefficacia.

1010 Verùm Bart. *in d.l. si convenerit*, Alberic. Fulgos. & Paulus ibidem, omnes *n.* 1. Butrius *in cap.* 1. *n.* 37. 38. & 39. Zabarella *n.* 5. Panormit. *num.* 20. *de judiciis*, Joan. Imola *in d. cap. P. & G. n.* 106. *de offic. deleg.* Marian. Socin. *in d.cap. significasti, n.* 46. *de foro compet.* Cujacius *tract.* 7. *ad Africanum ad eandem l. si convenerit*, Julius Pacius *legum conciliatarum, centur.* 1. *tit. de jurisdict. d. q.* 60. Fachineus *libr.* 1. *controversiarum, cap.* 61. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 28. *n.* 2. Barbosa *d.art.* 3. *n.* 87. & 88. Additio Ferrerii *ad Guidonem Papæ decis.* 77. existimant textum *in d. l. si convenerit*, esse interpretandum, ut agat solùm de pacto nudo, & cùm ex pacto nudo non detur actio, *d.l. jurisgentium*, §. *sed cùm nulla, ff. de pactis*, non discedendo à communibus regulis juris, neque recurrendo ad specialitatem, dicitur in eo textu neminem compelli ejusmodi conventioni stare mutata voluntate, quod regulare est in quovis pacto nudo, non speciale in pacto de jurisdictione proroganda. Quare in hoc casu nonnulli Doctores non rectè utuntur nomine pœnitentiæ, quod cadit solùm propriè in contractus innominatos, qui producunt actionem, *l. naturalis, ff. de præscript. verb.* A quibus re integra pœnitentia receditur, *l. si pecuniam* 5. *in princip. ff. de condictione causa data*: at cùm ex pacto nudo actio non oriatur, *d.* §. *sed cum nulla*, pœnitentiæ verbum in eo non rectè cadit, juxta Glossam *in l. si cum fundum* 37. *verb. Possideret, ff. de pactis.* Incidit tamen in hac interpretatione illa difficultas, quoniam si generale est, ut ex pacto nudo actio non oriatur, & nemo illi stare compellatur, nulla videtur fuisse ratio dubitandi, *in d.l. si convenerit.*

1011 Quidquid sit, illud est indubitatum, pactum de proroganda jurisdictione non esse ejus naturæ, ut ab eo recedi non possit mutata voluntate, nisi quid aliud eidem superaddatur, quo reddatur firmum, efficax, & irretractabile, ut planè probat textus *in d.l. si convenerit.*

1012 Ex hucusque dictis infertur, cùm

ad prorogationem sit necessarius consensus, ea omnia, quæ consensui adversantur repugnare prorogationi, eamque tollere. Quæ inter alia prorogationis impedimenta enumerat Cynus *in l. si qui ex consensu, n.* 10. C. *de Episcop. audient.* Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinamenti, verf. Error, col. mihi* 890.

1013 In primis error, ut impedit consensum, impedit prorogationem, *l. si per errorem* 15. ubi communiter Interpretes, *ff. de jurisdict. omn. judic. l. consensisse* 2. *in princip. ff. de judiciis, l.* 15. *tit.* 22. *part.* 3. & ubi Glossa secunda, & Glossa tertia *in l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. Error enim consensum tollit, & nihil tàm contrarium consensui, quàm error, *l. cum testamentum, cum l. sequenti,* ubi notat Bart. *ff. de juris, & fact. ignor.* ubi dicitur, *voluntatem, & consensum errantis nullum esse.* Nihil quippè voluntum est, quin præcognitum, juxta Philosophorum axioma, quod assumit Bald. *in l. certi juris n.* 2. C. *de locato, & in l. quæ fortuitis, n.* 2. C. *de pignorat. action.* & ideò errorem consensui repugnare docent unanimi consensu Philosophi post Aristotelem, *libr.* 3. *moralium ad Nichomacum, cap.* 1. & 2. quem commemoravi *supra n.* 366. & Theologi post Magistrum sententiarum *in quart. distinct.* 30. D. Thomas *prima secundæ, q.* 6. *art.* 8. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 18. *ex n.* 1. Cardin. Tusch. *litter. C. concl.* 754. & in proposito tradunt Marianus Socinus *in d. cap. significasti, n.* 38. *de foro compet.* Bartholom. Socinus *regul.* 265. qui adjicit 5. *limitationes, aliàs litter. I. regul.* 38. idem Card. Tusch. *litt. P. concl.* 926. *n.* 12. & 13. Dueñas *regul.* 257. Maranta *in praxi,* 4. *p. d. distinct.* 12. *n.* 21. Decianus *tract. crimin. libr.* 4. *cap.* 23. *n.* 13. Anton. de Matthæis *de prorog. jurisdict. n.* 16. *verf. Tertiò limitatur,* Jul. Pacius *legum conciliatarum, d. cent.* 1. *ex tit. de jurisdict. q.* 59. Barbosa *d. art.* 3. *ex n.* 21. qui rectè extendit eandem conclusionem, ut similiter ac error, dubitatio prorogationem impediat, & ubi intervenit dubitatio, excludatur consensus ad prorogationem necessarius, ex Bart. Baldo, Paulo: notat etiam Decianus *d. n.* 13. Et procedit, sive erret utraque pars, sive altera tantum, sive error contingat ante, sive post litem contestatam, sive sit error juris, sive facti, ut docet Glossa *in d. l. si per errorem, verb. Qui errant,* Didacus Perez *in d. l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinam. col.* 890. *verf. Error,* & Barbosa *ubi supra, d. art.* 3. *n.* 22. & 23. quidquid contrarium de errore juris sentiat Isernia *in constit. statuimus, in fine, de offic. Magist. Justitiar.* & ibidem Afflictis *n.* 44. illum sequutus. Nam consensus, qui elicitur ex errore juris, juxta *l. non fatetur, de confess.* est interpretativus, qui non satis est ad prorogationem, ut superius animadverti *n.* 1000. Cæterum consensum, tùm expressum, tùm præsumptum, & tacitum, tollit planè error juris, & ex consequenti impedit prorogationem. Errorem autem, & ignorantiam in dubio præsumi, si quis in Judicem non suum consentiat, notant Speculat. *lib.* 2. *tit. de compet. Judic. adition. §.* 1. *n.* 7. *verf. Sed numquid,* Jaso *in d. l. si per errorem, n.* 10. Socinus *cons.* 108. *n.* 20. *lib.* 4. Natta *cons.* 82. *n.* 12. & 13. *libr.* 1. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 2. *præsumpt.* 19. *n.* 12. Tuschus *litt. P. concl.* 926. *n.* 14. Giurba *cons.* 77. *n.* 25. quorum doctrinam examinat, declarat, & prosequitur Barbosa *d. art.* 3. *ex n.* 26. omninò videndus, & approbat Syntagma communium opinionum *lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 116.

1014 Secundò, etiam consensum impedit violentia, & coactio, quæ eatenus impedimento est prorogationi. Quare si per vim, & metum, quis compellatur, aut in Judice consentire, aut actum facere, quo ejus se jurisdictioni subjiciat, nulla erit prorogatio, neque Judex adquiret jurisdictionem aliquam in prorogantem. Ita probat textus *in l.* 2. *in princ. ff. de judiciis, & in l. si qui ex consensu* 8. C. *de Episc. audient.* juxta interpretationem Glossæ ibi, *scholio ultimo, & in l.* 15. *tit.* 22. *p.* 3. ex quibus receptum est, metu irritari ipso jure prorogationem jurisdictionis. Notat Paulus *in l. in criminali, n.* 7. C. *de jurisdict. omn. judic.* Imola *in d. cap. P. & G. n.* 58. *de offic. deleg.* Roland. à Valle *cons.* 2. *n.* 85. & 86. *vol.* 1. & *consil.* 57. *ex n.* 53. *vol.* 3. Anton. de Matthæis *de*

pro-

prorog. jurisdict. n.16. vers. Quintò principaliter limitatur, Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap.23. n.14.* Sarmiento *de reddit. Eccles. 1.p. cap.4. n.8.* Antonius Faber *in rationalibus ad l.2. in princ. verb. Viribus præturæ compulsus ff. de judiciis*, Balthasar Mongollon *tractat. de iis, quæ vi, metusve causa fiunt, cap.9. n.18.* Et cùm regulare sit gesta per metum mero jure valere, tametsi rescindenda sint per restitutionem, seu actionem, quod metus causa, *l. si mulier 21. §. si metu, ff. de eo, quod met. caus.* Sanchez *de matrim. libr.4. disput.8. ex n.4.* qui refert omnes; tamen speciale esse in prorogandà jurisdictione, ut prorogationem metus ipso jure nullam reddat, sensit Glossa prima circa finem *in cap. Abbas 2. de iis, quæ vi*, ubi Panormit. *n.12. & in d.cap. P. & G. n.22. in fine*, & ibi Imola *n.59.* item Glossa *in d. l. si mulier 21. §. si dos, verb. Ullam esse, in fine scholii, & in l.1. §.ultimo, in verb. Non valet, ff. de auctor.tut.* Bart. *in l.2. ante n.1. ff. de judic.* Bald. *in d.l. si qui ex consensu, n.7.* Marian. *in d. cap. significasti, n.39.* Barbosa *in l.1. art.3.n.45. ff. de judic.* Et universim si quis per metum alium in superiorem recognoscat, recognitionem ipso jure nullam esse, neque quæri jurisdictionem metum inferenti, sentit idem Bart. *in tract. de tirania, n.14.* Panormit. *in cap. licèt de vitanda 6. n.12. de election. & conf.3. n.5. vers. Videntur autem, 2. p.* conferunt, quæ tradit Decius 690. *n.14. cum seqq.*

1015 Ut verum fatear, communem istam sententiam non videtur nimis urgenter probare textus *in d. l.2. in princ. ff. de judiciis*, cui facilè posset responderi, cùm, de quo ibi, viribus præturæ compulsum pati, non agere, ac per consequens nullum in ea passione ejus consensum intercessisse, sive tacitum, sive expressum, ex quo etiam mero jure induci possit prorogatio. Ex actibus enim consistentibus in passionem nullus inducitur consensus; notat Innoc. *in cap. olim 17. n.2. de restit. spoliator.* Antonius Butrius *in cap. gratum 20. n.21. vers. Nota limitationem, de offic. deleg.* Imola ibidem *n.16.* Felinus *in cap. cum M. Ferrarienses 9. num. 80. in fin. de constit.* At si feciisset aliquid, & consensisset, quamvis consensu coacto, valuisset saltem mero jure prorogatio, licèt veniret rescindenda per actionem, quod metus causa, ut valuit susceptio judicii, ad quam Prætor compullerat, *in l. interdum 5. ff. quod fals. tut. auctor.* ad quam rescindendam restitutione opus fuit, atque ita nihil in hoc articulo reperiri speciale, aut extraordinarium, sed observandam esse communem regulam, ut valeant mero jure, quæ metu gesta sunt, juxta textum *in d. l. si mulier, §. si metu.*

1016 Aliquid tamen dandum est communi persuationi, cui tametsi adversari videatur textus *in d. l. in princ.* dum verbum, *resistere*, ibi positum, significat factam à Prætore vim aliquam expulsivam, ablativam, aut inquietativam, quibus resisti solet, & qui resistit agit, qui verò vincitur, patitur, & nihil agit: atque ideò eas sustinet sine consensu aliquo ex parte sua, ex quo possit etiam mero jure inferri prorogatio, tamen idem textus eidem ex alia parte favet, dum adjungit verbum, *viribus præturæ compulsus est*, quod significat vim compulsivam, qua quis compellitur facere, quod spontè aliàs minimè esset facturus; significat igitur Ulpianus, metu præturæ compulsum eum, de quo agit, actum aliquem, tametsi coactum feciisse, quo consentire in Judicem visus sit, quæ vis in aliis regulariter locum facit actioni, quod metus causa, ut adnotavit Menoch. *in præludiis, de recuper. possess. n.41.* Caballus *resol. crimin. cent.1. cas.95.n.10. cum seqq.* in hoc verò speciali prorogationis, de quo agimus, reddit actum mero jure nullum, juxta commune Interpretum placitum.

1017 Neque obstat textus *in d. l. interdum*, nam Glossa ibi, *verb. Restitutio.* Respondet, rationem diversitatis in illo casu esse, quod ibi agatur de Judice suo proprio, & competenti illius, qui compulsus est, qui per jurisdictionem innatam, & propriam compullit: verùm *in d.l.2. ff. de judic.* agitur de Judice alieno, qui per metum, & compulsionem volebat jurisdictionem adquirere; quam solutionem Glossæ approbat

bat Bald. *in d.l.2. in princip. 1.lectur. n.3.* Alberic. *n.2.* Angelus *n.2.* Paul. *n.8.* Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisd. n.16. verſ. Redeundo*, tametſi minus placeat Petro Barboſa *in d.art.3.n.49.*qui tamen poſt *n.57. & 58.* vel invitus deſcendit in eandem ſententiam.

1018 Specialitatis autem rationem, cur in hoc caſu metus ipſo jure vitiet prorogationem, reddit Antonius Faber *in rationalibus,ad prædictam l.2.* quoniam quemadmodum res digna eſt Prætore , & alio quolibet Magiſtratu, propriam juriſdictionem tueri,ac pœnali quoque ſi opus ſit judicio defendere, *l.1. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper.* ita nihil indignus quam ſi aliquid per vim, aut injuriam faciat, præſertim ad vindicandam ſibi , & arrogandam juriſdictionem , quam non habeat, cùm ad ejus officium maximè pertineat vim,& injuriam, quæ ab aliis fiat coercere, *l. ultim.in fin. ff. quod met. cauſ. l. non eſt ſingulis* 176. *ff. de regul. jur.* potuit adjungere, *l. meminerint, C. unde vi.* Quod eodem recurrit ratio, quam reddit Fortunius Garcia *tract.de ultimo fine juris n.*423. *&* 424. *tom.1.tractat.* qui tamen præteritam ſupplet. Nam cùm hæc ratio ſolùm procedat in caſu, quo Judex compellit litigantes, de quo dumtaxàt agit textus *in d.l.2.* non vero ubi metus à privato illatus eſt,quo compellatur litigans in Judicem non ſuum conſentire,addit ille etiam in hoc caſu prorogationem nullam eſſe.Quoniam cùm Prætor promittat ſe per metum geſta, rata non habiturum referens ſe ad judicia,*l.1. ff. quod met.cauſ.* ideſt ea, quæ invenerit metu eſſe facta non obſervaturum, nec ex illis judicium daturum, poſtulat recta ratio, ut ſi metus in ipſis judicialibus inferatur,actus non valeat.Etenim ſi cæterorum metu geſtorum Prætor cùm ad judicium acceditur nullam rationem habet; quæ ad judicium pertinent, ſi metus interveniat irritabuntur,quaſi judicium, quod valida infirmat,in ſe liberius, & purius ab omni vi , & metu eſſe debeat. Hæc ferè Fortunius *d.n.*424. addit Barboſa *in d.art.3.ex n.*50.cùm Judex cogit prorogare litigantes juriſdictionem ſuam in effectu jubet ſe fieri Judicem,quod *l. Jul.de judiciis*, erat prohibitum, *l. ſed etſi ſervum 9. §. ſi quis Judex, ff.de recept. arbitr.l.Prætor 4. ff. de offic. Prator. l. Præſes 5. ff. offic. Præſid. l. Prætor 4. ff. de tutor. & curat. datis ad his.* Cujus legis Juliæ judicariæ meminerunt Gelius *lib.14. noct. aticar. cap.2.* Macrobius *libr.1. ſaturnaliorum , cap.10.* Duarenus *in tit. de judiciis, ſub Rubr.de variis judicorum præceptis*, Cujacius *ad l.1. & 2. ff. de judiciis* , & Calvinus *de legibus Romanis.* Lege autem prohibente nulla poteſt quæri juriſdictio metum inferenti,*l.non dubium, C.de legibus.* Imò verò etiamſi non Judex, ſed alius metum inferat, quo in Judicem conſentiatur non valebit prorogatio, *l. ſi qui ex conſenſu*, juncta Gloſſa ultima ibi,*C.de Epiſcop.audient.* quoniam Judex ipſe , qui poſtea ratum habet factum vim inferentis,perinde eſt,ac ſi à principio mandaſſet, *l. ultim. C. ad Senatuſconſult. Macedoniam,* & ſic reincidit eadem ratio. Hactenus de conſenſu, tàm tacito, quàm expreſſo , neceſſario ad prorogationem in quo conſiſtit primum requiſitum.

1019 Secundò, ad prorogationem eſt neceſſarium requiſitum , ut ultra conſenſum partes Judici ſe ſubjiciant , & ejus juriſdictioni ſe ſubmittant; qua ſubmiſsione, & ſubjectione conſenſui adhibita prorogatio redditur firma , & efficax, & irretractabilis, & poſt præſtito conſenſu recedi non licet. Ita probat text. *in l.1. ff.de judic.* ibi, *ſi ſe ſubjiciant aliquis juriſdictioni , conſentiant.* Ex qua *d.l.1.* videtur eſſe limitata, *d. l. ſi convenerit*,in qua ſolùm agitur de nudo conſenſu, & conventione; in dicta autem *l.1.* de conſenſu, & conventione, cui ſuperaddita,& adjuncta ſit ſubjectio,ut rectè interpretatur Cujacius *tract.7.ad Africanum, ad d.l. ſi convenerit.*

1020 Reliqua eſt igitur dubitatio,per quos actus videantur partes ſe ſubjicere,& ſubmittere Judici, quibus reddatur prorogatio per conſenſum mero jure facta efficax , & irrevocabilis, itaut non liceat per diſſenſum, & mutationem voluntatis ab illa recedere: ſimulque agemus de limitationibus prædictæ *l. ſi convenerit*, quæ eodem recurrunt.

In

1021 In primis autem (ut tractemus de actibus extrajudicialibus) per stipulationem solemnem additam nudo pacto de jurisdictione proroganda non fit prorogatio irretractabilis. Quoniam tametsi stipulatio pactum regulariter confirmet, & actionem producat,ex qua peti possit interesse ab eo, qui mutata voluntate à priori pacto recederet, *l. diem proferre, §. fin. ff. de recept. arbitrar.* tamen non ita confirmat pactum de jurisdictione proroganda, ut ei præcisè standum sit,& ab eo recedi non liceat: imò verò etiam stipulatione interveniente licet pœnitere ante subjectionem, & submissionem Judici factam,idque ex communi omnium sententia. Nam cùm obligatio facti universim non obliget præcisè ad factum, sed liberetur quis solvendo interesse, *l.stipulationes non dividuntur 72. in princ. vers. Celsus,* ubi Bart. *n.12.& n.36. cum seqq. ff. de verbor.obligat.* & communem sententiam dicit Jas. *in l.si quis ab alio 13. §.si quis promiserit,ex n.1. ff.de re judic.* observant idem Jas. *in §. actionum, n.46. & 47. institut. de action.* Parlador. *lib.1. rerum quotid.cap.6. §.2. n.1.* Card. Mantica *de tacit.& ambig. convention.lib.14. tit.32. n.1.* ubi ait idem servandum esse attento jure canonico,Antonius Gomez *2.tom. variar. cap.10. n.22.* Bernardus Diaz *reg.506.* Gratian.*reg.184.* Gutierr. *de jur.confirm. 1.p. cap.39.ex n.1.* Matienzus *in l.2. tit.16. lib.5. Recop. gloss. 6. n.1.* Covarr. *in cap. quamvis pactum 1. part. §.4. n.11.de pact. in 6.* cum plurimis omissis consulto, stipulatio autem de litigando coram aliquo Judice planè factum contineat, ex vi, & natura stipulationis ipsius non obligat præcisè ad factum,sed poterit ex sententia communi ab ea recedi,itaut non præcisè impleatur, neque suum consequatur effectum, si ambo contrahentes,aut ipsorum alter mutet voluntatem,antequam Judex adeatur, & antequam se illi judicialiter subjiciat. Iste enim dumtaxàt modus statuitur à jure confirmandi pactum de proroganda jurisdictione,& reddendi illud irrevocabile, nempè per actus judicales, aut concernentes judicia, ut *in d.l.1. & 2. in princ. ff. de judic.* non per actus extrajudiciales, quales sunt contractus, inter quos stipulationes enumerantur. Itaque inter omnes Doctores communiter convenit, paciscentes,seu nudo pacto,seu stipulatione vallato,continente etiam expressè pœnam, & interesse,de jurisdictione proroganda,posse mutata voluntate ab eo pacto recedere, & pactum non implere. Quod optimè animadvertit Angelus *in l.1. n.4. ff. de judic.* &Dec.*in cap.1.1.lect.n.114.vers.Ista opinio efficaciter probatur, de judic.* Difficultas autem, & controversia solùm in eo versatur inter eos, an sicut cum pacto nudo in Judicem à litigantibus consentitur, attento jure civili licet uni recedere invito altero juxta *d. l. si convenerit,* impunè sine metu, pœna, aut interesse, quæ nulla actione peti possunt, quippè cùm ea pacto nudo non quæratur, *d.l. jurisgentium, §. sed cùm nulla, ff.de pact.* ita etiam liceat,cùm pactum, vel vallatur stipulatione, vel cohærentia contractus vestitur.

1022 Et illi,qui existimant, *d.l.si convenerit,*continere specialitatem,non ob formam conventionis, quoniam inquam in illa agatur de pacto nudo ; sed ob materiam illius, videlicèt, quia conventio, de qua ibi, versatur circa prorogationem jurisdictionis, quorum sententiam retuli *supra n.1007.* censent conventionem de proroganda jurisdictione, etiamsi solemni stipulatione vallatam ejusmodi esse, ut ab ea possit impunè recedi ex unius partis dissensu, neque pœnitentia incurri ullam obligationem pœnæ, aut interesse, eodem prorsus modo, quo si conventio solùm nudum pactum contineret. Imò verò etiamsi regulare ex pacto nudo oriri exceptionem, *l. jurisgentium, §. sed cùm nulla, ff.de pact.*ex hoc pacto nudo, neque exceptionem oriri mutata alterius paciscentium,vel utriusque voluntate. Ita sentiunt Cyn.*in d.l. si qui ex consensu, n.9.* post Petrum de Bellapertica, *C. de Episcop. audient.* Joann. Andreas *ad Speculatorem, lib.2. tit.de compet. Judic.adition. §.1. n.9. ad verbum, convenerit, & n.19. ad verbum, Bononiæ,* Bartholom.Socin. *in d.l. si convenerit, n.20.* Jaso *n.28.* Alciaciat. *in cap.1. n.29. de judiciis,* Covarr. *in*

cap.

cap. quamvis pactum, part. 1. §. 4. *n.* 13. *de pactis in sexto*; & in disputando probabilem sententiam credit Decius, tametsi postea ab ea recedat, *in d. cap.* 1. 1. *lectur. n.* 114. *de judiciis*, eam tamen amplectitur *in eodem cap.* 1. *in* 2. *lectur. n.* 76. Ratio verò hujus sententiæ ea expenditur ab Alciato, quoniam *d. l. si convenerit*, loquitur per verbum generale conventionis, quod non solùm pactum nudum, sed etiam stipulationem complectitur. Ergò generaliter est accipienda, non limitatè. Addit Decius, quod si stipulatio de proroganda jurisdictione committeretur ad interesse, nihil speciale contineret prædicta *l. si convenerit*, quippè cùm à quavis etiam stipulatione factum continente recedi possit, mutata voluntate alterius contrahentium, soluto tamen interesse, cùm reus non compellatur præcisè facere, sed habeat facultatem solvendi interesse, quo se à faciendi obligatione liberet: aliquid verò speciale videtur in ea lege contineri circa pœnitentiam jurisdictionem prorogantium, quam cùm lex permittat, qui facultate à lege indulta utitur pœna, aut interesse multari non debet, *l. Grachus, C. ad l. Jul. de adult.* Accedit, quod non ideò, quia ex pacto nudo actio non oriatur licitum, & honestum, per pœnitentiam ab eo recedere, imò pacta servari oportet, cùm obligationem saltem naturalem producant, *l.* 1. *l. jurisgentium* 7. §. *Prætor ait, ff. de pact.* & hac ratione etiam in eis implendis pœnitentiæ locum non esse animadvertit Bartholom. Socin. *in Rub. n.* 24. *circa finem, ff. de verbor. obligat.* Ergò aperta permissio pœnitentiæ specialis est in ista conventione, in qua cùm confiteantur, publicum jus, non solùm pactum, sed neque stipulatio efficax esse potest, *d. l. jurisgentium*, §. *si paciscar*, & §. & *generaliter, in vers. Etsi stipulatio, ff. de pactis*, *illud* 5. *in princ.* & *in* §. 1. *ff. de pact. dotalib.* Cæteras rationes referunt Socinus, Dec. & Alciat.

1023 Qui verò existimant prædictam *l. si convenerit*, dumtaxàt agere de conventione pacto nudo facta; (quorum sententiam retuli *supra n.* 1010.) dicunt si pacto nudo de proroganda jurisdictione accedat confirmans stipulatio, vel vestimentum contractus cohærentis, teneri eum, qui voluntatem mutaverit ad interesse, ad quod petendum ex stipulatione, vel pacto vestito cohærentia contractus actio quæritur. Imò verò ex pacto nudo quæri exceptionem, tametsi actio non competat, *d.* §. *sed cùm nulla*, quæ poterit etiam utilis esse, ut expendit Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 95. *ad* 97. *ff. de judic.* & proinde partes tenebuntur stare conventioni causativè, quamvis non præcisè. Ita sentiunt Bart. *in d. l. si convenerit, n.* 4. Alberic. *ante n.* 1. Bald. *in* 2. *lectur. n.* 2. Angelus *n.* 3. Paul. *n.* 2. Fulgos. *n.* 11. Alex. *n.* 3. Decius *n.* 10. Jas. *n.* 27. Oroscius *num.* 2. & 6. Speculator *lib.* 2. *tit. de compet. Judic. adit.* §. 1. *n.* 19. Butrius *in cap.* 1. *n.* 37. Panormit. *n.* 20. Decius 1. *lect. n.* 111. & 114. *in fine*, Ripa *n.* 55. *de judiciis*, Marianus *in d. cap. significasti*, *n.* 46. *vers. Tertia opinio, de foro compet.* Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 28. *n.* 4. Cartar. *decis.* 6. *n.* 7. & 8. Barbosa *d. art.* 3. *ex n.* 99. & *in l. hæres absens* 19. §. *proinde, ex n.* 48. *ff. de judic.* Et probatur *ex l. diem proferre* 27. §. *fin. ff. de recept. arbit.* Deinde quoniam regula est stipulationem valere, & à contractu non recedi invito altero ex contrahentibus, *l. sicut, C. de action. & oblig. l. ex placito, C. de rer. permut.* in hoc autem casu nihil invenitur speciale, quoniam *d. l. si convenerit*, agit de pacto nudo, non de stipulatione, ut expendimus *supra d. n.* 110. Cæteras rationes referunt Doctores.

1024 Ex qua posteriori sententia infertur primò, cùm de jure Canonico ex pacto nudo oriatur actio, *cap.* 1. *de pactis*, idem quod dictum est de prorogatione jurisdictionis per stipulationem facta, ut ex ea possit agi ad interesse, si non impleatur, dicendum esse de prorogatione per nudum pactum facta, attento eodem jure Canonico. Qua ratione juxta idem jus Pontificium non habere locum, & limitandam esse, *d. l. si convenerit*, tradunt Fulgosius *ad eam, n.* 15. *vers. Vigesima secunda*, Alex. *n.* 5. Decius *n.* 17. tametsi non firmiter, Socinus *n.* 24. & 25. Jas. *n.* 28. Oroscius *n.* 2. & 3.

Ma-

Marianus *in d.cap. ſignificaſti, num.* 46. *verſ. Tertia opinio*, idem Decius *in cap.* 1. 1. *lectur. num.* 110. *&* 116. *de judic.* Covarr. *in cap. quamvis pactum* 1. *p.* §. 4. *n.* 13. *de pactis in ſexto*, & Gutierr. *de juram. confirmat.* 1. *p. d. cap.* 28. *n.* 5.

1025 Secundò infertur, idem prorſus ob ſimilem rationem dicendum eſſe, attento jure Caſtellæ: nam cum eo jure ex nudo pacto detur actio, *l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* non procedet juxta illud deciſio, *d. l. ſi convenerit*, neque licebit impunè pœnitere poſt factam nudo pacto prorogationem, quin poſsit pars, cujus intererit, agere ad intereſſe, vel pœnam pacto contentam adverſus alteram, quæ pactum, non ſervaverit ut obſervat, Oroſcius *ubi ſupra, n.* 3. *&* Gutierr. *d. cap.* 28. *n.* 5.

1026 Si verò inter has oppoſitas ſententias noſtrum judicium expectas, cenſemus utramque eſſe ſatis veriſimilem, & ſuſtineri poſſe, utriuſque fundamentis ſatisfaciunt ex utraque parte Socinus, & Decius ſupra relati, qui utramque ſententiam probabilem judicant, & ferè ad æquilibrium rem reducunt, niſi quod in priorem ego magis inclino.

1027 Retenta tamen poſteriori ſententia, quæ proculdubiò eſt magis communis, an intereſſe commiſſum ob non impletam promiſsionem poſsit peti apud Judicem prorogatum, à cujus juriſdictione per diſſenſum receſſum eſt; diſputant, & declarant Barboſa *in d. art.* 3. *n.* 103. *cum ſeqq.* qui poſt Gulielmum Alberic. Jacob. Anton. Panormit. Imolam, Decium, & Anton. de Matthæis, affirmat & Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 46. *verſ. Sed circa prædicta*, Ripaque *in cap.* 1. *n.* 56. *de judiciis*, qui negant veroſimilius judicio meo.

1028 Et an idem dicendum ſit de pœna, quod de intereſſe dicitur, negat Barboſa *ubi ſupra, ex n.* 109. reddens rationem diſcriminis.

1029 Ex prædictis colligitur primò, quid dicendum ſit, ubi in contractu adjicitur pactum à contrahentibus, vel in inſtrumento clauſula quod reus poſsit ubicumque conveniri, vel ubicumque reperiatur conveniri; & an per hoc pactum, & clauſulam, cenſenda ſit facta prorogatio efficax, & irrevocabilis juriſdictionis Judicis loci, ubi reus inventus fuerit, qui poſsit virtute ejus de cauſa cognoſcere, & non poſsit declinari. Et dicendum eſt ex hoc pacto, vel clauſula induci mero jure prorogationem Judicis cujuſcumque loci, ubi reus fuerit inventus, & revera reddi competentem, & legitimum, revocabiliter tamen, nam ab ea prorogatione mutata voluntate, licèt contrahentibus recedere antequam Judex adeatur, vel antequam ſuperaddatur aliquid, quo ipſi contrahentes Judici ſe ſubjiciant, quo reddatur prorogatio efficax, & irrevocabilis, juxta textum *in d. l.* 1. *&* 2. *ff. de judiciis.* Nam etiamſi verbo tenus dicant ſe ſubjicere, & ſubmittere uni, vel omnibus Judicibus, hæc verbalis ſubjectio, & extrajudicialis ſubmiſsio, nihil aliud operatur, quàm expreſſus in Judicem conſenſus, à quo per pœnitentiam mutata voluntate receditur, & quo non obſtante à Judice oppoſita exceptione fori declinatoria diſcedi poteſt. Ita docent Bartolus *in l. non utique* 3. §. *ſi quis ita, n.* 3. *ff. de eo, quod certo loco, & in d. l. ſi convenerit, n.* 4. *ff. de juriſdict. omn. judic.* ubi Fulgoſ. *n.* 11. Alex. *n.* 17. Socinus *n.* 15. Roman. *n.* 2. Jaſo *n.* 36. *&* 37. Decius *n.* 29. 30. *&* 31. Oroſcius *n.* 6. Angelus *in l. cum res* 49. *n.* 2. *ff. de legat.* 1. Marian. Socin. *in cap. dilecti, n.* 30. *de foro compet.* idem Decius *in cap.* 1. 1. *lectur. n.* 169. Ripa ibi *n.* 73. *de judiciis*, Specul. *lib.* 3. *de compet. Judic. addition.* §. 1. *n.* 18. *&* 19. ubi Joann. Andreas *ad verbum, Bononiæ, & n.* 20. *in fine, & n.* 21. Bald. ibidem *in additionib. verſ. Sub tribus modis*, Cartarius *deciſ.* 6. *n.* 5. Gratianus *deciſ.* 180. *in additione, n.* 9. *&* 10. Minſing. *ſingular. obſerv. cent.* 1. *obſervat.* 88. *n.* 1. *&* 2. Roderic. Suarez *in l. poſt rem, ff. de re judic. in declaration. l. Regni*, §. *circa Judicem, ſeu quæſt.* 5. *n.* 18. Cardin. Tuſchus *litt. C. concl.* 294. *ex n.* 15. *& litt. F. concl.* 437. *n.* 8. *&* 9. *& concl.* 438. *n.* 5. Peregrin. *de fideicom. art.* 53. *n.* 4. Federicus Martini *de jure cenſuum, cap.* 6. *ex n.* 320. *ad* 322. *& n.* 332. Riccius *collect.* 750.

1030 Secundò colligitur, quid dicendum sit, cùm quis adjicit instrumento clausulam, vel contractui pactum, quo promittat se responsurum coram quocumque Judice, & in quocumque loco, quem actor elegerit. Nam si dicat simpliciter, *respondere*, ut significet idem quod litigare, idem dicendum erit de hoc pacto, quod de præcedenti, cùm verba idem prorsus significent, & pactum sit in substantia idem, notat Barbos. *in d.l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 229. *ff. de judiciis*, cum aliis, quod refert. Si verò dicat, se responsurum, de pecunia, quod verbum indicat obligare se contrahentem absolutionem, & eo sensu accipi verbum, *respondere*, animadvertit Paul. *in d. l. si convenerit*, *n.* 5. Socinus *n.* 15. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Decius *in l. si quis in conscribendo*, *n.* 22. *C. de pactis*, Felin. *in cap.* 1. *n.* 7. *de judiciis*, Barbosa latè *in d.l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 227. *ad fin. art. ff. de judic.* vel aliis indiciis colligatur verbum, *respondere*, accipi pro solvere, seu satisfacere; idem dicendum erit, quod de promissione de solvendo ubique locorum, & solutione destinata in omnia loca, diximus latè agentes *supra q.* 4. *ex n.* 253. atque ad hunc locum, qua ex parte ad eum pertinet, reservavimus *n.* 258.

1031 Tertiò tandem colligitur decisionem *d. l. si convenerit*, quæ loquitur in casu pacti nudi, extendendam, & ampliandam esse ad casum pacti cohærentia contractus vestiti, vel stipulationis contractæ, ut istis etiam casibus, tametsi prorogatio mero jure valeat, dum prorogantium voluntas eadem perseveraverit, atque item fortasis valeat, ut committi possit stipulatio ad interesse non impleatur; nihilominus possint partes mutata voluntate Judicem, in quem consenserunt, declinare, forique præscriptionem, seu exceptionem declinatoriam opponere, & prorogationem retractare.

1032 Hæc tamen concluso, seu decisio *d. l. si convenerit*, primò limitanda est, si consensui in Judicem, seu prorogationi adhibeatur juramentum: nam eo adhibito prorogatio redditur efficax, & irrevocabilis, & non poterit jurans à conventione recedere. Ita sentiunt Ancharr. *cons.* 192. *in auxilium veritatis*, *n.* 4. *vers. Dixi tertiò*, & *n.* 5. Felinus *in cap.* 1. *n.* 6. Decius ibi 1. *lectur. n.* 127. *cum seqq.* Ripa *ex n.* 57. Alciat. *n.* 30. *de judiciis*, Angelus *in d.l. si convenerit*, *n.* 1. Paulus *n.* 2. Alex. *n.* 2. Fulgos. *n.* 12. Decius *ex n.* 3. Socinus *n.* 7. Jaso *n.* 6. (Zasius *n.* 9.) Oroscius *n.* 8. Guido Papæ *decis.* 77. Franciscus Marcus *decis.* 276. *n.* 5. *p.* 1. Covarr. *in cap. quamvis pactum* 1. *p.* §. 4. *n.* 12. *cum seqq. de pact. in* 6. & *in pract. cap.* 10. *n.* 6. Anton. Gabriel *lib.* 2. *communium*, *tit. de jurejurando*, *concl.* 9. *n.* 12. Gutierr. *de juram. cnnfirm.* 3. *p. cap.* 16. *n.* 5. & 6. & 1. *p. cap.* 28. *n.* 9. Anton. de Matth. *de prorogat. jurisdict. n.* 12. *vers. Dum secundò*, Natta *cons.* 426. *n.* 23. *tom.* 2. Fachin. *lib.* 1. *controvers. cap.* 61. Seraphin. *de privilegiis juram. privileg.* 74. *ex n.* 165. *ad n.* 194. ubi rem ex professo copiosissimè, & doctissimè disputat, ut ferè nihil addi possit, & tandem dicit hanc sententiam magis communem, & veriorem, Benexendorfius *ad eundem Seraphinum privil.* 105. *n.* 3. Et eandem sententiam, ut sibi consentiant, amplexuri sunt quicumque credunt rationem decidendi *in d.l. si convenerit*, consistere in eo, quod agatur in illa de pacto nudo, non de pacto stipulatione vallato, vel vestito cohærentia contractus; quippè cùm juramentum fortius confirmet pactum quam stipulatio; cùm ex juramento compellatur quis præcisè facere, ut notat Decius *in cap.* 1. 1. *lect. n.* 128. *de judiciis*; & Anton. Gabriel, qui quamplurimos refert *lib.* 2. *communium*, *tit. de jurejur. concl.* 8. Seraphin. *d. privil.* 74. *n.* 2. Gutierr. *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 39. *ex n.* 6. quod stipulatione non fit, *l. stipulationes non dividuntur* 72. §. *Celsus*, *ff. de verbor. obligat.* & tradunt præter Doctores ibi, supradictis locis citatis. Ratio limitationis est, quia cùm juramentum servari potest sine dispendio salutis æternæ, ut in hoc casu contingit, præcisè servandum est, *cap. cum contingat*, *de jurejur.* Secundò, quoniam interveniente juramento partes non possunt à conventione recedere, sed cogendæ sunt illam præcisè adimplere, juxta Glossam receptam *in l. si pecuniam*

niam 5. in princ. verb. Neceſſe habeat, ff. de condit. cauſa data, quam ſingularem dicit Jaſo *in §. actionum, n.47. inſtit. de action.* & doctrinam ſuper relatam.

1033 Contrariam tamen ſententiam huic primæ limitationi, quinimò etiamſi conventioni de proroganda juriſdictione, & conſenſui de Judice, adhibeatur juramentum; nihilominus poſſe ab eis recedi pœnitentia litigatorum, ſeu alterius eorum, amplexi ſunt Anton. Butrius *in cap. 1. n.40.* & ibi Panormit. *n.22. de judiciis.* Roman. *in d.l. ſi convenerit, n.2.* Alciat. *in l. ſi quis in conſcribendo, n.9. C. de pactis*, Natta *conſil.381.n.5. tom.2.* In quam ſatis inclinant Decius, & Seraphin. relati pro priori ſententia. Probatur ex eo, quoniam juramentum ſortitur naturam actus, cui adhæret. (Tractat latè Aſinius *de executionib. §.9. cap.* 203.) Ergò ſi actus, cui juramentum adhibetur, natura ſua eſt revocabilis, per juramentum non efficietur irrevocabilis, ut in genere de actu revocabili loquentes tradunt idem Decius *in d. l. ſi convenerit, n.4.* Jaſo *n.5.* Seraphin. *d. privileg.74. n.192. verſ. Quartò allegatur*, Natta *conſ.607. n.2. tom.3.* in ſpecie autem de teſtamento jurato, Covarr. *in Rubr. de teſtamentis, 2.p. n.* 44. Menchaca *de ſucceſsionib. tom.1. lib.3. §.29. n.20. & tom.3. libr.1. §.1. n.1. cum ſeqq.* Guttierr. *de juram. confirm. 2.p. cap. 1. num.2. verſic. Secunda opinio*, de donatione cauſa mortis, idem Covarr. *d.n.44.* Gutierr. *de juram. confirmat. 1.p. cap.12. num.* 9. Seraphin. *privileg.71. n.48.* Menchaca *de ſucceſsionib. tom.1. lib.2. §.15.n.102.& 103.* Molina *de primog. lib.4. cap.2. n.40. & 45.* Natta *d.conſil.607. tom.3.* de majoratu jurato, idem Molina *d.cap.2. n.56.& 57.* de ſtatutis juratis, idem Gutierrez poſt multos, quos allegat, *de juraments. confirm. 2.p. cap.1.n.4.* Cùm igitur conſenſus in Judicem, & conventio de illius juriſdictione proroganda natura ſua ſit revocabilis, etiam ſi juramentum accedat manebit revocabilis. Huic ſententiæ adſtipulatur etiam ratio decidendi prior quàm prædictæ *l. ſi convenerit*, aſsignare multos dixi *ſupra n.1007.* quod videlicèt conventio, de qua ibi, verſetur circa juriſdictionem, quæ publici juris eſt, & habeat retractabilitatem, magis ex materia, in qua verſatur, quàm ex forma, & quia ſit pactum nudum, cùm idem dicendum foret, etiamſi conventio illa per ſtipulationem fieret. Rationes tàm pro hac ſententia, quàm pro contraria expendunt Decius, & Seraphin. *ſupra* citati, & illis ſatisfaciunt, & utraque eſt ſatis probabilis.

1034 Quidam ſunt, qui inter has ſententias media via incidendum credunt: nam præſupponentes ex conſenſu ſolo juriſdictionem non prorogari, niſi accedat aliquis actus, quo ſe litigatores Judici ſubjiciant, exiſtimant ex juramento conſenſui adhito, non fieri quoque prorogationem irrevocabilem. Quoniam per juramentum litigatores non ſe magis ſubjiciunt Judici, quàm per conſenſum; ac per conſequens ſicut per conſenſum nudum litigatorum non adquiritur Judici juriſdictio, ita neque per juramentum adquiritur eidem irrevocabiliter juriſdictio: nihilominus ob juramenti reverentiam compellendos, qui juraverint de proroganda juriſdictione ſtare conventioni; eamque præcisè adimplere. Ita ſentit Barboſa *in l.1. art.3. ex n.115. §. de judiciis*, & ejus fundamento apertè favet Panormit. *in d.cap. 1. n.18. de judiciis*, & Imola *in cap. ſignifi. antibus, n.25. de offic. delegat.*

1035 Verùm non placet hoc diverticulum, nam exiſtimo præſuppoſitum eſſe falſum, videlicèt, non fieri prorogationem mero jure ex ſolo partium conſenſu antequam per actum aliquem ſe Judici ſubjiciant. Quoniam ſubmiſsio, & ſubjectio Judici facta eum effectum habet, ut pœnitentia non admittatur, & prorogatio reddatur irrevocabilis, quæ ſolo conſenſu ipſo jure facta fuerat, tametſi revocabiliter, non ut prorogatio fiat, ut notavi *ſupra num.103. cum ſeqq.* Quare qui ſibi perſuaſerint conventionem ſuper juriſdictione proroganda non eſſe natura ſua retractabilem; ſed revocabilitatem ejus oriri, ex eo, quo fiat pacto nudo, dicturi ſunt conſequenter ex juramento adhibito conventionem fieri irrevocabilem, & pœnitentiam non eſſe admittentam in prorogatione ex facto jurato

facta, qui compellendi sunt litigatores precisè stare, ac proinde deinceps excludendi sunt à declinatoria.

1036 Limita secundò decisionem *d. l. si convenerit*, ut non procedat si quis se obliget ad prorogandum, seu consentiendum in Judicem per instrumentum guarentigiatum: nam tenebitur præcisè stare contractui, neque tunc admittetur pœnitentia. Ita sentiunt Decius *in cap.* 1. 1. *lect. n.* 158. & 159. *de judiciis*, Joan. Bernard. Diaz *regul.* 622. *fallent.* 12. Antonius de Matth. *de prorogat. jurisdict. n.* 12. *vers. Dum secundo loco dixit.* Ratio limitationis est, quia obligatio guarentigia æquiparatur sententiæ obtinenti auctoritatem rei judicatæ, ut notat Benedict. de Barzis *tract. de guarentigia* 2. *p. principali, q.* 2. & obligatus ex illa ad factum, quemadmodum ex sententia, tenetur præcisè facere, nec liberatur solvendo interesse, ut notat Bald. *in l. unica, n.* 62. *C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, Decius *ubi supra, d. n.* 129. Parlad. *libr.* 1. *rerum quotid. cap.* 6. §. 2. *n.* 8. atque fortassis in eum sensum accipiendi sunt, Covarr. *in d. cap. quamvis pactum* 1. *p.* §. 4. *n.* 13. & Gutierr. eum sequutus *de juram. confirmat.* 1. *p. cap.* 28. *n.* 10. cùm asserunt in praxi admittendam non fore responsionem Jurisconsulti *in d. l. si convenerit*, si quis post pactum prorogandæ jurisdictionis alicujus Judicis, quæ prorogari potuisset, etiam ante litem contestatam pœniteret; ideò fortassis, quod in Hispania id effici soleat in instrumentis publicis, & guarentigiis, alioqui contra aperta jura loquuturi.

1037 Limita tertiò, ut non admittatur pœnitentia jurisdictionem prorogantium, si renunciatum fuerit, *d. l. si convenerit*, cujus renunciatio in instrumentis tabellionum vulgatissima est, præsertim in Castella, ut apud Monterosum *in pract. tract.* 7. *tit. declaracion, y practica de las fuerzas, de las obligaciones, y contratos, y porque se llaman guarentigias.* Etenim juri suo cuilibet licitum est renunciare, *l. si quis in conscribendo, penultima, C. de pactis.* Hanc limitationem tradit Alberic. *in d. l. si convenerit, n.* 5. & 6. Decius *n.* 15. *in fin.* Oroscius *num.* 9. idem Decius *in cap.* 1. 1. *lectur. n.* 142. *de judiciis*, Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *p. cap.* 28. *num.* 6. Duarenus *in tit. de jurisd. ct. cap.* 6. *vers. Septimo Magistratus*, Syntagma communium, *lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 110. Guido Papæ *decis.* 77. *n.* 2.

1038 Sed subsistendum est, quoniam contrariam huic limitationi sententiam quinimo non posset renunciari prædictæ *l. si convenerit*, & ex consequenti renunciationem ejus nullius momenti esse, neque ullum effectum habere docuit Bald. *in d. cap. P. & G. n.* 16. *de offic. delegat.* ex eo, quod in ea lege contineatur jus publicum pactis privatorum non subditum. Quam eandem sequuntur Decius *in d. l. si quis in conscribendo* 29. *n.* 19. *cum seqq.* Alciatus ibidem *ex n.* 5. & propriè *n.* 7. *C. de pactis*, Jaso *in d. l. si convenerit, n.* 25. & ibi idem Decius *n.* 15. & 16. & *in cap.* 1. 1. *lectur. n.* 140. & 142. *de judiciis*, Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *n.* 98. *ff. de judiciis.* Et urgentissimè probatur, quoniam decisio, *d. l. si convenerit*, aut nititur ei fundamento, quod in conventione, de qua *ibi*, versatur jus publicum, cui pactis privatorum, neque renunciari, neque præjudicari potest, ut dicebat Baldus paulo ante relatus; aut potius ei, quòd ex pacto nudo non detur actio, ut expendebam superius *n.* 1010. At privati neque consensu, neque pacto, neque renunciatione sua efficere possunt, ut ex pacto nudo detur actio, ut pluribus prosequitur Hieronymus Butigella *in repet. Rub. ff. de verb. oblig. ex num.* 23. & Decius *in d. l. si quis in conscribendo, n.* 19. *in fin.* Alciatus ibi *n.* 52. quemadmodum neque possunt efficere, ut in contractibus innominatis non detur pœnitentia, idem Decius *n.* 220. & Alciat. ibidem *n.* 53. neque item possunt efficere, ut ex pacto citra traditionem transferatur dominium, *l. non statim* 8. *ff. de pecul. l. traditionibus, C. de pactis*: neque item possunt immutare in aliis articulis juris generales dispositiones, & statuta. Ergo renunciare non potest dispositioni *l. si convenerit*, & si renunciatum fuerit, nihilominus integer manebit illius effectum, ut quoniam ex pacto nudo actio non datur, possit ab eo recedi.

Ne-

1039 Neque satisfaciet, qui dixerit, ideò valere renunciationem *d.l. si convenerit*, quod in ea contineatur pactum geminatum: alterum videlicet conventionis consensus in Judicem, alterum renunciationis pœnitentiæ, quæ stante sola prima conventione locum erat habitura: ex qua geminatione nudorum pactorum poterit pari actio, ut universim de pacto geminato docent Raphael Cumanus *in Rubr. n.* 8. *ff. de verbor. obligat.* & ibidem Alex. *n.* 15. Alciat. *in* 2. *lectur. n.* 20. Hieron. Verius *in repet. ejusdem Rubr. ex n.* 113. *ad* 136. latissimè examinans Mattheſilanus *singul.* 36. quia voluntas geminata, & reiterata arguit majorem deliberationem: quo pacto geminato interposito, & orta ex eo actione, locum habere non poterit decisio *d. l. si convenerit*, cujus ratio non est alia, nisi quod ex pacto nudo non detur actio.

1040 Non inquam satisfacit, primò, quoniam verior est opinio contraria, videlicet ex pacto geminato actionem non dari, quam tuetur Decius *in l. legem* 10. *ex n.* 9. *C. de pactis*, Jaso *in Rubr. n.* 11. & 12. *ff. de verbor. obligat.* Ripa ibi *n.* 3. Hieron. Buttigella *in repet. ejusdem Rubr. ex n.* 23. latè, & benè Bald. Novellus ibidem *n.* 46. Joan. Crottus *n.* 6. *cum seqq.* Bulgarinus *ex n.* 10. Lancellotus Galiaula *ex n.* 78. Jacobus de Nigris *ex n.* 41. Beringutius *circa finem repetitionis §.* & licèt Decius, & insignis Præceptor meus Franciscus Caldera *in eadem Rubr. n.* 27. Secundò, quoniam tametsi daremus ex pacto geminato oriri actionem, illud tunc contingeret ex communi sententia id asserentium, quando adjicitur ex intervallo, secus si incontinenti adhibetur. Quare cùm in casu, de quo agimus, statim adjiciatur renunciatio prædictæ *l. si convenerit*, post consensum in Judicem, nihil operari poterit juxta concordem omnium sententiam. Tertiò, quoniam tametsi pactum geminatum valeat ad producendam actionem; tamen cùm ex illo non resultet altera obligatio, quàm obligatio facti, cùm plurimum pacta geminata obligabunt ad interesse pactis non impletis, non tamen fiet illis, ut quis maneat præcisè obligatus ad factum. Quod si litigator, qui se responsurum coram aliquo Judice promiserit, etiam interposita renunciatione *d. l. si convenerit*, non est ad hoc factum præcisè obligatus, poterit factum non implere, & soluto interesse redibit ad declinatoriam, ut dixi *supra n.* 1021. contingere, cùm in prædicta conventione interponitur stipulatio.

1041 Ex quo facilè satisfit fundamento prædictæ limitationis ex eadem doctrina Baldi, & aliorum, nam *in d. l. si convenerit*, non continetur jus privatum, cui quis renunciare possit, juxta *d. l. si quis in conscribendo*, *C. de pactis*, sed jus publicum, cui privatorum pactis non derogatur, *l. jus publicum* 38. *ff. de pactis*, *cap. si diligenti* 12. *de foro compet.* cùm agatur de proroganda jurisdictione, & Judice constituendo, quæ prorogatio eam habet à jure naturam, ut antequam Judex adeatur, possit pœnitentia, & mutatione voluntatis revocari. Neque jus huic consensui ullam vim voluit tribuere, ad compellendum paciscentes ei stare, nisi uterque eorum in eadem voluntate perseveravit, & se Judici prorogato subjecerit, ut planè dicitur *in d.l. si convenerit, juncta l.* 1. *ff. de judic.* Ita fit, ut *prædicta l. si convenerit*, non fuerit correcta *ex d. l. si quis in conscribendo*, ut Duarenus ante relatus autumat: loquuntur enim de casibus diversis.

1042 Sed adhuc Decius *in d.l. si convenerit, n.* 15. *in fine, & in cap.* 1. 1. *lectur. n.* 142. *de judiciis*, conatus conciliare prædictam tertiam limitationem cum Baldi sententia sic eam explicat, ut quantenus prædicta *l. si convenerit*, continet privatum commodum paciscentis, cui permittitur pœnitentia post consensum, si paciscens permissa pœnitentia non utatur, renunciare possit favori suo; secus si dicat, quod in casu *l. si convenerit*, non habeat locum pœnitentia, quia eo modo renunciatio facta non valeret: nam quòd quis obligetur ex contractu, & quatenùs obligetur, pendet à potestate legis, non à voluntate hominis. Quos planius dixisset, facto posse renunciari prædictæ *l. si convenerit*, non verbo.

Ve-

1043 Verùm cur si potest quis pœnitentia non utens renunciare favori suo contento in prædicta *l. si convenerit*, non possit etiam à principio renunciare pœnitentiæ, cùm paria sint facto, & verbo renunciare, & non secus verbo, quàm facto, quivis actus fieri possit, *l. de quibus, ff. de legibus*, hoc Decius non explicat. Imò verò *in d. cap.* 1. *n.* 142. se involuit, dum distinguit duos casus sub eisdem ferè verbis, & in primo concedit renunciationem, in secundo negat, cùm tamen unus non videatur ab altero differre, & res est satis involuta.

1044 Sed re attentiùs perspecta responderi potest, eum, qui ex facto pœnitentia *non utitur*, revera adjicere priori consensui id quod jus requirit ad faciendam prorogationem irrevocabilem, quod non facit, qui verbo tenus renunciat. Nam qui pœnitentia non utitur, quid aliud facit, quàm pari conveniri, se coram Judice omissa declinatoria, non discedens à priori consensu, nec voluntatem mutans ante Judicis additionem, quod licebat? Ergo se Judici subjicit, qui postquam aditus est ante *mutationem voluntatis consentientium* in eum, deinceps non potest declinari, neque judicium ejus subterfugi. Qui verò solis verbis pœnitentiæ renunciat, nihil magis facit, quò se Judici subjiciat, quod necessarium est ad prorogationem irrevocabilem reddendam, quàm prius per consensum fecerat. Quare pœnitentiam in eo casu à lege permissam, à se non abjicit, neque effectus hujus renunciationis dari potest, qui *non sit contra ipsius juris dispositionem*, quod constitutionem Judicis privatorum pactis subjicere noluit. Sepè autem accidit, ut quis facto sibi præjudicet, & juri suo renunciet; non possit autem pacto id efficere, ut docet Joan. Andreas *in cap. si diligenti* 12. *n.* 6. *de foro comp.* ubi Anton. Butrius *n.* 19. Marian. Socinus *n.* 18. nam minor potest suo facto restitutioni in integrum renunciare, ea non utens, *l. si Judex* 42. *ff. de minor.* non tamen potest pacto tollere sibi potestatem restitutionis petendæ. Alios casus similis retulit Glossa *in cap. innolita* 42. *verb. Pontifice* 11. *q.* 1. (Et Tiraquell. *in leges connubiales, gloss.* 7. *ex n.* 73. agens de viribus renunciationis tacitæ, & expressæ,) & ille ab illa omissus est satis ad rem. Peccator quivis si moriatur impœnitens, potest renunciare remedio pœnitentiæ, quæ ad remissionem peccatorum à Deo provisa est; verùm si pacisceretur etiam cum Diabolo se pœnitentia non usurum, aut moriturum se impœnitentem pactum non valeret, quo renunciaret pœnitentiæ, & ab illa non maneret exclusus.

1045 Ego quidem, dum hactenus tradita à Doctoribus circa prædictam limitationem mihi non satisfaciunt, quæ sinuosam continent materiam, variisque nodis implicatam, *à nullo hucusque benè dissolutis*, ex quamplurimis, qui commentariis suis prosequuti sunt *d. l. si convenerit*, ut indicat varietas eorundem, quorum sententias retulit Nicolaus Genoa *in conciliatione legum, ad l. si quis in conscribendo, C. de pactis*, multa mediatus, invenio pleraque non animadversa, aut non intellecta, aut à nemine benè explicata. Primò certissimè credendum est (quod nemo quem viderim explicuit) renunciationem, *l. si convenerit*, & renunciationem fori, seu renunciationem exceptionis declinatoriæ, vel fori, idem prorsus esse unamque, & eandem renunciationem diversis verbis conceptam. Quid enim aliud est fori renunciatio; quàm renunciatio exceptionis declinatoriæ, qua quis pacisci tur se non usurum exceptione declinatoria, sed passurum se conveniri coram aliquo Judice non opposita exceptione declinatoria, *neque mutaturum eam voluntatem*, qua in Judicem consensit? Quod expressis verbis docuit apud nos Hispanos, *l.* 70. *tit.* 18. *p.* 3. dum formans instrumentum mutui, adjicit subsequentem clausulam: *E otro si le otorgò è le prometiò, que le pagaria aquellos dineros, do quier que gelos demandase, è que non pondria ante si defension ninguna, è señaladamente aquella que el lugar do gelos demandase, no era de su fuero.* Ecce renunciationem fori. At quid aliud est renunciatio, *l. si convenerit*? In ea statuitur, ut postquam quis in Judicem consensit, antequam eum adeat, pos-

posit mutare voluntatem, & forum declinare: planè, qui huic favori renunciat, exceptioni fori renunciat; & si una, & eadem est renunciatio, de utraque idem debet esse jus, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio* 108. *ff. de verbor. obligat. §. si igitur jussu, institut. quod cum eo*: non enim debet una, & eadem res diverso jure censeri, *l. eum qui ædes, ff. de usucap. cap. cùm in tua, de decimis.*

1046 Ex quo infertur primò, quemadmodum, *d.l. si convenerit*, non potest renunciare renunciatione generali, neque intelligitur comprehensa in renunciatione generali, sed necessarium est, ut illi renuncietur in specie, ut docet Alberic. *in eadem l. si convenerit, n.* 5. & 6. (Zasius *n.* 17.) ita exceptioni fori nunquam intelligi renunciatum per renunciationem generalem, sed opus esset, ut illi renuncietur in specie, & expressè, ut docet Aretin. *in §. idem juris est, n.* 47. *instit. de except.* Jaso *in d.l. si convenerit, n.* 25. Decius *in cap.* 1. 2. *lect. n.* 65. *de judiciis*, Aviles *in cap.* 27. *Prætorum, verb. Entreguen, n.* 20. & probat textus *in l.* 1. ubi notat Gloss. *verb. Specialiter, ff. si quis in jus vocat. non jer.* eamque significat planè textus *in d. l.* 70. *tit.* 18. *part.* ibi: *E señaladamente aquella.*

1047 Secundò infertur, quod attinet ad hanc renunciationem fori, *& d.l. si convenerit*, reincidere difficultates supra tactas circa consensum in Judicem: nam renunciatio ista fori, *& l. si convenerit*, institutæ sunt ad convalidandum, & confirmandum consensum in Judicem semel præstitum. Igitur spectandum est, an istæ renunciationes fiant per pactum nudum, ut censeatur pactum nudum renunciationis, addictum pacto nudo consensus: an verò fiat per stipulationem. Item an adhibeatur renunciationi juramentum, vel fiat in instrumento guarentigio: his enim spectatis poterit definiri, an renunciationi præcisè sit standum, an causativè ob pœnam, & interesse, an impunè possit ab ea recedi? eodem prorsus modo, quo supra definita sunt ista omnia circa consensum in Judicem. Quam animadversionem video à Doctoribus prætermissam.

1048 Tertiò infertur, cùm ex renunciatione ista fori, *& l. si convenerit*, redundet geminatum pactum, considerandum esse, an renunciatio fiat in continenti post consensum, an ex intervallo. Effectus enim erit, quod primo casu, censebitur inefficax, & nullius effectus ex communi omnium sententia: secundo verò, ex multorum sententia danda erit illi efficacia stipulationis, quemadmodum illam habet pactum nudum geminatum, ut dicebam superius *n.* 1039. & 1040. quod item video prætermissum.

1049 Quartò infertur renunciationem fori, *& l. si convenerit*, eatenùs valere quatenùs valet consensus in Judicem; videlicet, ut legitimentur omnia acta ante pœnitentiam, seu mutationem voluntatis, ut dixi *supra n.* 1003. *&* 1004. non verò valere, aut eum habere effectum, ut excludatur pœnitentia, & præcludatur via exceptioni fori, si litigator antequam Judici se subjiciat, & patiatur se conveniri, voluntatem mutet, & Judicem declinare velit; poterit enim, non obstante renunciatione, id efficere, & ita explicandus est Bald. & cæteri Doctores eum sequuti, quos retuli *n.* 1038. & id expressim tradit Gutierrez *de juram. confirmat.* 1. *p. d. cap.* 28. *n.* 1. Probaturque argumento inevitabili ducto à communi, & vera Doctorum resolutione, de qua *supra n.* 1029. & 1030. nam cùm quis facit pactum generalis submissionis, & consensus in omnes universim Judices adjecta clausula, *ut possit ubilibet conveniri*, vel promittit se ubicumque conveniatur responsurum, non obstante hac clausula, vel pacto, interposita etiam fori renunciatione, quæ nihil supperaddit, nisi consensum reiteratum, & magis explicitum; poterit nihilominus fori declinatoriam objicere, & à priori voluntate recedere. Quod expressiùs omnibus tradit Minsingerius *singul. observat. cent.* 1. *observat.* 88. Gratianus *decis.* 180. *in addit. n.* 9. Roderic. Suarez *in l. post rem, in declarat. legis Regni, q.* 5. *n.* 20. Cavalc. *decis.* 1. *n.* 8. 1. *p.* & Federic. Martini *de jure censuum, cap.* 6. *n.* 332. Ergò simili modo continget in consensu speciali in particularem Judicem,

cem , adjecta eadem renunciatione declinatoriæ,ut ſi pœnitentia ductus ligator voluntatem mutet; poſsit nihilominus declinatoriam proponere , non obſtante renunciatione,quemadmodum non oſtante priori conſenſu, nam ab utroque æquè poterit recedere. Conſequentia probatur,quoniam tantundem operatur diſpoſitio generalis quoad omnia,quantùm ſpecifica quoad ſingula, *l. ſi duo, in fine*,ubi Gloſſa ultima, *ff. de adminiſtr. tut.* Anton.Gomez *tom.3. variar. cap.7.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap. 3. §.1. n.18.* Pelaez *de majorat. 1.p. q.1. in antiquis, n.31. in novis n89.*

1050 Quintò adjiciendum eſt pro perfecta explicatione prædictę tertię limitationis , & concordia ejus cum ſententia Baldi commemorata, diſtinguendos eſſe duos caſus, in quibus fieri ſolet renunciatio fori , aut prædictæ *l. ſi convenerit.* Primus, quando renunciatur exceptioni fori, aut *l. ſi convenerit*,ad corroborandam juriſdictionem Judicis non alioqui competentis,quàm ex conſenſu,& prorogatione paciſcentium. In quo ſive conſenſus ſit generalis in omnes Judices, ſive ſpecialis in aliquem, valet quidem mero jure renunciatio, verùm mutata voluntate inefficax redditur, & revocatur tàm conſenſus, quàm renunciatio, ut ex communi ſententia dixi *n. præced.* & ita accipienda eſt ſententia Baldi, & aliorum, quos retuli *num.*1038. & eatenus eſt vera.

1051 Secundus caſus eſt, cùm fit renunciatio exceptionis fori ad corroborandam juriſdictionem Judicis jure communi competentis ex alio capite , quàm ex prorogatione. Exempli cauſa,ſi paciſcatur quis cum adverſario promittens ſe reſponſurum, aut paſſurum ſe conveniri coram Judicibus domicilii, originis, rei ſitæ,contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, vel competenti ſibi, ut hæredi , vel privilegii , vel delicti; apud quos, juxta hactenus dicta *q.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. quivis forum ſortitur, & adjiciat renunciationem *d.l. ſi convenerit*,& fori , ſeu exceptionis declinatoriæ ſibi quomodolibet competentis, vel jure communi, aut ex ſpeciali privilegio, ut competit Scholari, Curiali, & ſimilibus, quod revera eſt pactum de non reclinando Judice magis quàm de prorogando : & hoc caſu concors eſt ferè omnium Doctorum ſententia, renunciationem valere ab initio efficaciter, ut non ſit locus pœnitentiæ , aut mutationi voluntatis,etiam antequam Judex adeatur , & ab ea recedi non poſsit,quominus qui in Judicem conſenſit renciato foro, poſsit apud eundem conveniri,quo ſenſu accipienda eſt prædicta tertia limitatio, & eatenùs eſt vera, & amplectenda. Quæ ſententia probatur *ex l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, & in cap. 1. de judiciis*,quæ in eum ſenſum accipiuntur à Doctoribus, & approbatur apud nos Hiſpanos *in d. l. 20. tit.21. lib.4. Recop.* cujus occaſione hæc ſcripſimus , fuit autem ſententia Gloſſæ *in l.1. ſcholio ultimo, ff. ſi quis in jus vocat. non jer. & in d.l. ſi convenerit, ſchol. ultim. ff. de juriſdict. omn. judic.* quam ſequitur Bart. ibidem *n.4.* Bald. *in 1. lect. n.3. & in 2. lect. n.2.* Alberic. *n.1.* Paulus *n.5.* Angelus *n.1.* Fulgoſ. *n.11. & n.15. verſ. Decimaquinta limitatio, & verſ. Vigeſimaprima,* Roman. *n.2.* Socin. *n.14.15. & 16.* Alex. *n.8.9. & ſeqq.* Jaſo *n.29. & 35. cum ſeqq.* Decius *n.23. & n.29.* idem Bald. *in l. ſi quis in conſcribendo 29. n.2. C. de pactis*, idem Decius *in cap.1. 1. lect. n.100. & ex n.149. de judiciis*, ubi Ripa *n.65.* Alciat. *n.31.* idem Roman. *ſingul.283.* idem Alex. *in addit. 1. ad Bart. in l.1. ante n.1. verb. Si ſe ſubjiciant, ff. de judiciis*, Guido Papæ *deciſ.77. num.2.* Covarr. *in pract. cap.10. n.5. & 6.* Gregor. Lopez *in l.70. tit.18. p.3. gloſſ.7.* relata ad textum ibi , Aviles *in cap.27. Prætorum, verb. Entreguen, n.19.* Bernard. Diaz *regul. 642. fa lent.1.* Tuſchus *litter. F. concl.442. n.9. cum ſeqq.* Riccius *collect.750.* Gutierr. *de juram. confirmat. 1.p. cap.28. n.8.* Felinus cum multis,quos refert, *de cenſibus, tom. 2. libr.2. cap.3. n.13. verſ. Pro qua ſententia*, Barboſa *in d.l.1. art.3. n.224. cum ſeqq. uſque ad finem art. & in l. hæres abſens 19. §.1. ex n.43. ff. de judiciis.*

1052 Ad eundem ſecundum caſum pertinet pactum illud , de quo agit Juriſconſultus *in d.l. hæres abſens, §. proinde , ff.*

de

de judic. ibi: *Nisi alio loco sese ut defenderet convenit*, quod explicat Gloss. *in verb. ut defenderet convenit*, conceptum esse negatiè, quasi convenerit, ut in loco contractus non tenetur se defendere, & in effectu continere quandam renunciationem fori contractus, quam valere existima non obstante decisione textus *in l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. judic. ex l. si quis in conscribendo, C. de pactis.* Quoniam tametsi pactum affirmativum de Judice eligendo non valeat efficaciter, quin possit mutata voluntate retractari, juxta prædictam *l. si convenerit*; cùm in eo agatur de danda jurisdictione, quę publici juris est: at pactum negativum de renunciando foro, & non adeundo aliquo Judice particulari ex multis competentibus, valet ab initio efficaciter, & irrevocabiliter. Quam Glossam approbant ibi communiter Doctores, quos retuli, & sequutus sum *supra q. 4. n. 247.* Nam cùm exempli causa, contrahens non solùm sortiatur ex contractu forum in loco contractus, sed etiam in loco domicilii sui, *d.l. si hæres absens*, §. *illud sciendum*, poterit renunciare foro domicilii efficaciter, ut conveniatur in foro contractus, aut foro contractus, ut conveniatur in foro domicilii, & ea renunciatio erat valida, & irrevocabilis.

1053 Rationem verò discriminis inter duos prædictos casus, cur in primo renunciatio fori, & consensus in Judicem non valeat efficaciter, quin relinquatur locus pœnitentiæ; in secundò verò valeat ab initio efficaciter, & irrevocabiliter, reddit Glossa in prædictis locis, quòd cùm agitur de proroganda jurisdictione, & danda Judici, qui alioqui competens non est, negotium est grave, & magni momenti, tangiturque res ad jus publicum pertinens, quod privatorum pactis non subditur, *l. jus publicum 39. ff. de pactis*, nisi limitatè, & pedetentium, ut *in l. si convenerit*: cùm verò agitur de jurisdictione declinanda, res est levis, & quæ in jure privato consistit, cui quilibet renunciare potest, *d.l. si quis in conscribendo, C. de pactis.* Nam cùm jure fecerint multos Judices competentes in eodem negotio, mirum non est indulsisse facultatem privatis eligendi, quem velint ut revera concesserunt actori facultatem eligendi, quem velit inter multos Judices competentes, apud quem reum conveniat, ut dixi *supra n. 152.* idque præsertim si Judex, qui declinatur, est Judex ex privilegio, ex cujus declinatione redditur ad jurisdictionem ordinariam, quæ favorabilis est, & facilè res revertitur ad jus pristinum, *l. si unus 28.* §. *pactus ne peteret, vers. Quod & in specie, C. de pactis*, notat Joan. Andreas *in mercurialibus, in regula scienti 27. n. 5. de regulis juris in sextò*, & Panormit. *in cap. significasti, n. 10. de foro compet.*

1054 Sextò, ex prædictis colligitur cautè accipienda esse verba, *d.l. 20. in fin. tit. 21. lib. 4. Recop.* dum ibi dicitur: *Otrosi mandamos, que en virtud de las submissiones generales que se suelen hazer, sometiendose à qualquier fuero, jurisdicion, y Juez, ante quien fueren demandados, aunque aya renunciacion de fuero, y qualesquier otras clausulas, no se pueda proceder sino tan solamente hallandose la persona, ò bienes en la jurisdicion del Juez, ante quien se pidiere la tal jurisdicion*, quæ eadem ferè verba habet Covarr. *in pract. cap. 10. n. 6. versic. Undecimo ex his*, quo Præsidente in Supremo Regio Consilio prædicta lex condita, ut ipsemet testatur, *in eodem cap. 10. n. 5. versic. Sexto subdeducitur, in fine, in d. autem versic. Undecimo ex his, in fine*, hæc habet: *Et ideo, quid simpliciter respondere promisit certo in loco, non poterit apud tribunal illius conveniri, nec in judicium vocari, nisi ibi fuerit inventus.* In quibus locis tàm uno, quàm altero, agitur de Judice competenti ex sola prorogatione, non de Judice competenti ex contractu, aut aliunde, in quem simul concurrat, tùm jurisdictio juris communis, tùm adquisita ex prorogatione; & ex prædictis versiculis videntur constituendæ duæ regulæ. Prima negativa, videlicet, virtute submissionis verbalis generalis, adjecta etiam renunciatione fori, non posse quem conveniri in omni loco, & foro. Quæ regula negativa cautè accipienda est, ita videlicèt, si is, qui se submisit per istam generalem submissionem cum renunciatione proprii fo-

fori, & *d.l. si convenerit*, pœnitentia dudus opponat declinatoriam,& petat se ad suum Judicem remitti, & sic cœptam prorogationem, meroque jure consistentem revocet. Etenim si non revocet, & voluntatem non mutet, jure poterit procedere adversus reum Judex quilibet, cujus jurisdictio est prorogata juxta dicta *supra n.* 1003. & 1004. & hoc casu ista regula negativa non procedet, & erit limitanda. Secunda regula affirmativa, scilicèt virtute generalis submissionis, posse quem conveniri apud Judicem prorogationis, dummodò inveniatur in loco ejus jurisdictioni subdito, vel ejus bona ibidem fuerint inventa. Quę item regula cautè accipienda est;quod enim attinet ad bona inventa in territorio Judicis prorogati,tunc locum habebit,cùm reus sortitus fuerit forum apud Judicem loci,ubi bona inveniuntur,tunc inquam,cùm agitur actione reali circa illa bona,non cum sola personali,quæ in loco rei sitæ non potest in judicium deduci, ut dixi *supra q.* 3. *n.* 151. eo enim casu concurrit forus rei sitæ cum foro prorogationis. Quod verò ad personam attinet,tunc locum habebit prædicta affirmativa regula, cùm reus libenter judicium susceperit, & declaratoriam non opposuerit: nam si pœnitentia ductus declinatoriam exceptionem opponat, justè petet causam ad suum Judicem remitti,idque obtinere debebit,cùm possit etiam præsens prorogationem,& submissionem verbalem revocare, retractaretque renunciationem fori semel factam, & ad declinatoriam redire, juxta dicta *supra n.* 1038.*cum seqq.*& *n.* 1049.*cum seqq.* nam ita *d.l.* 20. erit conformis juri communi, & doctrinis Doctorum, quæ certè jus commune non corrigit, neque se corrigere significat; alioqui ab illo deviatura,cùm tamen correctioni locus dari non debeat, quantum fieri possit, *cap. cùm expediat* 29. *de elect. in* 6.

1055 Septimò,prædicta tertia limitatio sic explicata, ut liceat renunciare foro, si quis consentiat in Judicem, alias competentem, & hæc fori renunciatio sit irretractabilis,habet non contemnendas sublimitationes. Nam in primis Clerici non possunt suo foro renunciare,ut dixi *q.* 6.*n.* 403. neque Religiosi militares, ut dixi *n.* 452. neque milites, ut dixi 464. neque miserabiles personæ,ut dixi *n.* 598.neque Neapolitani,ut dixi *n.* 675. neque Fiscus, ut dixi *n.* 702.

1056 Exempti quoque non possunt suo foro, & exemptioni renunciare, ut tradunt Joan. Andreas *in Mercurialib.in regul.scienti* 27. *ex n.* 4. *in q. de regul.jur.in* 6. Marian. Socin. *in d.cap.significasti,n.* 42.*de foro compet.* Felin.*in cap. P.& G. n.* 13.*de offic.deleg.* Fulgos.*in d.l.si convenerit, n.* 15. *vers.Decimasexta limitatio,cum vers.Sequenti ff. de jurisd.omn.jud.* Gail *observ.pract.lib.* 1.*observ.* 40.*n.* 3.4.& 5. Erasm.Cochier.*tract.de jurisd.ordinar.in exemptos, tom.* 1.*p.* 2. *q.* 7. *n.* 2. & 3. eo quòd in exemptis, non solùm versetur favor ipsorum, sed etiam interesse eximentium, *cap.cum tempore,* 5. *de arbitris, cap.auctorit.* 4.*de privil. in sexto,* cui per subditos non potest præjudicari.Id autem contingit cum exemptio indulgetur toti alicui ordini, *juxta cap.si diligenti, de foro comp.* Secus esset,si privilegium exemptionis concederetur alicui singulari personæ ob ipsius solùm favorem, non in favorem, & gratiam eximentis, aut alterius, tunc enim posset privilegio suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, C.de pactis,* notavit Aret.*in §. idem juris est, n.* 49. *institut. de exception.*

1057 Item Religiosi ob eandem rationem non possunt foro suo renunciare, utpotè exempti. Docuit Marianus *in d. cap. significasti, n.* 42. Felicianus *de censib.tom.* 2. *lib.* 2.*cap.* 3.*n.* 13. Emmanuel Roderic.*tom.* 2.*regularium, q.* 63. *art.* 10. Præsertim cùm exemptio Religionum concessa sit ob favorem totius ordinis,& communitatis,& non singularum personarum, *d.cap.si diligenti.*

1058 Vassallus etiam burgensis non potest foro Baronis sui renuntiare,cùm jurisdictio concessa fuerit à Domino directo in favorem Baronis, cujus jus in ea renunciarione vertitur, & cui per subditum præjudicari non potest: nam alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, *l. non debet alteri*, 74. *ff. de regul.jur.* Ita sentit Gail *lib.* 1. *d.observ.* 40. *ex n.* 2. & eandem sen-

sententiam amplectuntur quicunque dicunt non posse vassallos prorogare jurisdictionem *alieni judicis*, quos *inferius* referemus, ubi hanc doctrinam ex professo explicabimus *ex n.* 1093.

1059 Unum illud hic advertendum occurrit, tametsi renunciatio ista non valeat in præjudicium Baronum, sustineri tamen eam in præjudicium vassallorum burgensium in casibus, in quibus de jure valeret in cæteris, qui feudatariis subditi non sunt, ut ipsi non possint opponere exceptionem fori declinatoriam contra propriam renunciationem, & petere suam causam ad Barones remitti. Verùm Baro poterit, etiam si ipsi vassalli in Judicem extraneum consenserint, & omissa declinatoria litem contestati fuerint, seu extraneus Judex oppositam fori exceptionem rejecerit, liti se opponere, & petere causam vassalli ad se remitti. Quod sæpissimè in Sacr. Conf. factum vidi, & post victos vassallos declinatoriam fori opponentes, obtinere Barones remissionem causarum eorum, tàm in civilibus, quàm in criminalibus. Id animadverterunt Anton. de Matthæis *de prorogatione jurisdictionis, n.* 14. *in fin. vers. Sed ratio hæc.* Afflict. *decis.* 155. *n.* 6. & ibi Ursil. *n.* 3. Surd. *cons.* 47. *n.* 25. *lib.* 1. Cancer. *Variarum resolutionum, 3. p. cap.* 10. *n.* 31. 32. & 33. Amadeus de Ponte *in q. quis sit judex in causa feudi, n.* 20. Caravit. *rit.* 205. *n.* 6. Marcellus Cala *de modo articulandi, §.* 1. *glos. 1. n.* 77. Petra ad Capicium *dec.* 9. *addition.* 1. & 2. Barbos. *in d. l.* 1. *art.* 4. *n.* 23. & *n.* 61. *cum sequent. usque ad n.* 65. *ff. de judiciis.* Capiblancus *in Pragm.* 8. *part.* 1. *n.* 123. & 124. *de Baronibus*, & ego superius adnotavi *q.* 7. *præc. n.* 808. Qua in re etiam inter Clericos, & laicos differentiam agnoscit idem Caravita *rit.* 65. *n.* 4. & 5. *junct. d. rit.* 205. *n.* 4. quòd etiam ego tetigi supra *n.* 811. *in fin.*

1060 Tandem de jure Castellæ agricolæ non possunt suo foro renunciare, *l.* 25. *cap.* 4. *seu, §.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. juncta pragmatica anni* 1619. in favorem agricolarum lata, *cap. seu, §.* 3. qua restricta prædicta *l.* 25. quæ permittebat agricolis in quibusdam casibus renunciare suo foro, universim constitutum est, ne deinceps ullo *in casu* possent suo foro renuntiare, foro inquam domicilii.

1061 Octavo, & postremo, ex dictis elicitur, esse tam affinem prorogationi jurisdictionis, renunciationem fori, seu renunciationem exceptionis declinatoriæ fori, tamque cognatam, aut potiùs cum illa *connexam*, ut possit statui regula affirmativa, & negativa. Nempè, ut qui potest prorogare, possit renunciare exceptioni fori, & qui potest renunciare foro, seu declinatoriæ, possit prorogare, atque item, qui non potest renunciare foro, non possit prorogare, & è contra, qui non potest prorogare, non possit renunciare foro, ut ex parte significavit Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 1. *n.* 110. *de Baronibus*, idque jure optimo. Nam prorogatio est discessus quidam à judice proprio, accessusque ad alienum, & semper fit per consensum in judicem alienum, non solùm non declinando illum, seu omittendo oppositionem declinatoriæ, sed etiam positivè se illi subjiciendo, ut paulò inferius declarabo.

1062 Illa tamen hoc loco sese offert difficultas, demus aliquem sortiri plures foros, multos quidem jure comm uni alium verò, seu alios ex privilegio, & hunc renunciare foro, seu declinatoriæ fori, dubitari poterit, cui foro censeatur renunciatum, an foro privilegii dumtaxat, quod facilius tollitur, *l. ejus militis, 35. §. militia missus, ff. de milit. testam.* an omnibus foribus, etiam jure communi competentibus. Dubitationem facit, quod plura jura habens, & uni renuncians, alteri renunciare non videtur, *l. si domus, 20. ff. de servitut. urbanor. l. si mihi, 20. ff. de servitut. rusticor. cap. Pastoralis, 19.* ubi Glossa ultima *de privilegiis.*

1063 Et refert quibus verbis sit concepta renunciatio, & ad quem finem. Nam primò, si renunciatum sit privilegio fori, & renuncians non habeat forum ex privilegio, sed solùm ex jure communi ei foro renunciatum censebitur, cujus renunciatio est necessaria ad eum effectum, ob quem

ipsa renunciatio interponitur. Ratio est, quoniam verba sunt improprianda, juxta subjectam materiam, ne reddatur inutilis dispositio, *l. quibus diebus*, 40. *§. Dominus, ff. de condition. & demonstrat.* Cardin. Thuscus *liter. V. concl.* 110. 111. & 112. *tom.* 8. at si verba in hoc casu acciperentur propriè, inutilis maneret dispositio. Ergo ne id accidat debet intelligi renunciatum esse ei foro juris communis, cujus renunciatio est necessaria ad effectum à contrahentibus intentum. Id etiam probatur ex textu *in l.* 1. *ff. si quis in jus vocat. non jer.* ibi: *Nisi privilegio suo specialiter renunciaverit*, junctis verbis præcedentibus, ibi: *Non suppositum jurisdictione illius*, & adjecta Glossa ibidem, verbo, *Pro non dato*, in quo ille, qui specialiter privilegio renunciavit, nullum aliud forum sortiri videbatur, quàm forum juris communis. Quem expendit Decius *in d. cap.* 1. *n.* 166. Ripa *n.* 65. *de judiciis*, qui ita sentiunt, & Jas. *in eadem l.* 1. *n.* 9. quos sequitur Alciatus *de præsumptionibus, reg.* 3. *præsumpt.* 36. *n.* 8. & Menochius *de præsumptionibus, lib.* 6. *præsumpt.* 6. *n.* 7.

1064 Secundò, si renunciatum sit simpliciter foro, seu exceptioni fori non expresso, an foro privilegiato, an foro juris communis renuncietur, simili modo ex fine renunciationis, cujus gratia adhibita est, colligendum est, quid actum sit: nam si ad eum finem, ob quem facta est renunciatio, est necessaria renunciatio fori juris communis, non obstante illo axiomate, quod tollantur faciliùs, quæ jure speciali, quam quæ jure communi competunt, renunciatum censebitur foro juris communis, ne alioqui eludatur mens, & voluntas contrahentium, quæ ratio præponderat. Ita videtur sentire Decius, & cæteri, ubi supra, significatque Oroscius *in d. l. si convenerit*, *n.* 4.

1065 Tertiò, si renuncietur privilegio fori, & renuncians gaudeat foro privilegiato, & aliis foris juris communis, est major difficultas, quomodo hæc renunciatio interpretanda sit. Et in hoc casu Decius *in d. cap.* 1. *n.* 166. & Ripa *ibid. n.* 65. *de judiciis*, existimant, renunciatum foro privilegii, non foro juris communis: eandem sententiam tuetur Jas. *in l.* 1. *n.* 9. *ff. si quis in jus vocat. non jer.* Ratio est, quia cum verba verificari possint in foro privilegii, quo gaudet contrahens, & id apertè sonent, in claris non erit opus conjecturis, *l. continuus*, 131. *§. cum ita ff. de verbor. obligat.* neque tunc habebit locum doctrina, de qua in primo casu, nam hìc renunciatio potest effectum habere, sine verborum improprietate.

1066 Contrariam tamen sententiam, quinimo censeri renunciatum foro juris communis, si id requiratur ad effectum, ob quem interponitur renunciatio, amplectitur Covarr. *in Practicis, cap.* 10. *n.* 5. *vers. Septimò*, quem sequitur Molinus *de brachio sæculari, cap.* 30. & videtur consentire Menochius *de præsumptionibus, lib.* 6. *dict. præsumpt.* 6. *n.* 7. & 8. Exemplum sit, contrahit quis in loco aliquo, habet forum domicilii jure communi competens, præter forum contractus, & præterea forum privilegii, subjicit se judici contractus, & renunciat foro privilegii, eo fine, ut in foro contractus conveniri possit, absque metu exceptionis declinatoriæ, censebitur renunciasse foro domicilii, sine cujus renunciatione non potest obtineri finis intentus: nam si illi non esset renunciatum, sed solùm intelligeretur renunciatum foro privilegii, cum iste conveniretur in foro contractus, posset allegare exceptionem declinatoriam ob forum domicilii, quæ illi salva remansisset, dùm non esset comprehensa sub renunciatione privilegii forisatque ita frustraretur alter contrahens intento fine; *Non enim*, ut rectè inquit Cicero, *orat.* 12. *pro A. Cæcina, n.* 52. & 53. *ex verbis debet pendere jus, sed verba servire hominum consiliis, & auctoritatibus: voluntas enim semper valet, quæ sit tacitis nobis intelligi posset, verbis omninò non uteremur, quia non potest, verba reperta sunt, non quæ impedirent, sed quæ indicarent voluntatem.* Cessat igitur ratio contrariæ sententiæ, nam effectus, quem contrahentes intendunt, non obtinebitur, nisi verba improprientur, recurrimusque ad doctrinam Glossæ *in d. l.* 1. *verbo, Pro non dato ff. si quis in jus vocat. non jer.* quam se-

sequitur Decius relatus *in d. l. casu*, itaque verbum illud, *privilegium fori*, non aliud significat, quam fori præscriptionem, seu exceptionem, ut rectè interpretatur, ubi supra, Covarrubias.

1067 Quartò, limita decisionem *d. l. si convenerit*, ut non admittatur pœnitentia, & recessus à priori voluntate, & consensu in Judicem, postquam Judex est aditus. Quæ limitatio colligitur ex eadem lege à contrario sensu, ut rectè animadvertit Barbosa *in d. l. 1. art. 3. ex n. 120. ff. de judiciis.* Dicetur autem aditus primo, si præsente judice, & acceptante expressè, aut saltem non contradicente, facta sit conventio inter litigatores, ut coram ipso actionem suam, & judicium prosequantur: nam deinceps pœnitentia non admittetur. Ita sentiunt Angelus *in d. l. si convenerit, n. 1.* Fulgosius *n. 7.* Paulus *n. 2.* Alexander *n. 6.* Decius *n. 13. & 14.* Jas. *n. 18.* Barbosa *in d. art. 3. n. 64. & 65. cum seqq. n. 122.* idem Decius *in cap. 1. n. 101. de judiciis.* Imola *in cap. P. & G. n. 108. de offic. delegat.* Belluga *in speculo Principum, Rubr. 15. § sed quid dices, n. 1. & 2.* Syntagma communium opinionum, *lib. 3. tit. 11. n. 110.* Matheſilanus *singul. 106. cum additione, & annotatione ibi.*

1068 Secundò, si lis sit contestata omissa declinatoria, nam post litem contestatam pœnitentia non admittitur, ut docet Glossa *in d. l. si convenerit, verb. Adiretur*, & omnes Interpretes ibidem, Imola *ubi supra, n. 59.* Barbosa *d. art. 3. ex n. 62.*

1069 Tertiò, si propositæ sunt coram Judice exceptionis aliæ dilatoriæ præter declinatoriam juxta *l. sed etsi susceptit 52. in princ. ff. de judiciis*, idque jure optimo. Nam si disceptatio super exceptionibus inducit tacitum consensum sufficientem ad prorogationem irretractabilem, ut dixi *supra n. 991. & 993.* multo majori cum ratione, superaddita consensu expresso, faciet irrevocabilem prorogationem, & hoc loco repetenda sunt, quæ superius dixi de actibus, ex quibus elicitur tacitus consensus ad prorogationem necessarius. Nam si isti adjiciant supra consensum expressum, faciet irrevocabilem prorogationem, & planum erit, non posse deinceps prorogationem mutata voluntate revocari. In istis enim, & similibus actibus consistit subjectio, & submissio illa, quam jus requirit, ut prorogatio censeatur efficax, & irrevocabilis, *in l. 1. & 2. in princip. de judiciis.*

1070 Rationem autem optimam, cur requiratur ad prorogationem efficaciter, & irrevocabiliter inducendam, aliquis actus subjectionis, & submissionis, ultra consensum in Judicem; reddit Barbosa *d. art. 3. ex n. 75.* Nam quemadmodum in corporalibus requiritur traditio, & non sufficit conventio ad transferendum dominium, *l. traditionibus, C. de pactis*, ita in incorporalibus requiritur aliquid vice traditionis, & ejus loco sunt similes actus subjectionis, quibus quis quasi tradit se Judici, quo jurisdictionem mero jure prorogatam, & revocabiliter adquisitam, irretractabilem reddat. Quæ eadem fuit adnotatio Socini *in d. l. si convenerit, n. 27.* Alciati *in l. si quis in conscribendo, n. 5. C. de pactis*, & in simili observat Guido Papæ *decis. 315. n. 1.* De cæteris limitationibus *d. l. si convenerit*, nam omnia prosequi non possumus, videantur Interpretes in eadem lege, *& in cap. 1. de judiciis*, ubi latè tractant. Hæc de duobus requisitis ad prorogationem ex parte prorogantium.

1071 Tertiò, ad prorogationem requiritur ex parte Judicis, ut ille jurisdictionem habeat, alioqui ejus jurisdictio prorogari non poterit, ut animadvertit *supra sect. 1. n. 971.* & notat Marianus *in d. cap. significasti, n. 21. & n. 40. vers. Quinto quæro.*

1072 Quartò, dubitari potest, an ad prorogationem requiratur consensus Judicis, cujus jurisdictio prorogatur? Et dicendum est regulariter non requiri, *l. 2. § convenire, ff. de judiciis*, notat Speculator *lib. 2. tit. de compet. Judic. adit. § 1. n. 22.* Bartolus *in eadem l. 2. in princip. & n. 1.* Baldus *in d. § convenire, n. 1.* Albericus *n. 3. & 4.* Angelus *n. 1.* Paulus *n. 1.* & Cujacius, Jaso *in d. l. si convenerit, n. 21.* Antonius Butrius *in d. cap. P. & G. n. 20. vers. Requiritur tertio*, Panormit. *n. 22.* Imola *n. 62. & 124. de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, n.*

48. *de for. comp.* Antonius de Matthæis *de prorogatione jurisdictionis, n.* 13. Dixi *regulariter*, quoniam in prorogatione, quæ fit de persona ad personam, consensus Judicis non requiritur; at in prorogatione, quæ fit de tempore ad tempus, requiritur consensus Judicis, ut probat textus *in d. l.* 2. *§. si & Judex*, juxta litteram Florentinam, & ibi omnes Interpretes: consentire verò intelligitur, qui scit, & non contradicit, ut expressè notant Butrius, Panormitan. Imola, & Marianus, supra relati, & Barbosa *in l.* 1. *art.* 2. *n.* 13. *cum seqq. ff. de judiciis*, ubi plurimos allegat. Argumento autem de tempore ad locum, idem dicendum erit de prorogatione, quæ fit de loco ad locum, quoties illa locum habeat. Advertendum tamen est juxta communem Doctorum mentem, eatenùs requiri consensum Judicis ad prorogationem, quatenùs requiritur notitia ejusdem, etenim notitia cum usu inducit consensum, eatenusque ex defectu consensus vitiari prorogationem, quatenùs vitiantur acta judicii ex ignorantia prorogationis. Igitur cum jurisdictio ritè exercetur sine prorogationis notitia, non est necessarius consensus Judicis ad prorogationem: verùm cum Judex ritè non utitur jurisdictione, si prorogationem ignoret, tunc ad prorogationem requiritur consensus, meliùs Doctores dixissent notitiam prorogationis requiri. Rationem verò discriminis inter has prorogationes, reddit Angelus *in d. §. si & Judex, n.* 1. Nam in jurisdictione ordinarii, quæ prorogatur de re ad rem, & persona ad personam, non est limitatum certum, & determinatum tempus, cum duret usque ad adventum successoris, ita ut eo etiam veniente, non extinguatur funditus jurisdictio, *l. si fortè* 17. *ff. de offic. Præsid.* notat Innocentius *in cap. cum dilecta* 22. *n.* 1. *de rescript.* Ita fit, ut quamvis Judex ignoret factam prorogationem, erret solùm in qualitate jurisdictionis, non in substantia, eum se Judicem sciat. An in jurisdictione delegata tempus est determinatum, quare delegatus cognoscens de causa post tempus suæ delegationis, erat circa substantiam jurisdictionis, cum eam exerceat tempore, quo scit se non esse Judicem, nisi de prorogatione habeat notitiam. Itaque dum prorogatur jurisdictio de persona ad personam, ignorantia prorogationis cùm plurimùm inducit errorem in qualitate, qui actum non vitiat, dum de tempore ad tempus, quod *in* delegata *contingit*, ignorantia inducit errorem circa substantiam, qui usum jurisdictionis irritat: nam irritum erit judicium, si judicet is, qui credit se non esse Judicem, argumento textus, *in l. quæro, ff. de eo, qui pro tutor. negot. gess.* notat Bartolus *in d. l.* 2. *n.* 2. *ff. de judiciis*; à quo hæc ratio desumpta est, quam omnes approbant. Idem servari oportere in prorogatione, quæ fit de quantitate ad quantitatem, ob eandem rationem, notat Cujacius *in d. l.* 2. *in fine*, cui adnotationi addenda sunt, quæ tradit Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 2. *ex n.* 7. *ff. eodem tit.* Et universim idem dicendum erit in quavis prorogatione, in qua prædicta ratio locum habuerit.

1073 Quintò, dubitari potest, an requiratur consensus superioris ejus, qui jurisdictionem prorogat, ad hoc, ut prorogatio sit firma. Ratio dubitandi est, quoniam ad superiorem videtur attinere, eumque tangit, quòd ejus subditus alieno Judici se subjiciat, atque ita opus esse ejus consensu, argumento *cap. quod omnes tangit* 29. *de reg. jur. in* 6. *l. non debet alteri* 74. *ff. de regul. jur.*

1074 Sed pro resolutione statuenda est regula generalis, non esse necessarium consensum superioris Judicis, ut subditus possit prorogare jurisdictionem Judicis non sui. Ita probat textus *in cap. significasti* 18. *de foro competenti*, ubi hæc regula limitatur, per locum ab exceptione ad regulam, de quo Everardus *in locis legalibus, loco* 9. *ab exceptione ad regulam, & per locum ab speciali, de quo idem loco* 99. *ab speciali*: nam exceptio firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè, ff. de pœna legat.* Ita sentiunt Glossa *in cap. inclita* 42. *verbo, Pontifice* 11. *q.* 1. Bartolus *in l.* 1. *§. & post operis, num.* 8. Baldus *n.* 2. Paulus *n.* 6. Imola *n.* 26. Romanus *n.* 19. Alexand. qui latè tractat *ex n.* 15. Jas. *ex n.* 11. *ff. de nov. oper. nunciation.* Isernia *in cap. imperialem, n.* 78. *de prohibit. feud.*

feud. alienat. per Federicum, Capicius *decis.* 9. *n.* 1. Afflictis *in conſtit. Juſtitiarii nomen, n.* 22. *lib.* 1. *Rubr.* 42. Follerius *in eadem conſtitutione, n.* 111. *&* 114. Maranta *in praxi* 4. *part. diſtinct.* 12. *n.* 25. Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 3. *n.* 161. *ff. de judiciis*, Antonius Butrius *in d. cap. P. & G. n.* 20. *verſ. Circa hunc conſenſum*, Imola *n.* 45. 71. *&* 97. *cum ſeqq.* Marianus Socinus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 44. Antonius de Matthæis *de prorogatione juriſdictionis, n.* 14. Federicus Martini *de jure cenſuum, cap.* 6. *n.* 325.

1075 Limita primò prædictam regulam in Clerico, qui ſine conſenſu ſui ſuperioris, non poteſt juriſdictionem alieni Judicis, etiam Eccleſiaſtici, prorogare. Hanc limitationem continet expreſsè text. *in d. cap. ſignificaſti*, ubi notant omnes Canoniſtæ, *& in cap.* 1. *in princ. de foro competent. lib.* 6. docet Bartolus *in d. l.* 1. *n.* 1. *ff. de judiciis*, Aretinus *in §. idem juris eſt, n.* 42. *inſtitut. de exceptionib.* Covarr. *in Practicis, cap.* 10. *n.* 5. *verſ. Octavo*, Antonius de Matthæis *de prorogatione juriſdictionis, n.* 14. (Capicius *deciſ.* 9. *n.* 13. Belletus *diſquiſition. Clerical.* 1. *p. tit. de favore Clericorum perſonali, §.* 2. *n.* 18. *& ſeqq.*) Vivius *deciſ.* 125. *n.* 1. Barboſa *d. art.* 3. *ex n.* 179. *& ibidem n. ſeqq.* rectè animadvertit, ſat eſſe tacitum conſenſum, qui elicitur ex ſcientia, & permiſsione, ſeu non contradictione, qui etiam ſuperveniat ex poſt facto, tametſi ab initio non intervenerit.

1076 Dixi, *alieni Judicis, etiam Eccleſiaſtici*, quoniam Judicis laici juriſdictionem, Clericus nullatenus poteſt prorogare, neque cum licentia ſui ſuperioris, neque ſine illa, *cap. ſi diligenti, de foro competenti*, notat Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 42. *in fin. verſ. Solutio*, Aretinus *in d. §. idem juris eſt, n.* 42. (Rolandus *conſ.* 4. *n.* 10. *vol.* 1. Farin. *in Praxi, q.* 8. *ex n.* 10. Tuſchus *littera C. concl.* 387. Belletus *ubi ſupra, n.* 21.) & probat latè Barboſa *d. art.* 3. *ex n.* 173. etiamſi tacitè ſe coram ſæculari convenire pateretur, non oppoſita exceptione fori declinatoria: nam nihilominus judicium non ſubſiſtet, Jaſo *in l.* 2. *n.* 39. *ff. ſi quis in jus vocat. non jer.* Covarr. *in Practicis, cap.* 33. *n.* 2. Azeved. *in l.* 1. *n.* 21. *tit.* 5. *lib.* 4. *Recopil.* Barboſa *ubi ſupra, n.* 177.

1077 Quis autem eſſe debeat ſuperior iſte, cujus conſenſus requiritur in prorogatione à Clerico facta, tractat Marianus *d. cap. ſignificaſti, n.* 42. & ait, hunc ſuperiorem eſſe Epiſcopum Diœceſanum, etiamſi Clericus habeat alium ſuperiorem immediatum, eumque ſequitur Barboſa *d. art.* 3. *n.* 210. Id autem limitat idem Marianus ex ſententia Panormitani, quando uterque ſuperior habet juriſdictionem ſubordinatam in Clericum: ſecus ſi Abbas, vel alius haberet jura Epiſcopalia, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem: nam ad eum pertineret eo caſu præſtare conſenſum prorogationi à Clerico factæ, non ad Epiſcopum. Eodem in loco extendit prædictam primam limitationem, ad omnes Clericos cujuſcumque gradus, nam neque Epiſcopus, neque Archiepiſcopus poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis non ſui ſine conſenſu ſuorum Superiorum. Quod idem exiſtimat dicendum eſſe de exemptis, non poſſe, inquam, ſine licentia, & conſenſu Papæ, cui ſubduntur prorogare aliorum Judicum juriſdictionem: idem dixit Gregor. *in l.* 7. *tit.* 9. *p.* 1. *gloſſ.* 9. & Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 4. *n.* 43. *ff. de judiciis.*

1078 Difficile tamen eſt invenire rationem hujus limitationis, & cur in Clericis hoc ſit ſpeciale. Multas autem recenſet Marian. *in d. cap. ſignificaſti, n.* 45. examinatque, & rejicit Barboſa *in d. art.* 3. *ex n.* 186. Verùm Imola *in d. cap. P. & G. n.* 98. *de offic. delegat.* Alex. *in l.* 1. *d. §. & poſt operis, n.* 19. *ff. de nov. oper. nunciation.* & Felinus *in d. cap. ſignificaſti, in princ. verſ. Rationes differentiæ*, credunt nullam eſſe demonſtrativam, & concludentem, ſed omnes cenſent perſuaſivas, ſeu probabiles.

1079 Sed non diſplicet primò, ea quam adducit Marian. *d. n.* 45. quòd Clericus inquam, magis ſubjaceat Epiſcopo, quam laici ſuis ſuperioribus; quippè cùm non ſolum ſubdatur Epiſcopo ſecundum nudum uſum juriſdictionis, ſed ultra etiam ratione ordinum ſuſceptorum, etſi habet beneficium, etiam ratione beneficii. Nam cùm Cleri-

cus

cus ordinem recipit, se totum Deo dedicat, *cap. Cleros* 21. *distinct. cap. cui portio, cap. duo sunt* 12. *q.* 1. *cap. cùm secundum* 16. *de præbend. & dignit.* ita fit, ut Clericus non possit sine sui superioris licentia prorogare: nam etiam laici sine superioris licentia prorogare non possunt, cum superiori subduntur ultra nudum usum jurisdictionis; ut vassalli, qui subduntur ratione fidelitatis, & servicii, ut statim dicemus. Ex qua radicali diversitate oriuntur etiam quædam alia discrimina inter laicos, & Clericos, quæ retulit Glossa notatione digna *in cap. inolita* 42. *verb. Pontifice* 11. *q.* 1. Nam laicus potest jurare sine licentia sui superioris, sed Clericus non potest, *cap. inhærentes, de juram. calumn.* Item Clericus non potest ab alio Episcopo ordines accipere: ergò nec judicium, quod majus est, *cap. nullus primas* 9. *q.* 2. Item non potest ab alio, quàm à suo Prælato petere judicium animæ, quòd est occultum, *cap. placuit, de pœnit. distinct.* 6. *cap. omnis utriusque sexus, de pœnitent, & remiss.* ergo multò fortius, nec manifestum. Et revera hæc fuit originalis sententia Innocentii, ut ex illo retulit Alex. *in d. §. & post operis, n.* 19. tametsi ego eam apud illum non inveniam in loco ab Alex. relato. Quam rationem differentiæ approbarunt Panormit. *in d. cap. P. & G. n.* 18. *& in d. cap. significasti, n.* 7. *in fine*, Dominicus de S. Geminiano *in cap. Romana, in princ. n.* 4. & ibi Philippus Franch. *n.* 2. *in fine, de foro compet. in sexto*, Romanus *in d. §. & post operis, n.* 19. *&* 20. Jaso *n.* 1. & in eandem incidit Barbosa *in d. art.* 3. *ex num.* 195. tametsi videatur velle novum aliquid afferre.

1080 Secundam aliam rationem tribuit Alexander Dominico de S. Geminiano, quæ similiter apud illum non reperitur, sed invenitur apud Innocent. *in cap. de causis* 4. *n.* 3. & Baldum ibi, *n.* 31. *de offic. delegat.* (certè hac de causa commentaria antiquorum, quæ apud nos vulgò circumferuntur, valdè mihi suspecta redduntur, & incerta, quòd ea, quæ alii aliis attribuunt, relatis etiam eorum verbis, apud ea non inveniantur) agnoscit diversitatem Dominicus inter Ecclesiasticam, & sæcularem jurisdictionem, quòd illa emanabit à Deo, & concessa est Ecclesiæ, & ejus supremo Pastori, & ab eo derivata in cæteros Pontifices; at laica profecta est ab ipso populo, quem collectio singulorum constituit, cui immediatè à Deo concessa est, ab ipso autem populo in suos superiores transfusa. De quo discrimine rectè agunt Victoria *relect.* 1. *de potest. Eccles. sect.* 5. *& in relect.* 3. *de potest. civil. ex n.* 7. Molina *de justit. tractat.* 2. *disput.* 21. *§. habemus deinde, cum disp. sequent.* Bellarmin. *tom.* 1. *vol.* 1. *controv.* 3. *de Romano Pontifice, lib.* 4. *cap.* 22. 23. *& 24. & vol.* 2. *controv.* 5. *lib.* 3. *cap.* 2. *& cap.* 9. Ac per consequens mirum non est, si major facultas concessa sit laicis prorogandi jurisdictionem laicam, quam ipsi dederunt, ut partes populi; quam prorogandi jurisdictionem Ecclesiasticam subditis illius, quæ ab ipsis nullatenus emanavit. Quam rationem videtur approbasse idem Bald. *in l. si qui ex consensu, n.* 10. *C. de Episcop. audient.* Quæ ratio non jure displicet Alexandro, neque ab eo impugnatur efficaciter.

1081 Tertiam rationem prædictæ limitationis excogitavit Foller. *in constit. Justitiarii nomen, n.* 115. quam dicit alibi non tactam, & quidem non contemnendam, videlicèt decisionem *d. cap. significasti*, non procedere ex speciali subjectione Clericorum erga Episcopos, sed ex speciali modo jurisdictionis Episcoporum erga Clericos sibi subditos. Quæ decisio communis etiam erit omnibus laicis, si habeant jurisdictionem erga subditos, simili modo qualificatam. Hæc autem qualitas in eo consistit, quòd Episcopus habet in Clericos sibi subditos jurisdictionem privativam, comparatione aliorum Episcoporum, *cap. nudus primas, cap. Episcoporum* 9. *q.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 2. *de foro compet.* Inde provenit, ut non possit Clericus sine sui superioris licentia prorogare alieni Judicis jurisdictionem; quod item in laicis contingit habentibus jurisdictionem privativè supra suos subditos, ut inferius tangemus.

1082 Quartam rationem addit Isernia *in constit. cùm satis*, quoniam Princeps supre-

premus poteſt inhibere ſubditis ne litigent coram alienis Judicibus, & eos cohibere à prorogatione Judicis extranei, *l.2. §. ſi & Judex, ff. de jud.* quod ita jure fieri poſſe proſequitur Barboſa *d.arc.3. n.142. & n.* 139. *cum ſeqq.* notat ſic factum eſſe à multis Regibus. Et in Regno Caſtellæ *in l.11. & 13. tit.1. libr.4. Recop.* prohibitum eſt, ne laici ſe ſubjiciant Judicibus Eccleſiaſticis, aut declinent laicos; quod ea ratione fit, ne minuatur juriſdictio prohibentium. Id ipſum igitur factum eſt à Pontifice *in cap. ſi diligenti 12. & in dict. cap. ſignificaſti, de foro compet.* qui ne ſua juriſdictio diminueretur, aut illi præjudicaretur, prohibuit ne Clerici conſentirent in Judicem laicum, atque ne minueretur Epiſcoporum juriſdictio, inter quos diſtributa erat poteſtas, deſignatis certis ſubditis 9. *q.2. per totam*, ne ſine conſenſu proprii Epiſcopi, conſentirent in Judicem Eccleſiaſticum. Quam rationem præſenſit Panormit. *in cap. ſignificaſti, n.8. in fine*, & eſt optima ratio.

1083 Quæ tamen prædicta prima limitatio ſic probata, ſublimitanda eſt primò, ut Clericus etiam ſine ſui ſuperioris conſenſu, poſſit prorogare juriſdictionem alieni Judicis Eccleſiaſtici tacitè; videlicèt, ſi contrahat, vel quod idem eſt, ſolutionem deſtinet, vel delinquat in territorio alterius. Ratio eſt, quia hæc prorogatio non oritur ex ſola voluntate, & conſenſu Clerici prorogantis, ſed ex diſpoſitione, & aſſiſtentia juris, quod jubet, quem forum ſortiri, ubi contrahit, vel delinquit, & ibi eum etiam invitum reſpondere compellit, *cap. dilecti, cap.ult. de foro compet. cap.Romana, §. contrahentes, eod.tit. in 6. cap.1.de privileg. in 6.* & ego latiſsimè dixi *q.4. ex n.160.* Hanc ſublimitationem tradunt Specul. *lib.2. tit. de compet. Judic.adition. §.1. n.21.* Panormit. *in d.cap. dilecti, n.4.* Marian. *n.5. & 17.* Ripa *in cap.1. n.67. de judic.* Decius *in cap. Clerici, n.57. eodem tit.* (Jaſo *in l. cum quid 3. n.13. & 19. in 2.lect. ff. ſi cert. petat.*) Angel. *in l.1. n.5.* Paul. *n.10.* Alex. *in addit. ad Bart. ibidem n.2.* Barboſa *art. 3. n.222. 225. & 226. ff. de judiciis*, idem Alex. *conſ.89. n.1. & 6. lib.7.* Maranta *in praxi, 4.p. d.diſtinct.12. n.24.* Navarr. *in relect. cap. accepta, de reſtit. ſpoliat. in reſol. oppoſit.8 n.5. tom.3.* Covarr. *in practic.cap. 10. n.5. verſ. Nono*, Marta *de juriſdict. 2. p. cap.6. n.46. & 47.* Carrocius *deciſ.52. n.24.* Eam autem ſublimitationem extendit Barboſa *ubi ſupra, n.223.* ut ſi contrahat Clericus in aliquo loco, & renunciet foro, ſeu promittat ſe non uſurum declinatoria, etiam ſine ſui ſuperioris licentia, poſſit abſens quoque ibidem conveniri, quod inferius *ſectione ultima* tractabimus, *n.1252.*

1084 Contrariam tamen ſententiam huic ſublimitationi, quoad forum deſtinatæ ſolutionis dumtaxat, quinimò non poſſe Clericum ſine ſui ſuperioris licentia prorogare juriſdictionem Judici loci, in quem ſolutio deſtinata eſt, amplectitur Speculator, *ubi ſupra*, quem ſequitur Angelus *in d. l.1. n.5. ff. de judiciis*, & prædicta additio Alex. *ad Bart. ibidem n.2. ad verb. haberent feudum*, Sapia *in ead.l.1. n.29.* Dec. *in cap. 1. 1.lect. n.116. in fin. de judiciis*, conatus acutam rationem diſparitatis inter hunc, & alios foros aſsignare, ſed non ſolidam; cum juris interpretatione quiſque cenſeatur contrahere in loco, in quem contulit ſolutionem, *l.3. ff. de bonis author. Judic. poſſid.l. contraxiſſe, ff. de action. & obligat.* quod explicat eleganter Joan. Bapt. de S. Sever. *in repet. l.cunctos populos, n.130. C.de Sum. Trinit. & Fide Cathol.* & ego latè *ſupra q.4. n.248. cum ſeqq.* Quare jure optimo ab hac ſententia recedunt cæteri paulò ante pro contraria priori ſententia relati, præſertim Covarr. *in pract. d.cap.10. n.5. verſ. Nonò ex proximè*, & eam refelli Barboſa *d. n.226.* ex textu quaſi expreſſo *in d.cap. dilecti, de foro compet.*

1085 Sublimita ſecundò prædictam primam limitationem principalem, ſi Clericus mutet domicilium in alium locum, quod jure communi permittitur, *l.cùm quædam 19. ff.de juriſdict.omn.judic.* notat Hoſtienſis *in ſumma, de foro compet. n.10.* nam poſt mutatum domicilium incipit ſubjacere Epiſcopo novi domicilii, & in prorogatione denuò facienda indigeret conſenſu illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi domici-

lium habet, non ejus, qui eum ordinavit, & cui ante mutatum domicilium subjacebat; nam is ex dispositione juris subrogatur loco illius Episcopi, qui Clericum ordinavit: quemadmodum si iste mutans domicilium ordines suscipere deberet, aditurus esset Episcopum novi domicilii, non antiqui mutati, *cap. cùm nullus 3. de temp. ord. lib. 6.* Hanc sublimitationem tradit Barbosa *in d. art. 3. n. 213.* pro qua refert Imolam *in d. cap. P. & G. n. 46. de offic. deleg.* quamvis ille non agat de foro externo, sed de foro interno pœnitentiali: verùm ex illo desumitur argumentum ad externum: quo usa est Glossa *in d. cap. inolita 11. q. 1.* Circa quam tamen sublimitationem adnotare oportet, non posse Clericos, ut possent laici sine sui Episcopi licentia domicilium mutare extra Diœcesim, *cap. non oportet, cap. si qui verò, cap. si quis Presbyter 23. cap. propter eos 7. q. 1.* & istis locis notat Archidiac. & Gemin. Hostiensis *in summa, de foro compet. n. 14.* Grassis *de effectibus Clericat. effect. 25.* nec possunt sine ejusdem licentia à sua Ecclesia abesse, *cap. si quis in Clerico, eadem causa, & quæstione*; quare in quavis mutatione domicilii præsupponitur consensus Episcopi.

1086 Sublimita tertiò eandem primam limitationem, si Clericus conveniatur coram Judice competente mero jure, à quo tamen posset se substrahere opposita exceptione declinatoria ex privilegio, vel quavis alia ratione procedente de jure communi: nam poterit Clericus declinatoriam omittere, & sinere se conveniri sine consensu sui superioris: hæc enim non est vera prorogatio, sed remotio obstaculi jurisdictionis, ut dicebam *supra n. 1001.* Hanc sublimitationem tradunt Panorm. *cons. 25. n. 1. statim post principium, versic. Sed dubium est numquid 1. p.* Ripa *in cap. 1. n. 68. de judiciis*, Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n. 14. vers. Et hæc de consensu*, Barbosa *d. art. 3. n. 221.*

1087 Quartò prædictam primam limitationem sublimitandam credit Barbosa *d. art. 3. n. 216.* ut non procedat in Clerico primæ tonsuræ, quem credit posse prorogare jurisdictionem **Judicis alieni**, sine consensu proprii Episcopi. Quod ex eo probat, quia ex prima tonsura non imprimitur caracter, ut docent Theologi *in 4. distinct. 24.* ubi Dominic. Soto *q. 1. art. 4. concl. 7.* existimat ordines, etiam minores infra subdiaconatum, non imprimere caracterem, neque esse Sacramenta, sed sacramentalia quædam ad Sacramentum disponentia, *& q. 2. art. 1. ad quartum*, ait primam tonsuram non esse ordinem, referens in eandem sententiam D. Thomam, Bonaventuram, & Ricardum, D. autem Thomas *in additionibus ad tertiam partem, q. 37. art. 2.* tonsuram inter ordines non enumeravit. Sunt enim solùm septem, videlicèt, tres sacri, Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus: quatuor minores, Acoliti, Lectoris, Exorcistæ, Ostiarii, & non plures, *& in 4. distinct. 24. q. 3. art. 1. quæstiunc. 2.* ait, tonsuram non esse Ordinem, nec per eam imprimi caracterem, & D. Antonius *tertia parte summæ, tit. 14. cap. 16. §. 6.* ait primam tonsuram non esse Ordinem, sed dispositionem ad Ordines, item D. Isidorus *in cap. Cleros 21. distinct.* omnes ecclesiasticos Ordines recenset, tonsuræ nullam mentionem faciens, & idem D. Thomas *in eisdem additionib. q. 39. art. 2.* expressè negat primam tonsuram esse Ordinem, idem asserit Franch. *decis. 189. n. 9.* & statuit Vazquez *in tertiam partem D. Thom. tom. 3. disp. 239. cap. 1. n. 3. & seqq. & cap. 2. n. 15. & seqq.* ait solùm esse in Ecclesia septem Ordines (Consonat Thom. Sanchez *consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. n. 6.* & tonsuram non esse ordinem asserit, *dub. 6. n. 6.* Septem autem Ordines solùm recensentur *in Concilio Romano 2. sub Silvestro Papa, Canone 7. & in Consilio Cartaginensi 4. ex cap. 3. ad 9. relatis distinct. 23. ex cap. Presbyter 8. cum seqq.* Meminit Baronius anno Christi 44. & Epitome, *ibidem n. 34.* quantumvis Canonistæ contendant, novem esse Ordines ecclesiasticos, & inter eos numerandam tonsuram, juxta textum *in cap. cùm contingat 11. de ætate qualit. & ord. præficiendor.* Et Glossam *in proœmio, lib. 6. verb. Episcopus.* Sed ego credo, hac in re magis standum esse doctrinæ communi

Theo-

Theologorum affirmantium, solùm esse constituendos septem Ordines in Ecclesia.) Ex qua Doctrina colligit Barbosa, tonsuratum non effici rem spiritualem, ut per Ordines efficiuntur Clerici, ex quo provenire existimat, ut sine Episcopi permissu non possint jurisdictionem alieni Judicis prorogare.

1088 Sed ego de hac sublimitatione multum dubito; imò si accipienda, & intelligenda sit universim, ut jacet, eam existimo falsam salva doctissimi viri reverentia: quin potius censeo decisionem *d. cap. significasti*, non solùm in Clericis, in sacris, & in minoribus Ordinibus constitutis, sed etiam in tonsuratis recipiendam esse. Nam cùm textus Clericos nominet, & sub nomine, *Clericus*, comprehendatur etiam tonsuratus, *cap. unico, de Cleric. conjug. in sexto*, Trident. *sess. 22. decreto de reformat. cap. 1.* & omnia privilegia concessa Clericis, & statuta loquentia de Clericis, locum habeant in Clericis primæ tonsuræ, ut tradit Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 110.* & & ibi Decius *expresè, n. 20. & seqq. de constit. & in cap. cùm non ab homine, n. 8. de judiciis*, non video cur limitandus sit textus *in d. cap. significasti*, sine auctoritate, & sine ratione ulla, ut non procedat in Clericis tonsuratis. Illud tamen existimo verisimum, illum textum non procedere in Clericis, etiam minorum Ordinum, qui non gaudent privilegio fori, eo quod non servent requisita à Trindent. *sess. 23. decreto de reform. cap. 6.* Ratio est manifesta, quia ejusmodi Clerici non subduntur foro Episcopi, sed laicorum, à quibus judicantur, ac per consequens non indigent ad eligendum sibi Judicem venia Episcopi, cujus foro non sunt subjecti, & à quo in judicio non pendent, & actenus vera erit traditio Barbosæ non ultra.

1089 Neque obstat ejus fundamentum. Nam in primis Clerici, etiam tonsurati, eatenus censendi sunt res spiritualis, quatenus Divino obsequio dedicantur, & in partem Domini, hæreditatemque ejus vocati segregantur à cæteris, ut docet D. Thom. *in additionib. ad 3. p. q. 39. art. 2. & 3. & in 4. distinct. 24. q. 3. art. 1. quæstiunc. 2. ad secundum*, etiamsi illis non imprimatur character: quoniam vasa etiam sacra, & aqua lustralis, & alia sacramentalia spiritualitatem contrahunt ex benedictionibus, vel consecratione Sacerdotum, & Episcoporum, etiamsi illis caracter non imprimatur. Quid quod? Quantum attinet ad Ordines minores, D. Thom. *in addition. ad 3. p. q. 35. art. 2. & in 4. distinct. 24. q. 1. art. 2. quæstiunc. 2.* existimat per illos imprimi etiam caracterem, cujus sententiam approbat Bellarmin. *tom. 2. controv. 5. libr. 2. cap. 8.* (& Sanchez *consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 7. n. 3.*) ubi addit minores Ordines esse Sacramenta; verùm est tamen in illis non includi tonsuram. Sed quidquid sit, nescio, qua crassa, & supina quorundam Juristarum ignorantia factum sit, ut dum agitur de privilegio fori, involvatur tractatus de caractere, cùm nihil commune habeant caracter, & privilegium fori. Imò verò, more Dialecticorum loquendo, sint termini impertinentes, qui neque se inferunt, neque sibi repugnant. Cui tamen errori ansam, & occasionem videtur præbuisse Navarrus *in repet. cap. novit, de judiciis, notabil. 6. n. 30.* & in eum paulatim lapsus est, doctissimus alioqui Francisc. Suarez *in defensione Fidei contra errores Anglicanos, libr. 4. cap. 10. n. 11. & seqq.* Ad privilegium quidem fori non est necessarius caracter, quippè cùm eo gaudeant tonsurati cum qualitatibus Tridentini, item Monachi, & Moniales, cùm nemo somniaverit tonsura, aut ingressu Religionis imprimi caracterem. E contra verò Clerici in sacris degradati privilegio fori non gaudent, sed manent subjecti foro laicorum, ut dixi *supra n. 773.* & notat Parlad. *in sesquicent. different. 9. §. 4. n. 4.* (Scaccia *de judiciis, lib. 1. cap. 11. ex n. 53.*) cùm tamen caracterem, qui est qualitas indelebilis non admittant, juxta tradita à Divo Thom. *3. p. q. 63. art. 5.* & adnotata ad eum locum à Francisco Suar. *tom. 3. in tertiam partem*, & Gabriele Vazquez *tom. 2. in eandem tertiam partem, disput. 134. cap. 5. ex n. 86.* Non est igitur sumendum argumentum à caractere ad privilegium fori, neque è

contra, aut affirmativè, aut negativè.

1090 Limita secundò principaliter prædictam regulam, ut neque laici in spiritualibus sacramentalibus possit prorogare jurisdictionem Judicis non sui, seu alieni Parochi, sine licentia sui proprii Judicis. Ita probat textus *in cap. placuit 9. q. 2. repetito in cap. ultimo de pœnitent. distinct. 6. & cap. omnis utriusque sexus de pœnit. & om ff.* traditque Innoc. *in cap. de causis 4. n. 4. de offic. deleg.* Butrius *in d. cap. P. & G. n. 22. in fine, eod. tit.* Panormit. *in d. cap. significasti, n. 15.* Marian. *n. 30.* Felin. *n. 1.* Franciscus Marcus *decis. 689. n. 3. aliàs decis. 897. 2. p.* Menchaca *controversiar. usufrequentium, cap. 14. n. 32.* Anton. de Matth. *de prorog. jurisdict. n. 5. vers. Prorogabilis est jurisdictio spiritualis,* Anton. Natta *cons. 413. n. 7. tom. 2.* Barbosa *in d. l. 1. art. 1. n. 207. & art. 3. n. 197. ff. de judiciis,* Francisc. Suar. *tom. 4. in tertiam part. D. Thomæ, disput. 27. per totam*, Gabriel Vazquez *in eandem tertiam partem, q. 93. art. 2. dub. 1. n. 3. & dub. 2. n. 3. & 4. & dub. 3. n. 6. tomo item 4.*

1091 Amplia prædictam secundam limitationem, ut procedat etiam in spiritualibus non sacramentalibus, ut in matrimonialibus, decimalibus, & similibus causis, in quibus non potest etiam fieri prorogatio in Judicem Ecclesiasticum alienum, sine consensu proprii superioris. Ita sentiunt Hostiensis *in d. cap. P. & G.* quem omnes referunt, & *ibidem* Joann. Andreas n. 19. idem Hostiens. *in summa, de foro compet. n. 4.* Dixi, *in Judicem Ecclesiasticum alienum*: nam ut fieret prorogatio in laicum, non sat esset consensus proprii superioris, sed requireretur consensus Summi Pontificis, notant Butrius, Panormit. Marian. & Felin. Paul. ante relati, & Foller. *in pract. censuali, verb. Et submissionis cuicumque foro, n. 2.* Et probatur ista ampliatio primò ex textu *in cap. nullus primas, in fin. 9. q. 2.* ubi ex spiritualibus sacramentalibus desumitur argumentum ad judicialia. Ergò quemadmodum requiritur proprii superioris consensus in illis, ita in istis. Secundò pro ista ampliatione facit secunda ratio differentiæ inter Ecclesiasticam, & laicam jurisdictionem expensa *supra n. 1080.* quam etiam notat idem Joan. Andreas *d. n. 19.* & Bald. *in l. si qui ex consensu, n. 10. in fine, C. de Episcop. audient.* notabiliter dixit non posse prorogari illud, quod non venit nisi solùm à Deo, consentit Maranta *in praxi 4. p. d. distinct. 12. n. 23.* Barbosa *in d. art. 1. n. 207.*

1092 Contrariam tamen sententiam huic ampliationi, imò prædictam secundam limitationem non procedere in spiritualibus non sacramentalibus, & sic sublimitandam esse, & quoad illa standum esse regulæ generali, ut non requiratur consensus proprii superioris, ut laicus faciat prorogationem, censent, & tuentur Antonius Butrius *in d. cap. P. & G. n. 22.* Panormit. *n. 15.* Imola *ex n. 40. ad 47.* ubi satisfacit textui *in d. cap. nullus primas,* idem Panormit. *in d. cap. significasti, n. 15.* Felinus *n. 1.* Marianus *n. 30. de foro compet.* qui dicit hanc sententiam esse communem Doctorum, Natta *consil. 413. n. 6. & 7. tom. 2.* Barbosa *d. art. 3. ex n. 208. & ex n. 200.* prosequitur latè interpretationem textus *in d. cap. nullus primas.* Probabilis quidem est sententia, verùm difficultatem habet secunda illa ratio discriminis commemorata *n. præced.*

1093 Limita tertiò principaliter prædictam propositam regulam, ut vassalli feudataii subditi Dominis directis ratione feudorum illis concessorum, non possint sine eorum consensu prorogare jurisdictionem alterius Judicis. Ratio est, ne in præjudicium Domini directi aliqua collusio committatur. Hanc limitationem probat textus *in cap. imperialem, §. præterea si inter duos, de prohibit. feud. alien. per Federicum, in cap. cæterum 5. de judiciis, & in cap. ex transmissa 6. & in cap. ex part. 15.* ubi notat Panormitan. *n. 11. de foro competenti,* docent Bartol. *in l. 1. n. 2. ff. de judiciis,* Baldus *in l. 2. n. 6. C. de oper. libert.* Jaso *in l. 1. §. & post operis, n. 13. ff. de nov. oper. nunciat.* Felinus *in d. cap. significasti, n. 2.* Imola *in d. cap. P. & G. n. 99. de offic. deleg.* Angelus Aretinus *in §. idem juris est, n. 45. institut. de exception.* Præpositus *in d. cap. imperialem §. præterea si inter, n. 5.* (Guilielmus Benedictus *in repet. cap. Rainuncius, verbo, Et uxorem, decis. 2. n. 54.*

de

de teſtam. Belluga *in ſpeculo Princip. rubric.* 41. *§. leges Regni, n.* 59. & ad eum locum Borrellus) Afflictis *dec.* 265. *n.* 35. ubi Urſillus *num.* 38. *&* 39. idem Urſillus *ad deciſ.* 155. *num.* 3. Capicius *deciſ.* 9. *num.* 8. *in fin. verſ. Secundò limita, & n.* 9. Grammaticus *deciſ.* 103. *n.* 133. Ponte *deciſ.* 33. *n.* 6. Cacheranus *deciſ.* 78. *n.* 13. *&* 18. Natta *conſ.* 413. *n.* 7. *tom.* 2. Boſsius *diverſorum tractat. tit. de Principe, n.* 261. Maranta *in Praxi* 4. *part. d. diſt.* 12. *n.* 25. Julius Clarus *lib.* 4. *ſentent. §. feudum, q.* 90. *n.* 10. Federicus Martini *de jure cenſuum, cap.* 6. *n.* 320. *cum ſeqq.* Barboſa *d. art.* 3. *n.* 156. *& art.* 4. *n.* 51. Regens Rovitus *in Pragmat.* 2. *n.* 7. *ubi de delicto quis debet conveniri.*

1094 Sublimita tamen, & declara prædictam tertiam limitationem, ut procedat cum vaſſallus litigat de re feudali, aut juribus Domini directi ſuper feudo: ſecus ſi litigaret de aliis juribus ad feudum non pertinentibus, nam ad prorogationem ſuper ea lite non egeret Domini directi conſenſu. Ita ſublimitant, & declarant Jaſo, Boſsius, & Capicius, *ubi ſupra*, Baldus *in in l.* 1. *§. & poſt operis, n.* 2. Romanus *n.* 20. *ff. de nov. oper. nunciat.* Angelus *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de judiciis*, (Angelus Aretinus *in §. appellantur, n.* 24. *Inſt. de exceptionib.*) Iſernia *in conſtitut. cùm ſatis, verſ. Tandem credimus, & in d. cap. imperialem, n.* 78. *in fin.* Julius Clarus *in §. feudum, d. q.* 90. *n.* 10. Amadæus de Ponte *in tit. quis ſit Judex in cauſa feudali, n.* 19. *poſt quæſt. de laudemiis*, Follerius qui ſtrenuè declarat *in conſtit. Juſtitiarii nomen, n.* 112, *& in practica cenſuali, verb. Et ſubmiſsionis cuicumque foro, n.* 3. Maranta *ubi ſupra, d. n.* 25. Barboſa *d. artic.* 3. *n.* 157. Cancer *variar. reſolut. part.* 3. *cap.* 10. *n.* 33. Capiblanc. *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 121. *&* 122. *de Baronibus*; nam hoc caſu nullum Domini præjudicium vertitur in prorogatione.

1095 Sed ſubſiſtendum eſt, quoniam ex hac limitatione videtur inferri, contrarium prorſus dicendum eſſe de vaſſallis burgenſibus, ſubjectis feudatariis ſolùm ſecundum nudum uſum juriſdictionis, ut videlicet iſti, qui nihil habent à Baronibus, quibus ſubduntur, ſed dumtaxat ſubjacent nudæ juriſdictioni illorum, poſsint prorogare juriſdictionem extraneorum Judicum ſine conſenſu Baronum; ac per conſequens ſi litem moveant, aut patiantur apud Judices Regios, aut aliorum Baronum, invitis Baronibus, quibus ſubduntur, non poſsint Barones ipſis ſuperiores petere remiſsionem earum litium, & cauſarum ſuorum vaſſallorum burgenſium. Quod videtur præſenſiſſe Romanus *in d. l.* 1. *§. & poſt operis, n.* 20. *ff. de nov. oper. nunciat.* Hujus autem conſequutionis uſum contrarium videmus admiſſum continua, & communi praxi in hoc Regno Neapolitano, & planè conſequutio falſa cenſenda eſt, & contra communem ſententiam.

1096 Nam imò, neque vaſſallos burgenſes poſſe prorogare juriſdictionem Judicis extranei ſine ſui Baronis conſenſu, ſentiunt Bartolus *in d. l.* 1. *§. & poſt operis. n.* 8. Angel. *n.* 2. qui Bartolum approbat, Paulus *n.* 6. Cumanus *n.* 6. Imola *n.* 26. Roman. *n.* 20. Alexand. *n.* 15. *ff. de nov. oper. nunciat.* Baldus *in l. decernimus* 15. *n.* 4. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in d. cap. imperialem, §. præterea ſi inter duos, n.* 19. ubi Afflictis *n.* 2. *&* 10. *de prohibit. feud. alienat. per Federicum*, Ancharranus *in cap.* 1. *in princ. n.* 3. *circa finem, de foro competenti in ſexto*, Marianus Socinus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 45. idem Afflictis *dec.* 265. *n.* 35. Urſillus *ibi, n.* 37. *verſ. Circa decimamtertiam, & n.* 38. *&* 39. *& ad dec.* 155. *ex n.* 3. Guido Papæ *dec.* 77. *n.* 4. remittens ſe ad Baldum *ubi ſupra*, Capicius *dec.* 9. *n.* 3. Boerius *deciſ.* 114. *n.* 4. *&* 5. *& n.* 10. *cum ſeqq.* Cacheranus *deciſ.* 78. *n.* 12. 13. *&* 17. *cum ſeqq.* Franchis *deciſ.* 417. *n.* 2. *& deciſ.* 529. & ibi addentes, Gail *Practicar. obſervation. lib.* 1. *obſerv.* 40. *n.* 2. *&* 6. Laurentius Silvanus *conſ.* 25. *n.* 40. Fabius de Anna *conſ.* 107. *n.* 12. *lib.* 2. Menochius *conſ.* 340. *n.* 55. *lib.* 4. Marta *vot.* 163. *n.* 7. Belluga *in ſpeculo Principum, Rub.* 15. *§. ſed quid dices, n.* 7. *& in Rubr.* 41. *§. leges Regni, n.* 59. Guilielmus Benedictus *in repet. cap. Raynuntius, verb. Et uxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 2. *n.* 54. *de teſtam.* Curtius *de feudis* 7. *part. ex n.* 19. Duarenus *in conſuetud. feudor. cap.* 20. *n.* 8. Freccia *de ſubfeudis, lib.* 2. *auctorit.*

10.

10. Caravita *ritu* 205. *n.* 6. Amadeus de Ponte *in tit. quis sit Judex in causa feudali, n.* 19. & 20. Surdus *cons.* 47. *ex n.* 34. *lib.* 1. Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 3. §. 1. *n.* 21. & 22. Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 61. & 62. Marcellus Cala *de modo articulandi,* §. 1. *gloss.* 1. *n.* 77. & 107. Federicus Martini *de jure censuum, cap.* 6. *n.* 320. & 325. Cancer. *Variarum resolut. part.* 3. *cap.* 10. *ex n.* 30. Petra *de potestat. Princip. cap.* 11. *n.* 7. & 8. Capiblancus *in Pragmat.* 8. *part.* 1. *n.* 118. & 119. *de Baronibus.* Et hæc sententia in Regno Neapolitano confirmata est, certa, & continua praxi, ut notat Franchis *d. decis.* 417. *n.* 2. ego autem adverti *supra*, loquens de criminalibus, *q.* 7. *præcedenti, n.* 858.

1097 Neque satisfacies, si dixeris, quinimò hanc sententiam esse conformem limitationi *supra traditæ n.* 1093. & rationi, qua ad eam, & hanc asserendam moventur Doctores: nam ferè omnes post Bartolum distinguunt, an vassallus subdatur Domino solùm secundum nudum usum jurisdictionis, ut in hoc casu possit, aut inscio, aut invito Domino jurisdictionem prorogare; an verò subdatur aliquo alio modo ultra nudum usum jurisdictionis, ut in eo casu non possit sine Domini consensu in alienum Judicem consentire. Quod eleganter notavit Marianus *in d. cap. significasti, n.* 44. Afflictis *constitut. Fustitiarii nomen, num.* 22. Franciscus Marcus *decis.* 313. *n.* 3. 2. *part.* at vassalli etiam burgenses Baronibus feudatariis subduntur ultra nudum jurisdictionis usum, nam obligantur etiam ad subventiones, & servitia personalia Dominis impendenda, ad jurandam fidelitatem ad angarias, & perangarias, munera ærariatus, Camerlingatus, & similia, multaque alias operas obsequiales, ut constat in hoc Regno Neapolitano, tùm ex usu, tùm etiam ex *constitut. quam plurium, & constitut. Comitibus, & pragmat.* 10. 14. & 16. *de Baronibus,* & iis, quæ ad eas adnotavit Capiblancus, & Rovitus *in pragmat.* 64. *n.* 31. *de offic. Procurat. Cæsar.* & docuit Afflict. *in cap. imperialem,* §. *præterea si inter duos, n.* 10. *de prohibit. feud. alienat. per Federicum*, ubi ait omnes habitantes in Terra Baronis jurare fidelitatem Baroni, etiamsi non habeant feudum, quia saltem pro aere, terra, & aqua, & igne, quæ recipiunt de terra Domini, tenentur ad præstandam fidelitatem: consentit Capicius *d. decis.* 9. *n.* 5. & 6. Franchis *d. decis.* 417. *n.* 2. Guilielmus Benedict. *in cap. Raynuntius, verbo, Et uxorem, n.* 54. *de testament.* præsenseratque Baldus *in d. l. decernimus* 15. *n.* 4. *C. de sacrosanct. Eccles.* consentiunt item multi ex relatis à me *numero præcedenti.* Cùm igitur vassalli burgenses subduntur Baronibus ultra nudum usum jurisdictionis, non poterunt, juxta communem sententiam, jurisdictionem alienam, sine consensu Baronum, quorum subditi sunt, prorogare.

1098 Non inquam satisfacies, quoniam dato hoc ita esse, incideremus in sublimitationem ante traditam *n.* 1094. ut tunc non possint vassalli burgenses prorogare jurisdictionem alieni Judicis præter Baronem, cum agitur de oneribus, & muneribus ipsi debitis, ne sic defraudentur Baronum jura; quemadmodum ipsi Barones, & vassalli feudatarii non possunt prorogare jurisdictionem, & consentire in alienum Judicem præter Dominum directum, cum tractatur de feudo, vel ejus oneribus: at cum nullum versatur interesse Baronis, sed alterius vassalli burgensis privati, aut etiam Baronis alieni, tunc aliena jurisdictio prorogari poterit. Quod idem observatur in litibus Baronum inter se, aut cum vassallis alienis circa jura ad feudum non pertinentia, ut in prædicta sublimitatione dicebamus, & expressè asseruerunt loquentes de vassallis burgensibus. Isernia *in d. cap. imperialem,* §. *præterea si inter duos, n.* 78. *in fine,* Alvarottus *ibi, n.* 4. *vers. Nec obstat regula, in fine,* Præpositus *n.* 5. Marianus *in d. cap. significasti, n.* 44. post Panormitanum, quem vocat Dominum suum, Angelus *in l.* 1. *n.* 6. *ff. de judiciis,* Angel. Aretinus *in* §. *idem juris est, n.* 45. *institut. de exception.* Maranta *in Praxi* 4. *p. d. dist.* 12. *n.* 25. Capicius *d. decis.* 9. *n.* 7. & 8. Follerius *in praxi censuali, verb. Et submissionis cuicumque foro, n.* 3.

1099 Quid dicendum in re tàm contro-

troversa? Certè amplectenda est sententia, ut dicamus, vassallos burgenses spectato jure communi, etiam feudali, posse prorogare jurisdictionem cujusvis Judicis extra suum Baronem, dummodò lis versetur circa jura diversa à vassallagio, & juribus Baronis. Quod nonnulli contra Paulum *in d. §. & post operis, n.* 6. extendendum credunt, etiamsi Baro propter prorogationem vassallorum amitteret sportulas, vel aliud speratum lucrum. Inter quos sunt Imola *in d. cap. P. & G. n.* 101. *de offic. delegat.* Alexand. *in d. §. & post operis, n.* 20. Capicius *d. decis.* 9. *n.* 12. Barbosa *in d. art.* 3. *n.* 148. Resolutionem verò principalem amplectuntur relati *numero præcedenti in fine*, & plurimi ex iis, quos superius *n.* 1094. retuli, qui dum generaliter loquuntur, ita sunt intelligendi, & interpretandi, ut loquantur de omnibus vassallis.

1100 Verùm ea doctrina limitanda sit, cùm jurisdictio in investitura feudali conceditur privativè, & abdicativè, respectu aliorum Judicum, & cum clausula decreti irritantis, si aliter fiat. Nam tunc propter investituram, & privilegium in ea contentum, non poterunt alii Judices de causis vassallorum burgensium cognoscere, neque vassalli burgenses prorogare jurisdictionem Judicis alieni, cum detrimento jurisdictionis Baronis proprii, sine ejus consensu: quod si alii de causis vassallorum cognoscant, jure Barones petent, ut causæ suorum vassallorum burgensium ad suos Judices remittantur. Dixi, *cum jurisdictio conceditur abdicativè, & privativè, & cum clausula decreti irritantis*, quoniam alioqui sola concessio jurisdictionis annexæ feudo, censetur fieri privativè, & non cumulativè, ut adverti *supra, quæstion. præc. n.* 794. At sola concessio jurisdictionis in investitura feudali non haberet hunc effectum. Tum, quia privilegia Baronum non observantur in tam ampla forma, quàm privilegii verba sonare, & importare videntur, nedum si non sonent, ut asserit Caravita *ad ritum* 205. *n.* 4. conferuntque quæ adducit Natta *cons.* 614. *ex n.* 7. *tom.* 3. Tùm, quia prædicta concessio quæ tribuit privativè jurisdictionem, non comprehendit casum prorogationis, in quo mixtim ex voluntate subditorum, & assistentia juris tribuitur Judici jurisdictio, ut in eo extraneum Judicem jurisdictione privet, ut probat textus *in l. in sacris* 13. *§. modum*, juncta Glossa ibi, *verb. Eos, C. de proxim. sacrorum scriniorum lib.* 12. & notat Isernia *in constit. statuimus, in fine*, & ibidem Afflictis *n.* 43. *de offic. magist. Justitiar.* Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 4. *n.* 60. *ff. de Judiciis.* Idque confirmatur ex doctrina Joannis de Imola in simili casu *in d. cap. P. & G. n.* 47. *in fine, de offic. deleg.* & mirabili doctrina Saliceti *in l. certa* 5. *n.* 2. *in fine, C. quando provocar. non est necess.* ubi ait ad impediendam prorogationem oportere, ut specialis inhibitio interveniat, in qua rem multa ibidem notatu digna congesit, consonat Barbos. *in d. l.* 1. *art.* 1. *n.* 111. *&* 112. *& seqq.* 152. *cum seqq.* Atque ideò debet constare de enixa voluntate Principis infeudantis volentis denegare subditis facultatem prorogandi, ut illa videatur denegata. De ea autem videtur constare per istas clausulas geminatas, ut notat Capicius *in investitura feudali, sub titulo feudorum clausulæ, verbo, Ita quod de illis nullus, pag.* 127. *col.* 2. Cùm verò in Regno Neapolitano in investituris regulariter inserantur istæ clausulæ abdicativæ, & decreti irritantis; inde fit, ut usus obtinuerit attestante Vincentio de Franchis *d. decis.* 417. *n.* 2. ut causæ vassallorum perentibus Baronibus ad eos remittantur. Id tamen non provenit ex natura vassallagii, aut jurisdictionis privativæ, sed ex virtute clausularum investituræ, ut doctè, & cum judicio observat Follerius *in practica crimin.* 1. *p.* 2. *p. verb. Audiantur excusatores, n.* 63. & eleganter explicat, & prosequitur *in constit. Justitiarii nomen, n.* 112. 113. *&* 115. quod ante notaverat Capic. *d. dec.* 9. *n.* 15. *&* 16. *& seqq.* & ad eum notavit Petra *ibi, addit. ultim. verb. Clausula an nullativa*, Maranta *in praxi* 4. *p. distinct.* 12. *n.* 26. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *n.* 153. *cum seqq. & art.* 4. *ex n.* 48. *&* 51. sequiturque Capiblanc. *in pragm.* 8. *p.* 1. *ex n.* 73. *latissimè, & n.* 118. *&* 119. *de Baronibus.* Quare cùm casus occurrerit, accuratè inspicienda

da sunt privilegii verba, & clausulæ,revocando in memoriam doctrinam Caravitæ *in ritu* 205. *n.*4. ubi ait, Barones in Regno non esse in possessione clausulæ regulariter insertæ in investituris, de qua ibi, neque eam observari,cujus observationis meminit Barbosa *in d.art.*3. *n.*155. eam approbans, & notata à Marco Antonio Natta *d.cons.*614. *ex n.*7. *tom.*3.

1101 Illud etiam hic occurrit notandum,tametsi in Clericis etiam exemptis, & privilegiatis licita sit tacita prorogatio in Judices extraneos,quamvis fiat sine sui superioris consensu ; veluti si contrahant in aliena Diœcesi,vel ibidem conferant solutionem, vel delinquant, *cap. dilecti, de foro compet. cap.*1. *de privileg.in sexto*: nam tunc magis prorogatur forus à jure,quàm ex subditorum voluntate , ut adverti superius *n.* 1083. verùm tamen in vassallis strictiorem esse hanc facultatem , nam etiamsi delinquant, vel contrahant in alieno territorio, aut in illud solutionem conferant nihilominus quoties super istis contractibus,aut delictis in judicium vocati fuerint ab extraneis Judicibus , poterit peti à Baronibus, ut ad eos remittantur,quod ego notavi *supra,n.*813.& 814.idque erit ita faciendum, si privilegium ostendant,cujus virtute id fieri debeat,alioqui standum erit juri communi. Quod videtur obviter adnotasse Amadeus *in d.q. quis sit Judex in causa feudi, n.* 20. *de laudemiis, q.*24. *n.*46. & 50. ut vel sic intelligas, hanc facultatis prorogandi, & conveniendi sub alienis Judicibus coarctationem,non tàm à subjectionis vassallorum burgensium natura provenire,quàm à privilegio investitura Baronum, quod juri communi derogat ex potestate , & voluntate Principis concedentis. Ideò vassalli burgenses in Regno Castellæ,ubi non conceditur jurisdictio Baronibus, seu Dominis vassallorum sub istis clausulis, & tenore investituræ, liberè possunt prorogare jurisdictionem quorumvis Judicum , seu aliorum Baronum, seu Regiorum,& nusquam in eo Regno auditum est, Dominum vassallorum petiisse remissionem causarum suorum vassallorum,cùm se alienis Judicibus subjecerunt;ita observat quotidiana ejusRegni praxis. Hæc dicta sint de quinque requisitis ad prorogationem necessariis.

SUMMA SECTIONIS TERTIÆ.

1102 *PRorogationem facere possunt , qui impedimentum non habent,quominus prorogent.*

Ille censetur permissus de jure prorogare, qui non est prohibitus.

1103 *Proponitur quis possit prohibere prorogationem.*

1104 *Prorogationem non posse prohiberi, nisi à Principe supremo non recognoscente superiorem sententia quorundam refertur,& ejus fundamenta.*

1105 *Refertur secunda sententia affirmans omnes Superiores , quorum consensus ad prorogationem requiritur , etiamsi non sint supremi Principes , posse prohibere prorogationem, & ejus probatio.*

1106 *Conciliantur distinctis duobus casibus prædictæ sententiæ.*

Cur prorogantes non indigent consensu suorum Superiorum , non possunt prohiberi prorogare, nisi à supremo Principe.

1107 *Cùm prorogantes indigent consensu suorum Superiorum, possunt prohiberi prorogare ab illis, quorum consensus ad prorogationem requiritur, etiamsi non sint supremi Principes.*

1108 *Papa an possit prorogare remissivè.*

1109 *Imperator , & alii Principes sæculares non recognoscentes Superiorem , possunt prorogare, & se subjicere inferioribus.*

1110 *Archiepiscopi , & Episcopi non possunt prorogare, sine consensu sui Superioris.*

1111 *Exempti non possunt prorogare sine consensu Papæ.*

1112 *Officiales Regii perpetui Regni Neapolitani , qui exempti sunt in criminalibus, non possunt prorogare jurisdictionem etiam Proregis.*

1113 *Refertur contraria sententia, exemptos posse renunciare exemptioni , & prorogare jurisdictionem saltem Ordinarii , sine licentia Papæ , & improbatur.*

Exemp-

1114 *Exempti tacitè possunt suo privilegio renunciare, & Ordinario se subjicere, sine licentia eximentis.*

1115 *Exempti destinantes solutionem in locum non exemptum tacitè se subjiciunt Ordinario.*

1116 *Taxatur sententia Feliciani in casu frequenti.*

1117 *Religiosi non possunt prorogare jurisdictionem Ordinarii, sine licentia Papæ.*

1118 *Vassalli non possunt prorogare jurisdictionem alieni Judicis, sine suorum Superiorum licentia.*

1119 *Laici regulariter attento jure communi possunt prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, sine licentia suorum Superiorum.*

1120 *Laici quoad causas spirituales, & Ecclesiasticas sunt incapaces jurisdictionis, quoad temporales verò Clerici sunt prohibiti consentire in laicos.*

1121 *Juxta jura municipalia Castellæ, Portugaliæ, Navarræ, & Franciæ, non possunt laici prorogare jurisdictionem Judicum Ecclesiasticorum.*

1122 *An possint vassalli uniusRegni prorogare jurisdictionem Judicis alterius Regni, sine licentia sui superioris, proponitur quæstio, & refertur prima sententia negativa.*

1123 *Contraria sententia affirmativa verior approbatur.*

1124 *Explicatur textus* in cap. per venerabilem, in vers. Insuper, qui filii sint legitimi.

1125 *Refertur prædictæ sententiæ affirmativæ limitatio ex sententia Barbosæ.*

1126 *Rejicitur.*

1127 *Distinguuntur tres casus.*

Prorogatio jurisdictionis facta in Judicem alterius Regni, per solam conventionem durat, & est valida, quatenus ambo prorogantes perseverant in eadem voluntate.

1128 *Cùm quis in extraneum Regnum destinat solutionem, præter pactum de consentiendo in Judicem ejusdem Regni, vel ex alia causa in alio Regno sortitur forum, prorogatio est efficax, etiam sine licentia Regis loci, ubi sit contractus.*

1129 *Subditus uni Regi tacitè prorogat jurisdictionem alterius Regis, vel judicium ejus, verbi gratia, contrahendo in Regno extraneo.*

1130 *Minores, vel pupilli, sine tutoris, vel curatoris auctoritate non possunt prorogare.*

Judex competens quis sit an curatorem minoribus litigantibus dandum.

1131 *Agricolæ, de jure Castellæ, non possunt renunciare foro sui domicilii, & prorogare jurisdictionem Judicis alieni, præterquam Correctoris Regii proximioris loco ubi degunt.*

1132 *Refertur pragmatica Regis Philippi III. lata anno 1619. qua statutum est Agricolas non sortiri forum in loco contractus, aut destinatæ solutionis*

1133 *Prædicta pragmatica non tollitur, quin Agricola possit conveniri in loco rei sitæ.*

1134 *Stante lege antiqua Agricolæ poterant tacitè prorogare jurisdictionem alienorum Judicum.*

1135 *Rejicitur sententia Jacobi Collantes negantis Agricolam sortiri forum in loco destinatæ solutionis, juxta terminos antiquæ legis Castellæ.*

1136 *Reprehenditur Ignacius Villar.*

1137 *Rejicitur explicatio Narbonæ textus* in cap. 1. de privileg. in sexto.

1138 *Quæ fuerint innovata per pragmaticam anni 1619. circa privilegia Agricolarum.*

1139 *Proponitur quæstio, an stante nova pragmatica, possit Agricola conveniri extra locum domicilii si ibidem administrasset tutelam, vel patrimonium Universitatis, vel Ecclesiæ, ad reddendam rationem administrationis.*

1140 *Quid esset dicendum jure antiquo.*

1141 *Agricolam, stante etiam jure novo, ibi redditurum rationem, ubi tutelam administravit.*

Unius privilegium non debet trahi in alterius damnum, & injuriam.

Quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter exprimantur, videntur quasi neglecta.

1142 *Miserabiles personæ, non possunt prorogare jurisdictionem alieni Judicis.*

Perpetuum est ut non possit prorogare, qui non potest renunciare.

1143 *Prorogatio non potest fieri per Procuratorem, sine speciali mandato.*

SECTIO TERTIA.

A quibus possit fieri prorogatio.

1102 PRorogationem facere possunt, qui impedimentum non habent, quominus prorogent: hoc autem impedimentum, aut provenire potest à jure, aut ab homine; videlicet si quis prohibitus esset prorogare à jure, vel ab homine. Quod autem attinet ad prius impedimentum à jure, ille censetur permissus prorogare, qui non est prohibitus, argumento *l. mutus* 41. *§. 1. ff. de Procurator. l. necnon* 28. *§. quod eis, ff. ex quibus causis major. cap. cùm apud* 23. *de sponsalib. cap.* 1. *de Procurat. in sexto*, nam cùm regulariter quis prorogare possit, *l.* 1. *ff. de judiciis*, qui non est prohibitus, permissus censendus est.

1103 Quod autem ad secundum impedimentum attinet, primo loco videndum est, quis possit prohibere prorogationem, quam regulariter jura permittunt.

1104 Prima sententia ait, prorogationem non posse prohiberi, nisi à Principe supremo non recognoscente superiorem. Ita sentit Baldus *in did. cap. imperialem, §. præterea si inter duos, num.* 19. & ibi Præpositus *n.* 5. *vers. Nec obstat*, tametsi subobscurè, *de prohib. feud. alienat. per Federicum*, Petrus, & Cinus *in l. si qui ex consensu, n.* 11. *C. de Episcop. audient.* Alberic. *in l.* 1. *n.* 4. *in fine, ff. de judiciis*, Alex. *in l.* 1. *§. & post operis, n.* 23. *ff. de nov. oper. nunciat.* Panorm. *in d. cap. P. & G. n.* 19. Imol. *n.* 97. *de offic. deleg.* idem Panorm. *in d. cap. significasti, n.* 7. Marian. *n.* 45. *de foro competent.* Capic. *decis.* 9. *n.* 2. Cacheran. *decis.* 32. *n.* 7. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 3. *ex n.* 142. *& art.* 4. *n.* 44. *cum seqq. ff. de judiciis*, Capiblanc. *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 120. *&* 121. *de Baronibus.* Probatur primò ex textu *in d. l.* 2. *§. si & judex*, ibi: *Nisi specialiter principali jussione prorogatio fuerit inhibita, ff. de judiciis.* Secundò, ratione, quia facultas prorogandi à jure, & legibus concessa, non potest tolli, nisi per eum, qui legibus ipsis superior sit.

1105 Secunda sententia affirmat, illos omnes superiores, etiamsi non sint Principes supremi, sed qui alios superiores recognoscant, quorum consensus requiritur ad prorogationem, posse prohibere subditos, ne prorogent jurisdictiones alienorum Judicum, & litigent apud eos, seu statuto generali, sive præcepto peculiari. Ita sentiunt Boer. *decis.* 114. *num.* 2. Aflict. *in cap. Imperialem, §. præterea si inter, n.* 10. *de prohib. feud. alien. per Federic.* Ursillus *ad Aflict. decis.* 155. *n.* 4. *& ad decis.* 265. *n.* 39. Petra *de potestate Princ. cap.* 11. *n.* 7. *&* 8. Freccia *de subfeudis, lib.* 2. *auctorit.* 10. Gail *observat. practic. lib.* 1. *observ.* 40. *n.* 6. Cacheran. *decis.* 78. *n.* 12. Franch. *d. decis.* 417. *n.* 2. Cancer *variar. resolut. p.* 3. *cap.* 10. *n.* 30. Mastrill. *de Magistratibus, libr.* 4. *cap.* 16. *n.* 62. & plurimi ex iis, quos retuli *supra, n.* 1096. Quæ sententia probatur, quoniam is, cujus assensus in aliquo actu requiritur, potest actum prohibere, quemadmodum potest assensum non præstare, argumento *l. parientem* 7. *ff. de servit. urban. & l. Sabinus* 28. *in princ. ff. commun. divid.* sed requiritur assensus Domini utilis, etiam recognoscentis alium superiorem, scilicet Dominum directum in prorogatione laici vassalli, exempli causa, burgensis, ut superius dixi *n.* 1100. & in prorogatione Clerici opus est assensu proprii Episcopi, *d. cap. significasti, de foro compet.* etiamsi Episcopus habeat sibi superiorem Archiepiscopum, & Papam. Ergo superiores quamvis non supremi poterunt inhibere subditos, ne prorogent extraneorum Judicum jurisdictionem, aut coram aliis litigantes avocare.

1106 Ego medio distinctionis conciliandas existimo duas istas inter se dissidentes sententias. Duo enim casus sunt distinguendi. Primus est, cùm illi, qui prorogant non indigent consensu suorum superiorum, quo casu non possunt prohiberi, quominus prorogent, nisi à Principe supremo, & superiorem non recognoscente, qui poterit beneficium legibus concessum auferendi

ferre ſubditis cùm expedierit,& juxta hunc caſum interpretanda eſt prima ſententia.

1107 Secundus caſus eſt,cùm illi,qui prorogant, indigent conſenſu ſuorum ſuperiorum, ut ſunt Clerici,& vaſſalli,& iſto caſu poſſunt prohiberi ne prorogent ab illis, quorum conſenſus ad prorogationem requiritur, etiamſi non ſint ſupremi Principes. Quoniam cum iſtis jura non concedant ſimpliciter facultatem prorogandi,ſed limitatam, & adſtrictam conſenſui ſuorum ſuperiorum fit, ut illi non præſtando aſſenſum, poſsint nullo ſubditis illato gravamine, eos coram alio Judice litigantes avocare, & ut ad ſe remittantur petere,inhibereque ab initio,ne apud alios Judices conveniant, aut conveniantur, ſaltem quatenùs agitur de præjudicio ipſorummet ſuperiorum: nam prorogatio quatenus infert ſubditis ipſis præjudicium, veroſimilius eſt ipſo valere, ut dixi *ſupra,num.* 1059. poſt multos, quos retuli.

1108 Deveniamus jam ad examen propoſitæ difficultatis, quænam, inquam, perſonæ poſsint prorogare. Primò autem occurrit Papa, de quo an poſsit prorogare tractat Joannes Andreas *in cap. Eccleſia S. Mariæ, n.* 5. *in fine, de conſtit.* ubi Felin. *n.* 5. Decius *n.* 62. *cum ſeqq.* idem Joann. Andreas *in d.cap. ſignificaſti, n.* 2. Anton. Butrius *n.* 8. & 10. Marian. Socinus *ex n.* 10. gloſſa per textum ibi, *in cap. nos ſi competenter* 2. *q.* 7. ubi Archidiac. & Geminian. Panormit. *in d.cap. P. & G. n.* 17. *de offic. deleg.* idem Decius *in l. eſt receptum* 14. *n.* 2. & 3. Jaſo *ex n.* 2. *ad* 6. Oroſcius *ex n.* 3. *ad* 11. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Romanus *conſ. ultim. quod eſt* 423. *& ſingular.* 144. *lex eſt*, Anton. de Mathæis *de prorogat. juriſdict. n.* 10. & iis,quæ Doctores dixerunt, nihil addendum occurrit.

1109 Secundò,Imperator poteſt ſe ſubjicere Judicibus iuferioribus: idem dicendum eſt de Regibus & aliis Principibus ſæcularibus non recognoſcentibus ſuperiorem, ut de Rege Hiſpaniæ, quæ nullum ſuperiorem recognoſcere dixi *ſupra,q.* 2. *n.* 128. *in fin.* & de Rege Galliæ,quem ſimiliter eſſe immunem ab Imperio,tradit apoſtilla marginalis ad gloſſam *in cap. Adrianus* 22. *verb. Per ſingulas, diſtinct.* 63. & videtur probare per textum *in cap. per venerabilem* 13. *§. videbatur autem,verſ. Inſuper, qui filii ſint legitimi.* (Et latè tractat Joan. Igneus *in diſput. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem.*) Qui tamen non obſtante eo, quod ſint ſupremi, poſſunt ſe ſubjicere inferioribus,idque probatur ex textu expreſſo *in l. eſt receptum* 14. *ff. de juriſdict. omn. judic.* ubi omnes Doctores docent, *& in l. ille à quo* 13. *§. tempeſtivum, ff. ad Senatuſconſult. Trebell.* Marian. *in d.cap. ſignificaſti, n.* 14. *de foro compet.* Felinus *in d. cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *n.* 5. *de conſtit.* Gregor. Lopez *in l.* 7. *per textum ibi, tit.* 9. *p.* 1. *gloſſ.* 9. *& gloſſ.* 2. *in princ. in l.* 2. *tit.* 7. *p.* 3. Antonius de Matthæis *de prorogat. juriſdict. n.* 10. *verſ. Imperator*, Regens Rovitus *conſil.* 90. *n.* 14. *lib.* 2. ubi alios allegat. Quod tamen ita intelligendum eſt, ut poſsint iſti ſupremi Principes ſe ſubjicere,quod etiam faciunt ex honeſtate, & decentia, non ex neceſsitate: nam poſſent de juris rigore in ſuiſmet cauſis ſibi jus dicere, ut notavi *ſupra,q.* 7. *præcedent. num.* 786. prope finem, cum plurimis, quos retuli.

1110 Tertiò, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quemadmodum cæteri Clerici non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni Judicis,ſine conſenſu ſui ſuperioris, ut dixi *ſupra,n.* 1075. quare ad prorogandum Archiepiſcopus eget conſenſu Primatis, ſi illum habet alioqui Papæ, Epiſcopus autem conſenſu Archiepiſcopi,item Abbates ſuorum ſuperiorum,notat Marianus *in d. cap. ſignificaſti,n.* 15. & 42. & Antonius de Matthæis, *ubi ſupra, d.n.* 10.

1111 Quartò, exempti non poſſunt prorogare juriſdictionem Judicis non ſui ſine conſenſu Papæ,cui immediatè ſubduntur,etiamſi ſit proprius Epiſcopus,quemadmodum ſuo foro renunciare non poſſunt, ut dixi *ſupra,n.* 1056. notat Panormitanus *in q.* 7. *duo clericali caractere,n.* 14. 15. 16. & 17. *cum ſeqq.* optimè tractans, *& d.cap. ſignificaſti,ex n.* 9. Marian.ibi, *n.* 16. & 42. *de foro competenti*, (Henricus Boverius *in ſuis ſingularibus, verbo, Renuncio* 59. *n.* 24.

Didacus Perez *in l.2.tit.1.lib.3.ordinamenti,gloss.1. vers.Utrum autem , col.mihi* 777. Gail *observat.practicar. l.1.observ.*40. *n.*2. 3. 4.& 5. Antonius de Matthæis *de prorogat.jurisdict. d. n.*10. *in fin.* Cochier *de jurisdict.ordinarii in exemptos, tom.*1. 2.*part. q.*7. *ex n.*4. ubi refert octo ampliationes hujus conclusionis,& *ex n.*18.Felicianus *de censibus, tom.* 2. *lib.*2. *cap.*3. *n.* 13. *ex vers. Contrarium verò*, qui eleganter disputat, & optimè probat , aitque sententiam esse receptiorem, & crebriorem, Barbosa *in d.l.* 1.*art.*4. *n.*43. *ff.de judiciis* , Capiblanc. *in Pragmat.*8. *part.*1.*n.*107.*de Baronibus.*Probaturque ex textu *in cap.cum tempore* 5. *de arbitriis,& in cap. authoritate* 4.*de privileg. in sexto,*ut expendentur à Feliciano,*ubi supra.* Ratione etiam,quoniam in exemptione non solùm versatur favor exempti, sed etiam eximentis, *d.cap.cum tempore*, cui facto exempti subtrahentis se jurisdictione eximentis præjudicari non potest.

1112 Ex quo rectè infertur,Officiales Regios perpetuos hujus Regni Neapolitani, qui exempti sunt ex Regiis rescriptis à *jurisdictione, & cognitione omnium* Judicum inferiorum, etiam Proregis , in causis criminalibus, ut constat ex rescriptis illis, quæ refert Regens Tapia *in decision. supremi Senatus Italiæ,decis.*3. *n.*148. *& n.*151. & omnibus,quæ ibidem ab eodem congesta sunt , traditisque à Surgente, *de Neapoli illustrata,lib.*1.*cap.*17.*ex n.*40.Fulvio Constantino *in l. unic.C.de classicis,lib.*11.*n.*88. Boerio *decis.*149.*n.*14.Gregor.Lopez *in l.* 4. *tit.*24. *part.*2. *gloss.*3. & Joan.Dominico Tassono post hæc scripta edito *in Pragmat.de antefato , vers.*2. *observ.*2. *ex n.*38. qui ibidem *n.*40. refert aliud regium rescriptum, quod nunc continetur *in pragmat.* 11.*de officio Judicum,in compilatione novissima* , juxta antiquam legem Imperatoris Zenonis *in l.ult.C.ubi Senatores, vel clarissimi,*cujus meminit Ponte *decis.*13.*n.*2. *vers. In viris illustribus*, non posse prorogare jurisdictionem cujusquam inferioris , etiam Proregis,qui est prorsus incompetens,à cujus jurisdictione expresè sunt exempti, quod rectè adnotavit Capiblanc. *in d.pragmat.*8. *part.*1. *n.*107.& 108.*de Baronibus*, & colligitur ex traditis à Barbosa *in d.l.*1. *art.*4.*n.*147. & 148. præsertim cum cognitio criminalis causarum ad istos ministros pertinentium sit de reservatis Principi, in quibus etiam non potest fieri prorogatio, ut dicemus inferius , *num.* 1228. & *num.*1233.

1113 Contrariam tamen sententiam *quinimo exemptos posse exemptioni suæ* renuntiare,& prorogare jurisdictionem,saltem sui ordinarii,sine licentia Papæ,tàm in foro pœnitentiali interno , quàm in externo,sequuti sunt Joannes de Lignano,& Federicus de Senis,qui cum refert *consil.* 14. Felinus *in cap.cum omnes* 6.*n.*8.*vers.Quartò probatur,& in cap.cum accessissent* 8.*n.*6. *de constitution.* Navarrus *cons.*13. *n.*4. *de privilegiis,*& Jaso *in l.si unus* 27.*§.pactus ne peteret, n.*9. *ff.de pactis,*quorum fundamentis egregiè satisfacit Felicianus *ubi supra* , atque ideò à prædicta priori sententia recedendum non est.

1114 Qua retenta,eam limitabis , ut exempti tacitè possint suo privilegio renuntiare, & ordinario se subjicere,*sine licentia eximentis*, veluti si delinquant , vel contrahant in loco non exempto,ut probat textus *in cap.*1.*de privileg.in sexto,*& notat Erasmus Cochier *de jurisdictione ordinarii in exemptos,tom.*1. 2.*part. q.*45. *n.*1. *& seqq. & n.* 22. quod tamen ibi sublimitat *n.* 3. *& n.*25.*& seqq.* Hæc enim prorogatio magis fit ex juris assistentia , quàm ex voluntate exemptorum.

1115 Hanc autem limitationem ego extenderem,si exempti destinarent solutionem in locum non exemptum , quia juris censura ibi contrahere intelliguntur , quo solutionem conferunt , *l.contraxisse , ff. de action. & obligation.* quod ex eadem ratione *supra* diximus de Clericis , *n.*1083. *cum sequenti.*

1116 Ex quibus dubia redditur decisio quæstionis propositæ,& disputatæ à Feliciano *d. cap.* 3. *ex n.*13. quoniam in illo casu videtur posse ab Ordinario mandari exequutioni adversus exemptos instrumentum contractus census, etiamsi in prorogatio-

tione non intervenerit consensus Papæ, aut ejus Legati, si esset collata solutio censuum decursorum in locum non exemptum, nisi fortè id impedierit tenor privilegii exemptionis, quod ibidem non præsupponitur.

1117 Quinto, Religiosi ob eandem rationem, quia exempti non possunt prorogare jurisdictionem Ordinarii, sine licentia Papæ, ut notat Emmanuel Rodericus *tom. 2. Quæstionum Regularium, q. 63. art. 10.*

1118 Sexto, quod ad laicos attinet, vassalli feudatarii, & burgenses subditi feudatariis, non possunt prorogare jurisdictionem alieni Judicis laici, sine suorum superiorum licentia, juxta dicta, *sect. præced. n. 1093. cum seqq.* usque ad finem sectionis.

1119 Septimo, iidem vassalli laici regulariter, & attento jure communi possunt prorogare jurisdictionem Judicis Ecclesiastici sine licentia suorum superiorum. Ita docent Antonius Butrius *in d. cap. significasti, n. 9.* Marianus *n. 40.* Joan. Faber *in l. si qui, n. 6. C. de Episcop. audient.* Franciscus Marcus *decis. 196. n. 5. 1. p. & decis. 544. n. 1. 2. part.* juxta impressionem Lugdunensem anni 1585. nam hæc decisio deest in alia impressione recentiori anni 1587. Boerius *decis. 69. n. 5.* Cacheranus *decis. 78. n. 1. & 2.* Vivius *decis. 125. n. 2.* Aufrerius *tract. de potestat. Eccles. super laicis, n. 25.* Natta *cons. 413. n. 4. tom. 2.* Navarrus *consil. 51. n. 2. sub tit. de sentent. excommunicat.* Barbosa *in d. l. 1. art. 3. n. 133. ff. de judiciis,* (Belletus *disquisitionum Clerical. p. 1. tit. de favore Clericorum personali, §. 2. n. 26.* Sanchez *consiliorum moral. lib. 6. c. 1. dub. 6. n. 1.*) Probatur primò ex textu *in d. l. si qui ex consensu 7. l. Episcopale 8. C. de Episcop. audient.* & utrobique notatis à Glossa, & Doctoribus. Secundò ratione, quia vassalli non egent consensu superiorum ad prorogandam jurisdictionem Judicum alienorum, cum litigant super juribus ad superiores non attinentibus, nisi impediantur privilegio aliquo concesso illis, quibus subduntur, ut dixi *supra, num. 1094. 1099. & 1100. cum seqq.* Ergo cum nullum impedimentum adsit, quominus laici prorogent jurisdictionem Ecclesiasticorum, illam possunt prorogare. Ex quo rectè docuit Franciscus Marcus *decis. 1085. n. 3. 1. part.* non posse Judicem sæcularem inhibere laico ne respondeat coram Judice Ecclesiastico.

1120 Neque obstat argumentum à simili, quod non possint laici prorogare jurisdictionem Ecclesiastici, quemadmodum nec Clerici jurisdictionem laici, *cap. si diligenti 12. de foro competenti.* Non inquam obstat, quoniam laici quoad causas spirituales, & Ecclesiasticas sunt incapaces jurisdictionis, *cap. decernimus 2. de judiciis,* quoad temporales verò Clerici sunt prohibiti consentire in laicum, *d. cap. si diligenti,* at secus est in Judicibus Ecclesiasticis, qui capaces sunt jurisdictionis quoad causas sæculares, ut rectè notat Oldradus *cons. 83. n. 7.* laici autem non sunt prohibiti subjicere se Ecclesiastico Judici, imò permissi, *d. l. si qui ex consensu, & l. Episcopale, C. de Episcop. audient.*

1121 Quam conclusionem sic probatam limita, ut attentis juribus municipalibus multarum Provinciarum, non possint laici, etiam vassalli burgenses Regii, prorogare jurisdictionem Judicum Ecclesiasticorum: in illis videlicet Provinciis, ubi vigent leges prohibentes, ne laici Judicibus Ecclesiasticis se subjiciant, & eorum jurisdictionem prorogent in causis merè prophanis. Quam limitationem in genere tradit Joan. Faber *in d. l. si qui, n. 6. C. de Episcop. audient.* Habet autem locum in Regno Castellæ, in quo lata est, *l. 10. & 11. tit. 1.* & ad eas notat Azevedus, *& l. 23. tit. 25. lib. 4. Recopilat.* quibus interdicitur ne laici Judicibus Ecclesiasticis se submittant, quarum meminit Oroscius *in dict. l. est receptum 14. n. 12. ff. de jurisdictione omnium judic.* Similis lex viget in Regno Portugaliæ, ut testatur Barbosa *in d. l. 1. art. 3. n. 139.* & Pereira *de Manu Regia, 2. part. cap. 35. n. 1. & 2.* & in Regno Navarræ, ut tradit Navarrus *cons. 51. n. 3. & 4. sub tit. de sentent. excommunicat.* & ibi *n. 5.* asserit eas leges, & consuetudines esse justas, consentit Menchaca *controversiar. usufrequentia, cap. 14. n. 35.* post Angelum, & Paulum, idem probat Azevedus *in præd. l. 11. ex n. 1. tit. 1. lib.*

lib.4.Recopil. multis relatis. (Et Sesse *de inhibitionibus, cap.9. §.3. ex n.1.*) Idem servari in Regno Franciæ obſervat Guilielmus Benedictus *in cap.Raynuntius,verbo,Et uxorem,deciſ.2.n.53.de teſtament.* Aufrerius *tract.de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicis, n.25.* & in eo eſt ſimilis conſtitutio apud Rebuffum *tom.3. in conſtitution. reg. tit. ut laici non conveniantur coram Judicibus Eccleſiaſticis*, ubi ille *in gloſſ. unic. n.9.* notat latam eſſe tuendę regię jurisdictionis gratia. Idem teſtatur Franc. Marcus *d. dec.544.n.2. 2.p.*

1122 Octavo, an iidem vaſſalli poſſint *prorogare jurisdictionem Judicis* extranei ab eo Regno, vel Republica, in qua degunt, & conſentire in Judicem alieni Regni, vel Reipublicæ, ſine licentia ſui ſuperioris, difficultatem habet. Exempli gratia, an poſsit Neapolitanus conſentire in Judicem Genuenſem, Venetum, vel Romanum, ſecluſis Neapolitanorum privilegiis, vel Hiſpanus in Judicem Gallum, aut è contra Gallus in Hiſpanum? In qua Paulus *in l.1. §.& poſt operis,num.6. ff.de nov. oper. nunciat.& in l.1.n.4.C.ubi de crimin. agi oport.* videtur ſentire, tametſi non multùm apertè loquatur, vaſſallos unius Regni, vel Provinciæ, non poſſe conſentire in Judices alterius Regni, vel Provinciæ, vel prorogare jurisdictiones eorum, ubi dominia ſunt diſtincta. Idem docet Ægidius Bellamera *conſ.11.n.3. & conſil. 33. n.43.* ubi conſiderat Provincias omnes fuiſſe ſubditas populo Romano; ideò potuiſſe eo tempore quemcumque prorogare jurisdictionem cujuslibet Judicis; cæterum hodie cum ſubſint diverſis Regibus, & jurisdictiones ſint diviſæ, ſubditum uni Regni non poſſe prorogare jurisdictionem Judicis alteri Regi ſubditi, utpotè ceſſante prædicta ratione. Eamque ſententiam apertè amplectitur Gregorius Lopez *in l.15. tit.1. part.7. gloſ.2. in fine*, quam confirmat ex doctrina Baldi, quem ſic interpretatur *in d. l. ſi qui ex conſenſu,n.6. C.de Epiſcop. audient.* Paulus autem Caſtrenſis allegat pro ſua hac ſententia textum *in cap. per venerabilem 13. §.videbatur autem, verſ. Inſuper, qui filii ſint legitim.*

1123 Contrariam tamen ſententiam, imò regulariter, & attento jure ordinario poſſe ſubditos unius Regni prorogare jurisdictionem Judicum alterius Regni, veriorem exiſtimat Alexander *in l.1. d.§. & poſt operis,n.20. ff.de nov.oper.nunciat.* Joan. Faber *in d.l.ſi qui ex conſenſu,n.6.C.de Epiſcop.audient.* Capicius *deciſ.9.n.3.* Barboſa *in d.l.1.art.3.n.161.163. & 164.* Quæ probatur ex generalitate *in l.1.& 2.ff. de judiciis*, & ex eo, quod ſuperius aſſeruimus, regulariter non requiri conſenſum ſuperiorum, ut laici prorogent jurisdictionem cujuslibet Judicis capacem prorogationis, niſi aliquo alio extrinſeco impediantur, ut contingit in vaſſallis feudatariis, & eorum ſubditis burgenſibus, præſertim in Regno Neapolitano, ut dixi *ſupra,num.* 1099. & 1100.

1124 Neque obſtat textus *in d.cap.per venerabilem,verſ. Inſuper, qui filii ſint legitimi*, quoniam ut reſpondet Alexander, & cæteri *ſupra* relati, ejus deciſio ex alio capite procedit. Ideò enim non poteſt ibi quoad legitimationem ſpuriorum prorogare jurisdictionem Papæ ſubditus Regis Francorum, quoniam ſpuriorum legitimatio eſt de reſervatis Principi. *Authent.quibus modis natur.effic.ſui, §.fin.collat.7.* in quibus ut inferius dicemus *ſect.5.* non poteſt fieri prorogatio, ne ſuperioris reſervationi præjudicium inferatur.

1125 Hanc tamen ſententiam limitandam credit Barboſa, ubi *ſupra,ex n.165.* in illis Regnis, & Provinciis, in quibus viget lex, & conſuetudo prohibens prorogare laicos Eccleſiaſticorum Judicum jurisdictionem, in quibus admittendam exiſtimat opinionem Pauli Caſtrenſis *ſupra* relatam, ut vaſſalli, etiam burgenſes, non poſſint prorogare jurisdictionem Judicum extraneorum à ſuo Regno, vel Provincia, ſine licentia Regis proprii, ut contingit in Regnis Caſtellæ, Portugalliæ, Navarræ, & Galliæ, ut dixi *ſupra,n.1121.* Ratione probat, quoniam in iſtis Regnis, prorogatio in Eccleſiaſticos Judices permiſſa jure canonico, ex textu *in d.cap.ſignificaſti*, per locum ab ſpeciali, ideò eſt prohibita, ne minuatur

ju-

jurisdictio laicorum, ut in eodem *prædicto numero in fine*, ego adverti, & observat Navarrus *d. consil. 51. n. 4. sub tit. de sentent. excommunicat.* Hæc autem ratio similiter vim habet in eo casu, quo subditus unius Regis prorogat jurisdictionem Judicis extranei Regni, quæ nullo jure, saltem expressè, invenitur permissa. Ergo in utroque casu idem jus statuendum est, *l. illud ff. ad l. Aquil.* Nam ex identitate rationis etiam extenditur dispositio pœnalis, & odiosa quamvis non quoad pœnam, *cap. in pœnis, de regul. jur. in sexto*, saltem quoad dispositionem principalem, ut notat Panormitanus *in cap. 1. n. 10. de locat.* Cagnolus *in l. final. n. 115. C. de pactis*, Farinacius *in fragment. criminal. litter. E. n. 171.* Gammarus *tract. de extensionibus, ex n. 181. tom. 18. tractat.* Ripa *de remediis ad conservandam ubertatem, num. 49. & 50.*

1126 Sed hæc limitatio, & ejus fundamentum non placet: potest enim considerari urgens ratio, cur laicis permittatur magis à Principibus supremis, prorogare Judicum sæcularium extraneorum Regnorum jurisdictionem, quam Ecclesiasticorum Judicum, tametsi utraque jurisdictio sit diversa invicem, & separata. Primò, quoniam jurisdictio laica duorum Regnorum magis similis est, & symbola invicem, quam laica, & Ecclesiastica unius, & ejusdem Regni, & in symbolis facilior est transitus, *l. in rem 24. §. item quæcumque, ff. de rei vindicat. l. sed cum patrono 6. in princip. ff. de bonor. possession. l. an inutilis 8. §. acceptum, l. si acceptolatum 19. in princip. ff. de acceptilation.* Baldus *in l. Centurio 15. n. 5. ff. de vulg. & pupillar. substit.* Ancharran. *consil. 422. n. 4.* Paulus *consil. 414. n. 3. 2. part.* Imola *in d. cap. P. & G. n. 86. de offic. delegat.* Card. Tuschus *litter. S. conclus. 248.* Secundo, quoniam inter laicos fit quoad prorogationem permutatio; non verò inter laicos, & Ecclesiasticos. Dicam clarius, mirum non est, si Rex Hispanus permittat subdito suo prorogare jurisdictionem Judicis Franciæ, siquidem Rex Franciæ vicissim permittit subdito suo, ut proroget jurisdictionem Judicis Hispaniæ. Quæ mutua subditorum prorogationis permissio est utilissima, & ferè necessaria ad usum commerciorum, quæ procedunt à jure gentium, *l. ex hoc jure, ff. de justitia, & jure*, ac per consequens ex ipso etiam videtur originem duxisse. At non ita contingit inter Ecclesiasticos, & sæculares, nam superiores Ecclesiastici non permittunt subditos prorogare jurisdictionem Judicum sæcularium; imò prohibent, *cap. si deligenti, de foro competenti*, quare vicissim Principes sæculares prohibent subditos suos prorogare jurisdictionem Ecclesiasticorum Judicum in prædictis Provinciis, ne minuatur eorum jurisdictio.

1127 Verùm nihilominus pro plena hujus difficultatis resolutione, ego existimo distinguendos tres casus. Primus est, cùm subditus unius Regni prorogat jurisdictionem Judicis alterius Regni per solam conventionem extrajudicialem, secluso juramento. Tunc autem dicendum est, prorogationem eatenus esse validam, quatenus ambo prorogantes perseverent in eadem voluntate, alioquin mutata voluntate, antequàm Judex adeatur, prorogatio evanescit, ut dicebam superius ex *n.* 1029. contingere, cum intra idem Regnum fit prorogatio, adjecta clausula, in contractu, quod quis ubicumque conveniatur.

1128 Secundus casus est, cùm quis præter pactum de prorogando, & consentiendo in Judicem extranei Regni, confert solutionem in locum ejusdem Regni: velut si quis contrahens Neapoli, vel Romæ, vel Matriti, conferat solutionem faciendam Parisiis, vel alia legitima causa in alio Regno fortiatur forum, ut ratione contractus rei sitæ, originis, cæt. Hoc verò casu dicendum est fieri prorogationem efficacem, etiam sine licentia Regis loci, ubi sit contractus. Ratio est primò, quoniam Clerici, etiam qui sine suorum superiorum licentia non prorogant, hoc modo sine illa prorogare possunt, ut notavi *supra, n.* 1083. Ergo simili modo laici, in quibus nullo jure expresso cavetur, ne sine licentia prorogent, imò generaliter, & indistinctè prorogare permittuntur. *l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. judic. l. 1. & 2. de judiciis.* Secun-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cundò, quoniam nullum infertur præjudicium ſuperiorum juriſdictioni, inter quorum ſubditos viciſsim, ut paulò ante dicebamus, fit prorogatio nunc ſubjiciendo ſe ex hoc Regno extraneo nunc huic ex extraneo, videlicet nunc Hiſpanus Gallo, nunc Gallus Hiſpano ſe ſubmittit, & quòd ex una parte aufertur, ex alia compenſatur reciptoca prorogatione ad commercia utiliſsima, & ferè neceſſaria. Tertiò, quoniam hæc non eſt propriè prorogatio cùm quis etiam præciſo prorogationis pacto, in extraneo Regno ſortiatur forum, ut conſideravi *ſupra*, *n.* 1083. & magis operetur pactum remotionem obſtaculi, & renunciationem exceptionis fori, quàm novam fori conſtitutionem.

1129 Tertius caſus eſt, cùm quis ſubditus uni Regi tacitè prorogat juriſdictionem alterius Regis extranei, vel Judicum ejus. Exempli cauſa, ſi Neapolitanus nullo facto expreſſo pacto de prorogando, aut conſentiendo in extraneum Judicem, contrahat Romæ, aut eodem ſolutionem conferat, vel Romanus Neapoli, Hiſpanos Lutetiæ, vel Gallus Hiſpali. Quo caſu planè dicendum eſt prorogationem poſſe fieri ſine licentia Regum earum Provinciarum, alioquin commercia ceſſarent, & ſuſtineri non poſſent: conſentit Barboſa *d. art.* 3. *n.* 172. & probat textus *in cap. dilecti, de foro compet.* ubi notat Panormit. *n.* 4. Idque ex eo etiam conſtat, quod Clerici hoc modo poſſunt prorogare ſine ſuorum ſuperiorum licentia, ut dixi *ſupra*, *n.* 1083. & 1084. & apertè deducitur ex iis, quæ dixi de foro contractus, *q.* 4. *ex n.* 160. intelligendo tamen, & limitando ex ibidem dictis, *ex n.* 218.

1130 Nonò minores 25. annis, & pupilli non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni Judicis, aut ſuo foro renunciare ſine auctoritate curatoris, aut tutoris, quia non habent legitimam perſonam ſtandi in judicio, *l.* 1. & 2. *C. qui legitim. perſon. l. clarum, C. de auctorit. præſt.* notat Speculator *lib.* 1. *tit. de actore*, §. 1. *n.* 9. Et ex hac ratione hanc concluſionem tradit Angelus *in l.* 1. *n.* 5. *ff. ſi quis in jus vocat. non jer.* ubi eam ampliat etiamſi minor renunciet foro adhibito juramento, quoniam in judiciis non habet locum, *Authent. Sacramenta puberum, C. ſi adverſus vendit.* & *in l.* 1. *n.* 7. *C. de juriſdict. omn. Judic.* Marian. Socin. *in d. cap. ſignificaſti, n.* 19. *de foro comp.* Eam tamen concluſionem limitat Baldus *in d. l.* 1. *n.* 6. *C. de juriſdict. omn. judic.* ſi interſit minoris litigare coram alieno Judice: nam tunc judicium, & prorogatio valebit; argumento textus *in l. non eo minus* 14. *C. de Procurat.* quam legem Baldus ibi, *n.* 1. dicit locum habere in pupillo. Confirmatur ex doctrina Gloſſæ *in l. neque tutores* 11. *verb. Interveniente, C. eod. tit. de Procurat.* quam approbat ibi: Bart. *n.* 19. *in fine*, & *in d. l. non eo minus*, quæ ait judicium, & ſententiam latam pro minore, cum procuratore conſtituto ab ipſo ſine tutoris auctoritate valere. Limitationis exemplum adducit Baldus *in d. l.* 1. *n.* 6. *C. de juriſdict. omn. judict.* in pupillo expulſo de Bononia commorante Ferrariæ, qui petebat dari ſibi tutorem per Judicem Ferrariæ, qui videbatur incompetens: concludit nihilominus cùm expediat pupillo dari ſibi tutorem, poſſe quoad id prorogari juriſdictionem Judicis Ferrarienſis. Baldum ſequitur Marianus Socin. *in d. cap. ſignificaſti, n.* 19. Angelus autem *in d. l.* 1. *n.* 7. *C. de juriſdict. omn. judic.* eodem ferè appoſito exemplo videtur ſublimitare limitationem Baldi, ut procedat tantùm in caſu, quo pupillus ille haberet litem Ferrariæ, & in illa lite peteret ſibi curatorem, nam tunc poſſet dari à Judice Ferrarienſi. De quo exemplo, & Judice competenti ad curatorem dandum ad litem, vide latè Antonium de Amato *reſolut. variar. reſolut.* 33. Marantam *in praxi*, 4. *p. diſtinct.* 11. *num.* 13. & 64. Aymonem Cravettam *conſil.* 844. *n.* 7. & *l.* 1. *C. ubi petant. tutor. vel curat.* & Bartolum *in l. pupillo* 27. *ff. de tutor.* & *curator. dat. ab his.* (Et de tutore dando vide Speculatorem *lib.* 1. *tit. de tutor.* §. *generaliter* 5. *n.* 16. *verſic. Item nota*, ubi apud quem Judicem debeat peti tutor. Et Camillum Borrellum *de Regis Catholici præſtantia, cap.* 71. *ex n.* 243. Bobad. *lib.* 2. *Polit. cap.* 18. *ex n.* 184.)

De-

1131 Decimò, de jure Caſtellæ Agricolæ non poterant prorogare juriſdictionem Judicum extraneorum à ſuo foro, & ei renunciare; præterquam ſi ſe ſubjicerent, & ſubmitterent correctori Regio loci proximoris loco ubi degunt, & in locis exemptis Correctori loci capitis juriſdictionis, à quo exempti ſunt *ex l.25.cap.4. tit.21. lib. 4. Recop.* & traditis à Joan. Parlad. *in ſeſquicenturia quotidianarum differentiarum, different.79.§.1.* ubi prędictam legem commentatus eſt *cap.4.* Jacobo Collantes *commentarior. in pragmat. in favorem rei frumentariæ, lib.3.cap.6. n.1. & ſeqq.* Ignacio Villar *in ſylva reſponſorum, lib.2. reſponſ.16. cap.4. n.1. & ſeqq.* Alphonſo de Narbona *in tertiam partem Recop. ad l.25.tit.21.lib. 4. gloſſ.17. ex n.1.* Ita enim ſtatutum erat ob favorem Agricolarum, ne vexarentur expenſis litium in locis extraneis à ſuo domicilio, & ab eo multum diſtantibus, aut ab agricultura amoverentur, contra textum *in l. colonos nunquam 15. C. de agricol. & cenſit. libr.11.* & adnotata à Renato Choppino *tract. de privileg. ruſticor. libr.1. p.1. cap.1. tom.18. tract.* à cujus artis exercitatione, & uſu pendet omnis Reſpublica, utpote à fonte alimentorum totius humanæ creaturæ, & in ea verſatur ob eam rationem publicus favor, & univerſalis utilitas.

1132 Supervenit ad hanc legem nova pragmatica Regis Philippi III. lata anno 1619. in cujus tertio capite facta mentione de prædicta *l.25.* ita ſtatuitur: *Que ſin embargo, que por la dicha lei ſe les permite ſometerſe al Corregidor Realengo mas cercano, y en los lugares eximidos al de la cabeza de la juriſdicion de donde ſe eximieron, no puedan de aqui adelante hazer la dicha ſubmiſsion, ni otra alguna; ſino que por las deudas que contraxeren ayan de ſer convenidos en el fuero de ſu domicilio, y no en otra parte.* Qua pragmatica inductum eſt, ut Agricolæ non ſolùm non poſsint ſe ſubjicere, & ſubmittere cujus alieno Judici; ſed etiam, ut non ſortiantur forum in loco contractus, aut deſtinatæ ſolutionis, contra regulas juris communis, & dicta à me *ſupra, q.4. n.160. & n.248.* quod rectè advertit Narbona *in d.l.25. gloſſ.17. n.248.* & eſt nova limitatio addenda traditis *in d. q.4. ex n.218.* & propriè *n.280.*

1133 Illud oportet animadvertere non tolli prædicta pragmatica, quin Agricola conveniatur in foro rei ſitæ, in quo non convenitur actione perſonali ex debito contracto, ſed actione reali, quæ etiam locum habere poteſt, ubi nullum eſt contractum debitum, juxta dicta *ſupra, quæſt.3. n.144. & 151.* & juxta *d.l.25.* adnotavit Collantes *in pragm. rei frument. libr.3. cap.7. n.3.*

1134 Eadem etiam nova pragmatica ſtante, ceſſat antiqua difficultas, an Agricolæ poſsint tacitè prorogare juriſdictionem Judicis extranei, contrahendo in territorio extra ſuum domicilium, aut deſtinando ſolutionem in eundem extraneum locum; quę difficultas ſtante prædicta *l.25.* antiqua ſeſe offerebat. Et revera juxta terminos prædictæ antiquæ legis dicendum erat, prorogationem tacitam ea non obſtante, locum habuiſſe, & potuiſſe Agricolas tacitè prorogare juriſdictionem alienorum Judicum, contrahendo in eorum territoriis, vel in ea conferendo, & deſtinando ſolutionem contracti debiti. Idque planè probat textus *in cap. dilecti, de foro compet. & in cap.1. de privileg. in ſexto*, quibus dicitur, poſſe exemptos tacitè prorogare juriſdictionem Judicis ordinarii contrahendo, & apud dum de contractibus conveniri poſſe exemptione non obſtante, etiamſi expreſsè non poſsint prorogare juriſdictionem Ordinariorum. Quod ex eo etiam probatur, quòd Clerici prohibiti in alienos Judices expreſsè conſentire ſine ſuorum ſuperiorum licentia, *d. cap. ſignificaſti*, poſſunt in eoſdem tacitè conſentire contrahendo in territorio ipſis ſubdito, ut notavi *n.1083.* provenit autem ex eo, quod iſta prorogatio non tàm oriatur ex conſenſu, & voluntate prorogantis, quàm ex auctoritate, & aſsiſtentia juris. Ex quo ſatisfit argumento eorum, qui ex paritate taciti, & expreſsi, contrariam ſibi ſententiam perſuaſerunt. Atque ita, quod ad forum contractus attinet, rectè id adnotavit Collantes

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in pragm. rei frumentariæ, libr. 3. d. cap. 6. n. 3. & non dissentit Narbona *in d. gloss. 17. n. 7. 8. & 10.* attenta prædicta antiqua *l. 25.*

1135 Qua in re non consequenter idem Collantes *d. libr. 3. cap. 7. n. 1.* negavit, Agricolam juxta terminos ejusdem *l. 25.* forum sortiri in loco destinatæ solutionis, & ibidem conveniri posse, siquidem eadem prorsus ratio viget in loco destinatæ solutionis, quæ in loco contractus, cùm juris censura locus destinatæ solutionis sit locus contractus, *l. contraxisse 21. ff. de action. & obligat. l. 3. ff. de bon. author. Judic. possid.* & contrahens in alium locum conferens solutionem, non in loco contractus, sed in loco solutionis forum sortiatur: quod latius prosequutus sum quamplurimis in id relatis *supra, q. 4. ex n. 248.* atque ita idem jus in utroque casu vigere debeat, *l. illud, ff. ad l. Aquil.*

1136 Ignacius item Villar *d. respons. 16. cap. 4. n. 2. & seqq.* tametsi magis consequenter loquutus videatur, magis erravit, dum negavit Agricolam in utroque casu contractus, & destinatæ solutionis posse conveniri in locis contractus, & solutionis: quasi lex, quæ expressam prorogationem sustulit: sustulerit etiam hanc tacitam. Nam planè loquitur contra textum *in d. cap. dilecti, de foro compet. & in cap. 1. de privileg. in sexto,* motus debili admodum fundamento, similitudinis taciti cum expresso, cui ex paulò ante dictis facile satisfit.

1137 Neque satisfacit Narbona *in d. gloss. 17. n. 14. & seqq.* dùm conatur evacuare difficultatem prædictorum textuum, quatenus confirmant sententiam Jacobi Collantes relatam *n. 1134.* dicens, agi in illis de privilegio concesso aliquibus, eorum particulari favore, ut non possint, nisi sub certo Judice conveniri, cui tàm tacitè, quàm expressè renunciari potest, ex generali regula textus *in l. si quis in conscribendo, C. de pactis,* juxta quam quilibet potest iis, quæ pro se inducta sunt renunciare. Non inquam satisfacit, quoniam aperta divinatio est adaptare textus, qui loquuntur in genere de privilegio, & exemptione ad privilegium, & exemptionem concessa favore particulari privilegiatorum; præsertim cùm textus *in d. cap. 1. de privil. in sexto,* duos casus comprehendat, primum de exemptis, secundum de privilegiatis: & quamvis in secundo videatur loqui de iis, quibus peculiare privilegium est indultum à Sede Apostolica, ut non nisi coram certo Judice conveniantur, in primo includuntur proculdubiò exempti omnes, ut Religiosi, & Monachi, ut sentiunt communiter Interpretes ad eum locum, quibus non favore particulari, sed favore communi Religionis indulgetur exemptio. Quod indicat textus ipse, dum facit mentionem de loco exempto: nam nunquam eximitur locus, nisi cùm alicui Religioni conceditur exemptio, & simul eximuntur Domus, & Monasteria Religiosorum. Isti autem exempti non possunt privilegio exemptionis renunciare, ut dixi *supra, n. 1056. & 1057. & 1111. cum seqq.* quoniam in eorum exemptione versatur etiam favor eximentis. Igitur non ex eo procedunt decisiones prædictorum textuum, quod privilegiati, & exempti possint favori suo renunciare, imò præsupponitur non posse renunciare expressè, & ex eo formatur ratio dubitandi; juxta communem Doctorum mentem.

1138 Istæ tamen resolutiones, quæ verissimæ essent, attenta *d. l. 25.* antiqua, sublatæ jam sunt per dictam novam pragmaticam anni 1619. nam per illam statuitur, ne Agricola alibi, quam in foro domicilii conveniatur; quare neque in loco contractus, neque destinatæ solutionis, tametsi essent alioqui fori proprii, & non extranei eidem Agricolæ conveniri potest, neque ibidem forum sortitur, quantumvis amplè se subjiciat, & submittat, ex prædicto novo privilegio, cui renunciari non potest, ut continetur in eadem pragmatica *cap. 6.* eatenusque approbandam censeo sententiam Narbonæ *in d. glossa 17. n. 10. & 17. cum seqq.* Est autem hoc privilegium multò amplius, quam si prohiberentur prorogare jurisdictionem extranei Judicis, quod non tolleret, quin possent Agricolæ coram Judice loci contractus conveniri, si ibi inve-

venirentur; cùm Judex loci contractus non posſit cenſeri extraneus, ut notavi *ſupra, n.* 1001. & 1051. ſed hoc tollit, ne poſsit etiam conveniri coram Judice aliàs competenti, cùm ſolum in loco domicilii ſit conveniendus.

1139 Illud tamen dubium reliquum eſt, an ſtante dicta nova pragmatica, ſi Agricola in loco extra domicilium adminiſtraſſet tutelam, vel patrimonium alicujus Univerſitatis, aut Eccleſiæ, vel privati, & ageretur de reddenda ratione adminiſtrationis, poſsit conveniri in loco adminiſtrationis geſtæ, ut regulariter faciendum eſſe dixi *ſupra, q.* 4. *n.* 167. & 168. an verò ex hujus pragmaticæ privilegio, cujus verba generalia ſunt, debeat conveniri dumtaxat in foro domicilii.

1140 Et quamvis Collantes *in pragm. reifrumentariæ, lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. reſolvat, non obſtante *d. l.* 25. antiqua, Agricolam reddituram rationem in loco adminiſtrationis, & hæc reſolutio non ſolum ſit vera, ſed neque videatur pati difficultatem, ſtante ſola *d. l.* 25. at poſt dictam novam pragmaticam, ſi expendantur ejus verba univerſalia negativa, redditur difficilis: nam dum lex prohibet, ne Agricola de debitis contractis poſsit alibi, quam in foro domicilii conveniri, omnes caſus videtur excluſiſſe.

1141 Nihilominus dicendum eſt, Agricolam ibi reddituram rationem, ubi tutelam adminiſtraverit, vel aliam adminiſtrationem exercuerit, juxta *l.* 1. & 2. *C. ubi de ratiociniis agi oport.* & adnotata à me *ſupra, d. q.* 4. *n.* 168. Ratio enim illa contenta *in d. l.* 2. quod non poſsint malè geſta probari, niſi in loco, in quo quis adminiſtrationem gerit, non ſolum ſe extendit ad adminiſtrationem geſtam ab Agricola, ſed efficit, ne poſsit cenſeri Legislator, voluiſſe extendere ad hunc caſum privilegium Agricolarum, cum damno minorum, Eccleſiarum, & Univerſitatum, aut etiam majorum, quorum patrimonia Agricola adminiſtraverit. Primò, quoniam iniquum eſt, & fieri non debet, ut unius privilegium trahatur in alterius damnum, & injuriam, aut alteri generet præjudicium, ejuſque jus lædat, *l. impuberi* 41. *ff. de adminiſtrat. tutor. l. cùm filius* 28. *ff. de milit. teſtam. l. debitor* 3. *in princ. ff. de ſeparat. l.* 2. §. *ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. ex multiplici* 3. *de decimis, cap. quamvis* 8. *cap. ſi propter tua debita* 10. *de reſcriptis in ſexto,* Molina *de primog. libr.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. *cum ſeqq.* Molina *de juſtitia, tom.* 3. *diſput.* 578. *n.* 6. *verſ. ſecunda item pars, in fine,* Peregr. *de jure fiſci, lib.* 1. *tit.* 3. *ex num.* 21. Riccius *collect.* 1010. Secundò, quoniam cùm in prædicta pragmatica hic caſus, in quo tam ſpecialis ratio viget, expreſſus non ſit, ſuccedit regula, ut quæ notabiliter faciunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videantur quaſi neglecta, & excepta à diſpoſitione, *l. item apud Labeonem* 15. §. *hoc edictum, ff. de injuriis, cap. quamvis* 4. *de præbendis in ſexto,* Afflictis *deciſ.* 265. *n.* 13. 15. & 22. Collantes *in pragmaticam rei frumentariæ, libr.* 1. *cap.* 4. *n.* 6.

1142 Undecimò, miſerabiles perſonæ non poſſunt prorogare juriſdictionem alieni Judicis, tradit Baldus *in cap. de cauſis* 4. *n.* 49. *de offic. & poteſt. Judic. delegat.* Ratio eſt, quia non poſſunt ſuo foro renunciare, juxta dicta *ſupra, n.* 598. & *n.* 1055. Perpetuum verò eſt, ut prorogare non poſſit, qui non poteſt renunciare, ut obſervavi *ſupra, n.* 1061. quidquid contrarium adſtruere conetur Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 4. *ex n.* 67. *ff. de judiciis.*

1143 Duodecimò, tandem prorogatio non poteſt fieri per Procuratorem, cum ſit de tempore ad tempus, niſi habeat ſpeciale mandatum, vel generale cum libera. Ita docet, & probat Innocent. *in d. cap. de cauſis* 4. *n.* 1. *in fine, de offic. delegat.* Panorm. *in cap. cùm olim Abbas* 32. *n.* 10. per textum ibi, *eod. tit.* Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 20. *de foro compet.* In cæteris autem prorogationum generibus Procurator non prorogat, ſine ſpeciali mandato; eo quod Judicis novi conſtitutio, & electio, videatur res magni momenti, quam Procurator, ſine ſpeciali mandato expedire non poteſt, *cap. qui ad agendum* 4. ubi gloſſa, *verbo, Vel paciſci, & cap. qui generaliter* 5. *de Procurat. in ſexto,* ſentiunt Marianus *d. n.* 20.

20. Angelus *in l. 1. n. 7. C. de jurisdict. omn. judic.* Guido Papæ *decis. 285. n. 2. & decis. 462. n. 2.* (*Et singulari 270. & 962.* Cancer *variar. resolut. 2. p. cap. 14. n. 26. & 27.*) Lanfrancus Baldus *decis. 66.* Francisc. Marcus *decis. 313. n. 4. 2. p.* Antonius de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n. 11.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, col. 885. versic. Dubitatur præterea.*

SUMMA SECTIONIS QUARTÆ.

1144 *Quælibet jurisdictio ex natura sua potest prorogari, nisi quid aliud eam impediat prorogare.*

1145 *Jurisdictio putativa potest prorogari.*

1146 *Jurisdictio competens in habitu potest prorogari, ut reducatur ad actum.*

Habere jurisdictionem in habitu, quid sit, & afferuntur tria exempla.

Primum, in Judicibus cartulariis.

Secundum, in Judicibus, qui sunt extra territorium.

Tertium, in jurisdictione, quæ potest elidi opposita exceptione.

1147 *Refertur contraria sententia, non posse prorogari jurisdictionem, quæ est in habitu.*

Non potest prorogari jurisdictio non existens.

Parochianus, obtenta licentia à suo Parocho, confitendi alieno Sacerdoti, debet confiteri alteri Parocho, non Sacerdoti simplici.

1148 *Rejicitur prædicta sententia, & satisfit primo argumento contrariæ, explicaturque quid sit jurisdictio in habitu.*

1149 *Attento jure communi Canonico, Parochianus, qui obtinuit licentiam à suo Parocho, confitendi alieno Sacerdoti, potest absolvi à quolibet Sacerdote, etiam non habente curam animarum.*

1150 *Secus est attenta Constitutione Trident.* sess. 23. decreto de reformat. cap. 15.

1151 *An possit prorogari jurisdictio Regiorum Consiliariorum Sacri Consilii Neapolitani consensu partium.*

Consiliarii Sacr. Reg. Cons. Neapolitani, ut universi habent jurisdictionem ordinariam supremam in toto Regno, tam civilem, quàm criminalem.

1152 *In causis commissis à Præside Sacri Consilii, an utantur jurisdictione ordinaria, an delegata, & refertur sententia eorum, qui credunt esse delegatam.*

Discrimen inter Regios Consiliarios ex una parte, & Judices Mag. Cur. Vicar. Præsidentesque Cameræ Summariæ ex altera.

1153 *Reprehenditur, & rejicitur, ostenditurque Regios Consiliarios, ut singulos, uti jurisdictione ordinaria, circa causas sibi commissas, non delegata.*

Jurisdictio ordinaria est, quæ datur à lege, vel consuetudine.

1154 *Jurisdictio Regiorum Consiliariorum, in causis commissis, quam exercent, ut singuli, est annexa officio perpetuo.*

Quicumque habent officium perpetuum, censentur ordinarii.

Jurisdictio, quæ datur tanquam annexa officio est ordinaria.

1155 *Commissio causarum facta à Præside Sac. Consil. non est delegatio, sed divisio, & distributio causarum.*

Jurisdictio Regiorum Consiliariorum est similis jurisdictioni Sacerdotum, quæ illis datur in foro interiori tempore collationis ordinum.

Preses Sacr. Consil. non possit ipse per se de causis cognoscere, aut illas diffinire, neque potest revocare commissionem semel datam.

Non appellatur ad Præsidem Sac. Cons.

1156 *Respondetur ad fundamentum contrariæ sententiæ, & affertur exemplum de jure Castellæ, juxta* l. 7. titul. 18. libr. 8. Recop.

1157 *Attentis communibus regulis juris, jurisdictio Regiorum Consiliariorum habitualis potest prorogari consensu partium.*

Juxta pragmat. 79. de offic. Sacr. Reg. Consil. *inter prætermissas, prorogatur jurisdictio Consiliarii cognoscentis de causa ob tacitum consensum litigatorum per spatium unius mensis.*

Ex mente pragmat. 41. cap. 6. de offic. Sacr. Reg. Consil. *videtur ista prorogatio inhibita, præterquam in casu* d. pragmat. 79. *& quænam sit ratio.*

Si tempore porrectæ supplicationis coram Præside Sacr. Cons. litigatores in aliquem

Ju-

Judicem consentiunt, ille debet dari, quem partet unanimiter petant.

Sententia ferenda est, juxta consensum litigatorum.

1158 *Jurisdictio non solum contentiosa, sed etiam voluntaria potest prorogari, & quid jurisdictio voluntaria.*

1159 *Notantur duo discrimina inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam quoad prorogationem.*

Prorogatio jurisdictionis voluntariæ potest fieri extra territorium, & exerceri jurisdictio non impetrata licentia Judicis, in cujus jurisdictione exercetur.

Jurisdictio contentiosa potest prorogari in parem, vel minorem prorogante, non autem jurisdictio voluntaria, & ratio hujus discriminis.

1160 *Taxatur doctrina Petri Barbosæ.*

1161 *Non solùm prorogatur jurisdictio ordinaria, sed etiam delegata.*

1162 *Jurisdictio delegata non admittit prorogationem de persona ad personam, & quæ sit ratio.*

1163 *Traditur limitatio Afflictis.*

1164 *Jurisdictio delegati ad Universitatem causarum admittit omne genus prorogationis.*

1165 *Explicatur præcedens doctrina.*

1166 *Jurisdictio competens ex jure speciali, vel privilegio, potest prorogari.*

1167 *Refertur contraria sententia.*

1168 *Jurisdictio concessa ad certam speciem, & qualitatem causarum, potest prorogari ad causas diversæ qualitatis, & qui Doctores id senserint, & quo fundamento.*

1169 *Contraria sententia, & ejus Auctores, & fundamentum.*

1170 *Jurisdictio unius speciei non potest prorogari ad aliam speciem, ut civilis ad criminalem, aut spiritualis ad temporalem.*

1171 *Jurisdictio ad causas certæ quantitatis potest prorogari ad causas majoris summæ.*

1172 *Qui fuerint in contraria sententia, & eorum fundamentum.*

1173 *Limitata jurisdictio ad certam summam ex natura sua non comprehendit majorem summam, sed sola limitatio non impedit prorogationem.*

1174 *Explicantur Doctores Hispani negantes prorogationem de causis minoris summæ ad majorem, & agitur de* l. 8. tit. 18. libr. 4. Recopil. *& de variatione illius, successu temporum.*

1175 *Judices appellationis non habent jurisdictionem, nisi devolutam per appellationem legitimam.*

Jure Castellæ legitima appellatio interponitur ad Tribunalia Regia, nisi in causis minoris summæ.

Judex appellationis non cognoscit, nisi de eo, de quo cognovit Judex à quo, inde fit, ut non possit fieri prorogatio ad majorem quantitatem in casu d. l. 7.

1176 *Jurisdictio limitata ad causas certæ qualitatis, quæ requirat diversum modum procedendi à modo aliarum, non potest prorogari ad causas diversæ qualitatis, quoniam istæ causæ differunt specie moraliter.*

1177 *Sub uno genere subalterno continentur diversæ species.*

1178 *Jurisdictio tribus modis potest limitari, juxta quos proponuntur tres casus.*

1179 *Duæ difficultates quoad prorogationem notantur in quolibet prædictorum casuum, altera facti, altera juris, & attendendum esse, an concedens jurisdictionem voluerit prorogationem impedire.*

1180 *Inhibitio ad Judices relata, duobus modis fieri potest, altero favore Judicis, altero favore subditorum, & referuntur exempla.*

1181 *Jurisdictio limitata quoad genus personarum, & non quoad genus causarum, capax est cujusvis prorogationis ad alias causas, & ad alias personas.*

1182 *Jurisdictio limitata ad certum genus personarum, non solum potest extendi ex consensu partium, ad personas diversas ejusdem qualitatis, sed etiam ad alias personas diversæ qualitatis.*

1183 *Jurisdictionem limitatam ad certum gegenus personarum non posse prorogari ad personas diversæ qualitatis, qui senserint, & quibus fundamentis.*

1184 *Rejicitur istorum sententiæ, & ejus fundamentis satisfit.*

1185 *Jurisdictio limitata ad certas singulares*

res personas ad alias non nominatas, prorogari non potest.

1186 *Jurisdictio limitata ad causas unius generis personarum, adjectis clausulis abdicativis, & decreti irritantis non potest prorogari ad personas diversæ qualitatis.*

Ex istis clausulis colligitur voluntas superioris prorogationem inhibentis.

Cùm idem est effectus, non curamus de modo.

1187 *Ex diversis conjecturis colligi potest voluntas inhibendi prorogationem.*

1188 *In civitate Neapolitana non est permittenda prorogatio subditorum unius Curiæ in Judices alterius Curiæ.*

1189 *Concordia diversarum sententiarum de hac re.*

1190 *Jurisdictio limitata ad causas unius materiæ, non facta limitatione personarum potest prorogari ad causas diversæ materiæ ex natura sua.*

Jurisdictio ad causas unius speciei non potest prorogari ad causas specie diversas.

1191 *In contraria sententia, qui fuerint, & quibus fundamentis.*

1192 *Rejicitur prædicta sententia, & fundamentis satisfit.*

1193 *Cùm in concessione jurisdictionis limitata ad certas causas, adjicitur clausula abdicativa, & decreti irritantis, non permittitur prorogatio.*

1194 *Quoties constat ex conjecturis superiores voluisse, separatas esse jurisdictiones, videtur inhibita prorogatio.*

1195 *Ex sola simplici divisione jurisdictionum non rectè colligitur tacitè inhibitam esse prorogationem.*

1196 *Cùm jurisdictio est limitata ad causas, & personas ex se, & natura sua est prorogabilis, nisi conjecturis constet prorogationem esse inhibitam.*

1197 *Jurisdictione concessa privativè circa causas aliquas non est impedita prorogatio.*

1198 *Cùm datur Judex certus certis personis ob earum privilegium, censetur datus privativè, & ejus subditi nihilominus possunt prorogare.*

1199 *Jurisdictio feudis annexa censetur concessa privativè.*

1200 *Jurisdictio regulariter conceditur privativè in favorem subditorum, non ejus, cui conceditur.*

1201 *Refertur contraria sententia ex concessione jurisdictionis privativæ tolli facultatem prorogandi, & ejus fundamenta.*

1202 *Rejicitur, & ejus fundamentis satisfit.*

1203 *Cùm concessioni jurisdictionis privativæ adjiciuntur clausulæ abdicativæ, & decreti irritantis, censetur inhibita prorogatio.*

1204 *Ex aliis etiam conjecturis concessa jurisdictione privativè intelligitur inhibita prorogatio.*

1205 *Quando, & ex quibus censenda sit, concedi jurisdictio privativè, & non cumulativè, remissivè.*

1206 *Jurisdictionis alienæ prorogatio facta in fraudem jurisdictionis Judicis proprii non valet.*

Privilegium adquisitum per fraudem adquirenti non prodest. Ex dolo, & fraude sua nemo commodum reportat.

1207 *Jurisdictio ex die, vel sub conditione, ante eventum diei, vel implementum conditionis, prorogari non potest.*

1208 *Jurisdictio ordinaria non potest prorogari per subditos, ita ut fiat arbitraria.*

1209 *Juris ratio non patitur, ut ille, qui habet perfectum, & superius jus in re, adquirat jus inferius in eadem.*

1210 *Refertur, & rejicitur contraria quorundam sententia.*

1211 *In ordinarium potest consentiri à subditis, ut in arbitratorem, & amicabilem compositorem.*

1212 *An id habeat locum de jure noviori Regni Castellæ, & resolvitur affirmativè.*

Lex generalis posterior non corrigit anteriorem legem specialem.

1213 *De jure Canonico compromitti potest in Ordinarium, tanquam in Arbitrum juris.*

1214 *In Judicem ordinarium, cui sint subditi compromittentes, possunt compromittere tanquam in Arbitrum.*

1215 *Consentientes in Ordinarium, an censendi sint prorogare jurisdictionem ejus ordinariam, an consentire tanquam in Arbitrum, remissivè.*

SEC-

SECTIO QUARTA.

Quorum Judicum jurisdictiones possint prorogari.

1144 REgula generalis statuenda est, quamlibet jurisdictionem ex se,& natura, nisi quid aliud eam impediat prorogari, quod colligitur *ex l.* 1.*&* 2. *ff. de judiciis, & ex d. l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. judic.* ubi statuitur in genere in quemlibet Judicem consentiri posse. Ex quo consequens est, ut omnis jurisdictio, tàm merum imperium, quàm mixtum, & simplex jurisdictio, possit prorogari. Hanc regulam tradit Glossa *in d.l.* 1.*scol. penult. & ultimo,* Paulus Castrensis *ibi*, *n.* 18. & 19. Barbosa *art.* 1. *ex num.* 172. *ff. de judiciis,* Menchaca *q. usufrequent. cap.* 14. *ex n.* 27. quæ regula amplianda est, seu potius exemplificanda, & declaranda in omnibus jurisdictionis speciebus, & formis. Eamque significat Budeus *in eadem l.* 1. *in fin.* dum ait, posse consentiri in quemvis Judicem, sive ejus, qui tribunal habet, idest majoris, sive ejus qui subselia, idest minoris, juxta animadversionem Revardi *in lib. singulari pro tribunal. cap.*7. & Duareni *ad titulum, ff. de judiciis, sub Rubrica de Judice,* ex Asconio Pediano, & Calvino *in lexico, verb. Subselia, & verb. Tribunal.*

1145 Amplia primò,ut etiam jurisdictio putativa, & non vera, ut illa, de qua *in l. Barbarius, ff. de offic. Prætoris*, possit prorogari, quemadmodum sustinetur ob publicum, & communem errorem. Hanc ampliationem tradit Speculator *libr.* 2. *tit. de compet. Judic. addit. §.* 1. *n.*9. Paul. Castrensis *cons.*203. *viso quodam salvo conducto, n.* 1. 1.*p.* Barbosa *d. art.* 1. *n.* 173.

1146 Amplia secundò, ut non solùm possit prorogari jurisdictio competens actu, sed etiam competens in habitu, ut reducatur de habitu ad actum. Ita sentiunt Innocenc. *in cap. prudentiam* 21. *n.* 10. *&* 11. *de offic. deleg.* Alberic. *in l. Præses Provinciæ, prima, n.* 5. *ff. de offic. Præsidis,* Baldus *in l. si qui ex consensu* 8. *n.*98. *C. de Episcop. audient.* Paulus *in d. l.* 1. *n.* 18. Cagnolus *n.* 5.*&* 40. Barbosa *d. art.* 1. *n.* 189. *ff. de judiciis,* idem Paulus *cons.* 84. *n.* 4. 1. *p.* Imola *in d.cap. P.&. G. n.* 120. *de offic. delegat.* idem Cagnolus *in l. ultima, n.* 25. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Alciatus *in l. si is, qui pro emptore, n.* 148. *ff. de usucapionibus,* Ludovicus Burgesius *in repet. d. l.* 1. *ex n.* 88. *&* 89. *ff. de judiciis,* Afflictis *in constit. Justitiarii nomen, n.* 20. *&* 21. *libr.* 1. *Rubr.* 42. Menchaca *controvers. usufrequent. cap.* 14. *n.* 26. Cui ampliationi occasionem dedit Glossa *scholio penult. in d. l.* 1. dum ait, posse prorogari jurisdictionem Judicum carthulariorum, quam non habent in actu, cùm ante consensum partium eam exercere possint, & per consequens solùm eam habent in habitu. Explicat Burgesius *d. n.* 89. quòd habere jurisdictionem in habitu, & non in actu sit, habere quidem dignitatem actu, cui tamen desit aliquid, ut ejus administratio in actum reducatur. Exemplum primum in prædictis Judicibus carthulariis, de quo vide quæ scribunt Marianus Socin. *in d.cap. significasti, n.* 27. *de foro compet.* Menchaca *controvers. usufrequent. d.cap.* 14. *n.* 26. Francisc. Marc. *decis.* 488. *n.*9. 1.*p.* Barbosa *d. art.* 1. *n.* 174. Exemplum secundum in Judicibus, qui sunt extra territorium,quorum jurisdictionem posse prorogari ab iis, qui sunt extra Provinciam,docent Imola *in d.cap. P. & G. n.*75. *&* 76. Marianus *in d.cap. significasti, n.* 22. Alex. *in l.ult. n.* 3. 4.*&* 5. Jaso *n.* 14. Hippolytus de Marsiliis *n.* 22. *&* 194. *ff. de jurisdict. omn. judic.* idem Jaso *in l. ult. n.* 10. *ff. de justit. & jur.* Maranta *in praxi* 4. *p. dist.* 12. *n.* 3. *in fine,* Barbosa *d. art.* 1. *num.* 195. In qua tamen prorogatione debet intervenire consensus expressus Judicis, in cujus territorio fit prorogatio, aut saltem tacitus, qui elicitur ex scientia, & patientia usus jurisdictionis prorogatæ, ut rectè notavit Angelus *in l.* 1. *n.* 6. *C. de jurisdict. omn. judic.* Alex. *in d.l. ultima, n.*7. Hippolyt. de Marsiliis *n.* 22. *&* 194. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Panormit. *in cap. novit, n.* 4. *de offic. legat.* Imola *in d.cap. P. & G. n.*79. *de offic. deleg.* Decius *in cap. cæterum,*

n.

*n.*40. & 41. *de judiciis*, Roman. *singul.* 50. alioqui injuria fieret Judici, in cujus territorio exerceretur jurisdictio, *cap. ex p.* 23. *de verbor. significat. cap. Episcopi* 9. *q.* 2. *cap.* 1. *de offic. ordinar. in sexto*, notat Baldus *in l. sicuti*, §. *Aristo*, *n.* 2. *ff. si servit. vendic.* Casanæus *in consuetud. Burgundiæ*, *rubr.* 12. §. *unic. n.* 3. Rebuffus *tom.* 2. *in constit. reg. tract. de litteris requisitoriis*, *in princ. n.* 5. Barbosa *d. art.* 1. *n.* 185. turbaretur enim ejus jurisdictio, juxta tradita à Farinac. *in praxi criminali*, *q.* 114. *inspect.* 1. *ex n.* 21. & *propriè n.* 60. Tertium exemplum in jurisdictione, quæ potest opposita exceptione elidi, quæ nihilominus interim prorogari poterit, ut probat textus *in cap. si duobus* 7. *in princ. de appellat.* tradit Innocent. *in cap. Pastoralis* 14. *n.* 3. *in fin. de rescriptis*, Felinus *in d. cap. P. & G. n.* 6. Barbosa *d. art.* 1. *n.* 190.

1147 Contrariam tamen sententiam hujus secundæ ampliationis, quinimò non posse prorogari jurisdictionem, quæ est in potentia, seu habitu, sed solùm eam, quæ est in actu tuetur Marianus *in d. cap. significasti*, *n.* 21. Et probatur primò, quia non potest prorogari jurisdictio non existens, quia jurisdictionem non potest dare privatorum consensus, *l. privatorem* 3. *C. de jurisdict. omn. judic.* & notatum est *supra*, *n.* 971. & ideò necessarium esse, ut jurisdictio prorogationem admittat, ut competat in essentia, & actu, & non in sola potentia, docet Bart. *in l. si is, qui pro emptore*, *n.* 8. *ff. de usucap.* Secundò probatur ex doctrina celebri Glossæ *in cap. omnis utriusque sexus* 12. *verb. alien. Sacerdot. de pœnit. & remiss. & in clement.* 1. *in princ. verb. Speciali*, *de privilegiis*, quæ ait si Parochus concedat licentiam subdito, ut alteri Sacerdoti confiteatur peccata, oportere, ut illi sit commissa actu cura animarum: nam si non esset commissa, & ita non haberet in actu potestatem absolvendi, sed solùm in habitu acceptam cum caractere Sacerdotali; etiam cum tali obtenta licentia non posset pœnitentem absolvere, quia ejus spiritualis jurisdictio, quæ in habitu tantùm competit, non potest prorogari, cui sententiæ subscribunt Panormit. *in d. cap. omnis utriusque sexus*, *n.* 14. & *in d. cap. significasti*, *n.* 5. Marianus *n.* 21. *de foro compet.* Capella Tolos. *q.* 222. & Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n.* 7 qui asserit hanc esse omnium sententiam.

1148 Sed nihilominus à prædicta ampliatione recedendum non est, quæ communior est, & verisima. Vereorque ne controversia versetur magis circa voces, & modum loquendi, quam circa rem ipsam; videlicet in explicando quid sit jurisdictio in habitu, quid in actu, ut constavit ex solutione argumentorum adversæ partis. Ad quorum primum respondendum est, non negare nos jurisdictionem, quæ prorogatur, debere competere in essentia, & actu, ut actus distinguitur à potentia remota, qualem habet quilibet popularis, qui potest creari Judex, antequam Judicis dignitatem actu consequatur; sed existimandum est, sat esse, ut prorogetur, ut sit jurisdictio in habitu. Vocamus autem jurisdictionem in habitu illam, quæ tametsi vera sit, & actualis jurisdictio suspensa tamen est ab actuali usu, & administratione ob deffectum materiæ, circa quam exerceatur, aut alterius extrinseci requisiti, ob quem caret effectu, tametsi ipsa quantum est ex se, & natura sua, posset in actum jurisdictionis prorumpere. Atque ita nihil hic dicimus adversus doctrinam traditam *d. n.* 971.

1149 Ad secundum, doctrinam illam, quamvis celebrem Glossæ, non esse veram, quinimò verius, & receptius esse, attento jure communi canonico antiquo, Paroquianum, qui à suo Parocho obtinuit licentiam generalem confitendi alieno Sacerdoti, posse absolvi à quovis Presbytero, etiam non habente curam animarum, cui fuerit confessus, ut sentiunt Hostiensis *in summa de pœnit. & remiss. n.* 14. & mutata sententia Panormit. *in clement.* 1. *n.* 16. *de privilegiis*, D. Antonin. 3. *p. tit.* 17. *cap.* 4. *vers. Tertius casus*, & *cap.* 9. *versic. Quintus effectus*, Jaso *in l. si per errorem* 15. *n.* 8. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Aufrerius *ad Cappellam Tolos. d. q.* 222. *n.* 2. Angelus Clavas. *in summa*, *verb. Confessio* 3. *n.* 4. Silvester *verb. Confes-*

fessor 1. *n.* 5. Cajetanus *in summa, verb. Absolutio pœnitentialis*, Navarrus *in cap. placuit* 6. *n.* 35. *de pœnit. distinct.* 6. Dominic. Soto *in* 4. *distinct.* 18. *q.* 4. *art.* 3. *vers. His tamen non obstantibus*, Joann. Medina *C. de confess. q.* 34. Franciscus Suarez *in tertiam partem D. Thom. tom.* 4. *disput.* 28. *sect.* 3. *n.* 4. *& seqq.* Gabriel Vazquez *in eandem tertiam partem, tomo item* 4. *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 5. *n.* 4. qui in eodem *art.* 1. *dub.* 2. *n.* 23. *&* 24. explicat, comparando jurisdictionem simplicis Sacerdotis collatam illi tempore ordinationis, & annexam potestati ordinis, & caracteri, cum jurisdictione Judicum carthulariorum.

1150 Dixi, *attento jure communi Canonico antiquo*, quoniam hodie attenta constitutione Concil. Trident. *sect.* 23. *decreto de reformat. cap.* 15. secus est: non enim potest quis eligere Confessorem Sacerdotem, quem velit, ex licentia obtenta à Parocho; sed debet eligere Sacerdotem ab Episcopo approbatum. Non quidem ex eo, quòd desit jurisdictio habitualis prorogabilis Sacerdotibus simplicibus, quemadmodum erat ante Concilium; sed quoniam visum fuit expediens Ecclesiæ, prorogationem inhibere, quod superioribus licet, *l.* 2. *§. si & Judex, ff. de judiciis*, & superius notavi *n.* 1104. *& n.* 1106. quod etiam animadverterunt Suarez, *&* Vazquez, *ubi supra.*

1151 Ex his infertur, quid dicendum sit ad quæstionem, quam apud neminem vidi tractatam, videlicèt, an possit prorogari jurisdictio Consiliariorum Sac. Reg. Consil. Neapolitani, consensu partium? Ad cujus resolutionem præsupponendum est, Consiliarios Sacri Consilii Neapolitani, ut universos, habere ordinariam jurisdictionem supremam in toto Regno, tàm civilem, quàm criminalem, sine ullo ulteriori recursu, ut constat *ex pragm.* 2. 3. 4. *&* 5. *cap.* 4. *de offic. Sacr. Reg. Consil.* & iis, quæ notant Bart. *in l. præcipimus* 32. *§. quod si à duce, n.* 1. ubi Alex. *in additione, C. de appellat.* Baldus *in eadem l. præcipimus, ante num.* 1. Afflictis *in constit. summo periculo, n.* 2. *in fine, lib.* 2. *Rubr.* 36. Surgens *de Neapoli illustrata, lib.* 1. *cap.* 17. *ex n.* 42. Tapia *lib.* 2. *juris Neapolit. Rub.* 2. *ex n.* 5. Rovitus *in pragm. in Rubr. de offic. Sac. Reg. Consil. præsertim n.* 4. faciunt, quæ tradit Fulvius Pacianus *de probationibus, lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 71. *cum seqq.* & in hoc nulla est difficultas, aut controversia.

1152 Quam verò jurisdictionem habeant, ut singuli cùm cognoscunt seorsim de causis sibi commissis à Præside Sacri Consilii, an illa sit ordinaria, an delegata controvertunt practici. Credentibus multis Consiliarios Sacr. Regio Consil. circa cognitionem causarum sibi commissarum, ut singulos, uti jurisdictione delegata, non ordinaria, quia sine commissione Præsidis cognoscere non possunt de illis causis. In quo existimant versari inter Regios Consiliarios ex una parte, & Judices Magnæ Curiæ Vicariæ, Præsidentesque Cameræ Summariæ ex altera, maximum discrimen, quòd isti sint etiam, ut singuli Judices ordinarii, illi verò delegati. Ex istis sunt Afflictis, *ubi supra, & decis.* 1. *n.* 8. Surgens *d. cap.* 17. *n.* 44. Caravita *ritu* 265. *n.* 28. *&* 29. Rovitus *in pragm.* 1. *de causis decidendis, n.* 3. *& in Rub. de offic. Sacr. Reg. Consil. n.* 4. (*& in decis.* 52. *n.* 5. Gallupus *in praxi S. C.* 1. *p. cap.* 3. *n.* 2. *&* 3. quòd verò attinet ad Judices Mag. Cur. Vicar. esse ordinarios, testatur Franchis *decis.* 143. *n.* 8. & prædictam etiam sententiam amplectuntur,) Petra *ad Grammatic. decis.* 9. *n.* 2. & Didacus de Mari *ad eandem n.* 3. & sic Scribæ solent in initiis actorum, seu decretorum dicere, *N. Regius Consiliarius hujus causæ Commissarius delegatus.*

1153 Verùm crassus iste pragmaticorum error, salva reverentia, nullo juris fundamento nititur, & indubitata est sententia contraria, videlicèt Regios Consiliarios, ut singulos, uti circa causas sibi commissas jurisdidione ordinaria, non delegata. Quod ita sentiunt Baldus *in d. l. præcipimus, ante n.* 1. *C. de appellat.* & clarius *in l. ultima, n.* 4. *C. ubi Senator. vel clariss.* ad cujus sententiam se refert eam aprobans Alexand. *in l. more majorum* 5. *n.* 18. eandem sequitur Jaso ibidem *n.* 2. *ff. de jurisdict. omn. judic. & in l. jus civile* 6. *n.* 8. *vers. Tertiò li-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

mita, ff. de juſtit. & jur. Felinus *in Rubric. n.3. poſt medium, de reſcriptis*, Alciatus *in Rub. n.21. de offic. ordinar.* Grammat. *deciſ.9. n.1.* tametſi minus clarè, Barboſa *in l. cum Prætor 12. §.1. n.75. ff. de judiciis*, Antonius Corſetus *tractat. de poteſt. Regia, 5.p. n.56. & 57. tom.16. tractatuum*, Olivanus *de jure fiſci, cap.4. n.48.* Parlador. *in ſeſquicenturia, different.129. n.2.* & idem Rovitus mutata ſententia re melius perpenſa *in d.Rubr. n.6. in addit. de offic. Sac. Reg. Conſil.* (Eandem probat meritiſsimus Collega noſter Marcellus Marcianus, nos allegans, *Conſil.24. n.9.* ex editis poſt hujus operis primam editionem.) Quæ ſententia probatur primò, quoniam juriſdiſdictio ordinaria eſt, quæ datur à lege, vel conſuetudine, *l. more majorum 5. l.& quia 6. ff. de juriſdict. omn. judic. l. cum Prætor 12. §. Judicem, & §. item hi, ff.de judiciis*, notat Gloſſa *in d.l. quia, verb.Nec ipſa lex, & in l.1. verb. Specialiter*, ubi Paulus *n.3. C. ne liceat potentioribus*, Bart.*in d.l. more, n.9.* Socinus *n.17.* Jaſo *in princ. ante n.1.* Decius *n.7.* & Cujacius ibi,idem Paulus *in l. à Judice 5. n.9. & 10. C. de judiciis*,Anton. Butrius *in d.cap. P.& G. n.27. & 28.* poſt Gloſſa ibi, *de offic. & poteſt. Judic.delegat.* idem Decius *in cap. cæterum, n.10.de judiciis*, Alciatus *in Rubr. n.5. de offic. ordin.* Antonius Corſetus *ſingular.325. verb. Statutum 16.* Barboſa *in d.l.1. art.1. num. 221. ff. de judiciis.* Sed Regis Conſiliariis Neapolitanis à lege defertur juriſdictio,ut cognoſcant, ut ſinguli de cauſis ſibi commiſsis,ut conſtat *ex pragm.16.& pragm.41. cap.11. de offic. Sac. Reg. Conſil.* Ergo eorum juriſdictio eſt ordinaria.

1154 Secundò, quoniam juriſdictio, quam habent Regii Conſiliarii ad ſubſtantiandas cauſas, & decidenda incidentia, & emergentia,imò & ad definiendas lites parvæ quantitatis ſeorſim, & ut ſinguli, *juxta pragm.41. §.11. de offic. Sac.Reg.Conſil.* eſt perpetua, & annexa officio perpetuo creato à Rege ad adminiſtrandam in Regno juſtitiam, ergo eſt juriſdictio ordinaria. Conſequencia ex eo conſtat,quòd quicumque habent officium perpetuum, cenſentur ordinarii, ut *ex l. juriſperitos in principio ff. de excuſat. tutor.* notat Barboſa *in d.l. cùm Prætor 12. §.1. n.75.* & eleganter probat ex doctrina Bartol. *in l. ambitioſa, n.34. ff. de decret. ab ordin. faciend.* ubi ait, juriſdictionem,tanquam annexa officio, eſſe ordinariam. Quod proſequitur idem Barb. *in eodem §.1. ex n.29.* & notaverat Covarruvias cum multis, quos refert, *lib.3. variar. cap.20. n.6.* & Cabedus *deciſ.22. n.5. 1.p.*

1155 Tertiò, quoniam commiſsio cauſarum facta à Præſide Sac. Conſil. non eſt delegatio, ſed potius diviſio, & diſtributio cauſarum, ut expreſsè ſtatuitur *in d. pragm.41. cap. 6. de offic. Sacr. Reg. Conſ.* (& in ſimili tradit Fanchis *deciſ.143. n.8.*) atque ita nullam novam juriſdictionem tribuit Conſiliariis quibus illa ideſt ratione officii, cui eſt annexa,data à Rege ex tempore collationis ipſius, ut rectè conſiderat Baldus, & Jaſo, & omnium clariſsimè Felinus, *ſupra* relati; ſed ſolùm deſignat materiam, circa quam juriſdictio competens in habitu prædictis Conſiliariis, reducatur ad actum; & in qua exerceatur: non ſecus quidem, ac Sacerdotibus, tempore collationis ordinum, datur poteſtas etiam judicialis in foro interiori,& facultas abſolvendi cum juriſdictione habituali,ut paulò ante dixi, *n.*1147. Quare ſuccedit doctrina Alciati *in Rub. n21.de offic.ordinar.*ut cenſeatur ordinarius Auditor, qui ante commiſsionem habet juriſdictionem ſaltem in genere: nam tunc commiſsio diſtribuit cauſas non delegat. Hoc autem in noſtro caſu ex multis colligitur. Primò, quia Conſiliarii Regii non utuntur juriſdictione mandata à Præſide Sac.Conſ. ut uterentur ſi eſſent delegati, *l.1. §. qui mandatam, ff. de eo,cui mand. eſt juriſdict.* ſed propriam Regiam juriſdictionem exercent, quia Præſes Sacr. Conſ. non poſſet ipſe per ſe de cauſis cognoſcere, aut illas definire, ut ſtatuitur *in pragm.9. §.1. de offic. Judicum*, ideò cùm eas committit,non delegat:nemo enim dat, quod non habet, *cap. nemo poteſt, de regul. jur. in ſexto*; neque Præſes Sacr. Conſ. poteſt revocare ſemel datam commiſsionem, juxta *pragm.8. §.3. de offic. Magiſtr. juſtitia-*

tiarii, ut poteſt delegans delegationem, *l. judicium ſolvitur* 58. *ff. de judiciis*, neque appellatur ad Præſidem Sacr. Conſil. ut appellatur à delegato ad delegantem, *l.* 1. §. 1. *& ultimo, ff. quis, & à quo appellet. cap. ſuper quæſt.* 27. §. *porrò, de offic. deleg.*

1156 Ex quibus conſtat, quid reſpondendum ſit ad fundamentum contrariæ ſententiæ, nempè, quòd *non poſsint Conſiliarii* cognoſcere de cauſa aliqua, niſi ſibi committatur à Præſide: nam commiſsio prædicta non eſt delegatio, ſed diviſio, & diſtributio cauſarum, in quibus juriſdictio competens in habitu Regio Conſiliario, & illi à lege delata, & officio annexa reducatur ad actum, & exercitationem. Eſt appoſitiſſimum exemplum de jure Caſtellæ juxta *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* in Decurionibus Civitatum, & Villarum Regni, quarum Conciliis à lege delata eſt juriſdictio proculdubiò ordinaria, in gradu appellationis à ſententiis latis à Judicibus ordinariis in cauſis civilibus non excedentibus ſummam decem mille maravedinorum, de qua lege, & caſu inferius iterum agemus. Qui Decuriones non poſſunt cognoſcere de cauſa devoluta per appellationem ad Concilum, niſi ab eodem Concilio nominentur, & eligantur, ut illam judicent. Concilium verò cùm illos nominat, & eligit, nullam tribuit juriſdictionem, ſed illis nominatis illam lex defert. Scribarum autem errorem ortum ex contrariæ ſententiæ perſuaſione, cujus meminit Afflictis *d. deciſ.* 1. *n.* 8. ego ſæpius emendari feci jubens, ut verbum illud, *delegatus*, deleretur, idque ſemper faciendum eſt.

1157 Reliqua eſt igitur propoſita difficultas, ſi Regiis Conciliariis competit juriſdictio in habitu; & juxta prædicta, juriſdictio in habitu poteſt prorogari conſentientibus litigatoribus, & ad actum reduci; an poſsit ſimili modo prorogari juriſdictio Regiorum Conſiliariorum? Et proculdubiò dicendum eſt, attentis communibus juris regulis in materia prorogationis, de quibus hucuſque dictum eſt, prorogationem valere, & poſſe partes litigantes conſenſu ſuo Regiorum Conſiliariorum juriſdictionem habitualem prorogare, ut poſſint cognoſcere de quavis cauſa in prima inſtantia, eodem modo, quo iidem Conſiliarii de illa cognoſcunt in prima inſtantio per commiſsionem Præſidis Sacr. Conſilii, quod eſt prorogare juriſdictionem de habitu ad actum. Idque confirmatur ex eo, quòd à lege ipſa prorogetur Conſiliariorum *juriſdictio, ut non poſsint declinari*, neque poſsit objici exceptio incompetentiæ Commiſſarii, etiamſi verè ſit incompetens, ob tacitum litigatorum conſenſum, ſi Commiſſarius quivis ſpacio unius menſis in cauſa proceſsit, ut ſtatuitur *in pragm.* 79. *de offic. Sac. Reg. Conſ. inter prætermiſſas*, nunc *pragm.* 6. *de dilationibus*, & melius *pragm.* 7. *eodem titulo, in noviſsima compilatione*, in qua ſtatuitur tempus trium menſium præſentibus, ſex autem abſentibus. Ergo ſimili modo poterit prorogari per conſenſum partium expreſſum. Verùm cum Principis inhibitione poſsit impediri prorogatio, *l.* 2. §. *ſi & Judex, ff. de judiciis*, exiſtimo ex mente *prædictæ pragm.* 41. *cap.* 6. *de offic. Sacr. Reg. Conſ.* tametſi minus apertè, hanc prorogationem eſſe inhibitam; dùm intelligas exceptam eam, quæ à poſteriori prædicta *pragmat.* 79. *eod. tit.* nunc *pragm.* 6. *&* 7. *de dilationibus, in noviſsima compilatione*, permiſsa eſt. Nam cùm injungat officio Præſidis Sacr. Conſ. diviſionem, & diſtributionem cauſarum arbitrio ſuo, tàm inter aulas, quàm inter Conſiliarios Sacr. Conſ. ſi litigatores ſibi Judicem eligerent, facultati Præſidis, ejuſque arbitrio, & diſpoſitioni ex ante verſione præjudicium fieret, oriri que poſſet confuſio, & perturbatio tribunalis, cujus evitandæ cauſa, prædicta pragmatica eam facultatem Præſidi Sacr. Conſil. conceſsit. Igitur ejus mens fuit, ne prorogationem, ex qua tot incommoda ſequerentur, permitteret. Nihilominus cenſeo, ſi tempore porrectæ ſupplicationis coram Præſide Sac. Conſil. litigatores in aliquem Judicem conſentirent, eumque ſibi dari peterent, eorum votis, & conſenſui annui oportere, eumque Judicem dari, quem partes unanimi conſenſu voluerint, niſi quid aliud incommodum impedimento ſit. Nam etſi Ju-

dex dari non posit ille, quem unus ex litigatoribus petit, regulariter loquendo, *l. observandum* 47. *ff. de judiciis*, *l.* 20. *tit.* 4. *p.* 3. potest tamen dari, quem ambo elegerint, ut notat Glossa *in ead. l. observandum, schol.* 1. *& in cap. Judices* 11. *q.* 1. & dicit textus *in cap. super quæst.* 27. *§. verum, de offic. & potest. Judic. delegat. & in cap. cæterum* 3. *de rescriptis*, & statuit *d. l.* 20. *tit.* 4. *p.* 3. præsupponiturque *in l. ex consensu* 23. *ff. de appellat.* & antiquitus id servari solitum observat Revardus *in lib. pro tribunalium, cap.* 11. (Et Corracius *in l.* 2. *§. deinde cùm placuisset, n.* 4. *ff. de origin. jur. & in Rubr. n.* 6. *ff. de jnrisdict. omn. judic.*) Quemadmodum etiam sententia ipsa ferenda est, juxta conventionem, & consensum litigatorum, *l. si convenerit* 26. *ff. de re judic.* nedum Judex designandus.

1158 Amplia tertiò prædictam principalem regulam, ut possit prorogari jurisdictio, non solùm contentiosa, sed etiam voluntaria. Est autem jurisdictio voluntaria, quæ inter volentes tantum exercetur, contrapositæ jurisdictioni contentiosæ, quæ redditur in invitos, *l. inter stipulantem* 83. *§.* 1. *ff. de verbor. obligat.* ut notat Glossa *in l. omnes* 2. *schol.* 1. *ff. de offic. Proconsul. & Legat.* & ibi Interpretes, *& in l. ultima, ff. de jurisdict. omn. judic.* Igitur si communi consensu partes subjiciant se habenti jurisdictionem voluntariam, cui alioqui non subduntur, ejus jurisdictionem prorogabunt. Ita sentiunt Baldus *in l. secundum* 32. *n.* 3. *C. de donationib.* Angelus *in l.* 1. *n.* 5. *& 6. C. de jurisdict. omn. judic.* Cagnolus *in l. ultima, n.* 24. *& 25. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Paulus Castrensis *cons.* 84. *n.* 4. 1. *p.* Angelus Aret. *in §. præterea, n.* 3. *institut. quib. mod. jus patr. potest. solu.* Decius *cons.* 150. *n.* 1. Chasaneus *consil.* 31. *n.* 17. Antonius Butrius *in cap. pastoralis* 11. *n.* 4. *de offic. ordinar.* Imola *in d. cap. P. & G. n.* 64. *de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, n.* 27. *de foro compet.* Felinus *in cap. cæterum* 5. *n.* 2. *vers. Quintò limita, de judiciis*, Anton. de Matthæis *de prorog. jurisdict. d. n.* 5. *in fine, vers. Prorogabilis est jurisdict.* Barbosa *in in d. l.* 1. *art.* 1. *n.* 181. *ff. de judiciis.* Probatur ex textu *in l. emancipari* 36. *§.* 1. ubi glossa *schol.* 1. *& 2. ff. de adoption. & in l. omnes* 2. *ff. de offic. Proconsul. & Legat. & in l. etiam* 15. *§. ultimo, & in l. apud Proconsulem* 18. *in princ. ff. de manumiss. vindict. & in l.* 1. *C. de emancipat. liber.* Ratio verò esse videtur, quoniam jurisdictio voluntaria non respicit certum genus subditorum, sed in omnes volentes exercetur, quare tametsi ii, qui sunt liberi à jurisdictione contentiosa ejus, qui voluntariam quoque habet, in eum consentiant, voluntaria in eos exerceri potest, ideò Bart. *in l. Modestinus* 23. *n.* 3. *ff. de donat.* tradit actum voluntariæ jurisdictionis posse exerceri in non subditum, si spontè se subjiciat habenti jurisdictionem voluntariam. Et ob eandem rationem receptum est, posse extra territorium jurisdictionem voluntariam exerceri, circa voluntatem Judicis ejus territorii, ut notat Romanus *singul.* 49. & docent communiter Interpretes *in d. l. extra territorium, ultima, ff. de jurisdict. omn. Judic.* & ex illis Covarr. *lib.* 3. *variar. d. cap.* 20. *n.* 8. & Barbosa *d. art.* 1. *n.* 185.

1159 Sunt verò inter jurisdictionem voluntariam, & contentiosam, quod ad prorogationem attinet, duo notanda discrimina, quæ expendit idem Barbosa *d. art.* 1. *ex n.* 184. Primum ortum ex prædicta doctrina, quòd prorogatio jurisdictionis voluntariæ potest fieri extra territorium, & jurisdictio prorogata extra territorium exerceri, non impetrata licentia Judicis territorio Præfecti, quod in jurisdictione contentiosa locum non habet. Secundum, quòd jurisdictio contentiosa potest prorogari in parem, vel minorem, quàm sit prorogans, *l. est receptum* 14. *ff. de jurisdict. omn. judic.* & ego notavi *supra, n.* 1109. jurisdictio autem voluntaria non potest prorogari in parem illi, vel minorem illo, qui prorogat, ut probat textus *in l. apud eum* 14. *in princ. ff. de manumiss. & in l. apud filiumfamilias* 18. *§.* 1. juxta litteram Florentinam, *ff. de manumiss. vindict.* Cujus discriminis meminit Glossa *in d. l. est receptum, schol.* 1. quam approbant ibi Bald. *n.* 2. Angelus *n.* 2. Alberic. *n.* 3. *&* 4. Fulgos. *n.* 1.

Pau-

Paulus *n.*4. Alex. *n.*4. Jaſo *n.*7. Decius *n.* 6. Oroſcius *n.*13. Ratio autem diverſitatis inter iſtos caſus eſt, quoniam in contentioſa juriſdictione nemo poteſt ſibi jus dicere *l. unica, C. ne quis in ſuas cauſas judicet, l. qui juriſdictioni, ff. de juriſdict. omn. judic.* quòd ſi poſsit de potentia abſoluta, non poteſt de honeſtate, ut animadverti *quæſt. præced. n.*786. *in fine*, & hac eadem quæſtione *d. num.* 1109. & ideò ad conſequendum ſuum jus poteſt ſubjicere ſe alterius Judicis juriſdictioni: eſt enim tam honeſtum, & decens, ne quis, tametſi ſupremus Princeps, ſibi jus dicat, ut ſubjectio inferiori facta, non ſolùm non dehoneſtet, & contemptui exponat majeſtatem, ſed potius eam extollat magis, & magis commendabilem reddat, *l. digna vox, C. de legibus.* Ut non omittam juriſdictionem ab initio lege Regia à populo Principi collatam, & derivatam à Republica, eam ſecum in ipſa collatione conditionem tuliſſe, ut ei, & in eum data ſit, *l.*1. *ff. de conſtit. Princip.* ideſt, Imperium, & poteſtatem ſic à populo in Principem translata fuiſſe, ut Principi juris dicendi poteſtas ſit, & adverſus Principem jus dici poſsit, quomodo populo, & adverſus populum potuit, ut acutè, & eleganter interpretatus eſt Oroſcius *in d. l. eſt receptum* 14. *n.*16. argumento ducto à ſimilibus verbis ejuſdem legis, (quem ſenſum ſignificavit Zaſius *in eadem l. eſt receptum, n.*7. *in fin. lib. verbis.*) In inferioribus verò illud eſt neceſſarium, ut aliis ſe ſubjiciant, cum nullo modo poſsint ſuaſmet cauſas judicare, & ſic neceſsitas ipſa, excuſatio eſt indecentiæ ſubmiſsionis. At in juriſdictione voluntaria ſecus eſt, nam cum ad eam attinentia poſsit Magiſtratus apud ſemetipſum expedire, *l. ſi Conſul* 3. *ff. de adoption. l.*1. *§. Conſules, ff. de offic. Conſul.* neque ulla ſubſit neceſsitas ſubmiſsionis, jus non permittit, ut contra majeſtatem juriſdictionis ſuæ poſsit ſe ſubmittere, quod ſalvo illius honore fieri non poſſet. Quam rationem reddunt omnes, ſed melius omnibus expendit Fulgoſius *ubi ſupra.*

1160 Cæterùm tertium aliud diſcrimen, quod addit idem Barboſa *d. art.*1. *n.* 188. non video, quomodo poſsit conciliari, cum dictis ab eodem *n.*182. nam cùm ibi dixiſſet, juriſdictiouem voluntariam poſſe prorogari, poſtea eam poſſe prorogari negat. Verum eſt Baldum *in l. teſtamenta* 18. *n.*2. & 3. *C. de teſtam.* Paulum ibidem *n.*3. Jaſonem *n.*2. quos ille pro ſe refert, dicere, non propriè cadere prorogationem in negotio, in quo non adeſt contradictor, qualia videntur eſſe attinentia ad juriſdictionem voluntariam. Tamen magis videtur eſſe controverſia de modo loquendi, cùm ipſemet Baldus ſæpè, & in ſpecie *in l. repetita* 39. *n.*1. *C. de Epiſcop. & Cleric.* quo loco refertur à Barboſa pro ſuo illo diſcrimine, expreſsè admittit prorogationem in juriſdictionem voluntariam, & cæteris locis à me ſuperius relatis.

1161 Amplia quartò, ut non ſolum poſsit prorogari juriſdictio ordinaria, ſed etiam delegata. Et quod attinet ad ordinariam, res eſt certa, admittere prorogationem, *ex l.*1. & 2. *in princ. ff. de judiciis, & cap. P. & G. de offic. delegat.* & iſtis locis traditis à Doctoribus, qui id ſtatuunt communi conſenſu. Admittit autem juriſdictio ordinaria omne genus prorogationis ex iis, quæ enumeravi *ſupra, n.*977. videlicèt, de perſona ad perſonam, de re ad rem, de tempore ad tempus, de loco ad locum, de caſu ad caſum, & de cauſa ad cauſam, ut explicant, & proſequuntur ii, quos eodem loco retuli. Et in ſpecie quoad prorogationem de tempore ad tempus, quæ in juriſdictione ordinaria videbatur habere difficultatem, videndus eſt Baldus *in d. l. ſi qui ex conſenſu, n.*9. *C. de Epiſcop. audient.* quoad prorogationem verò de loco ad locum, Bart. *in l.*2. *in princ. n.*7. *ff. de judiciis*, & de utraque Barboſa *in d. l.*1. *art.*2. *ex n.*5. *ff. eodem titulo.*

1162 Quod verò attinet ad legatam juriſdictionem, non admittit prorogationem de perſona ad perſonam, *d. cap. P. & G. de offic. delegat.* tradunt ibi Doctores, & Afflictis *deciſ.* 227. *ex n.* 1. Gail *obſervat. practic. lib.*1. *obſerv.*35. *n.*3. Maranta *in Praxi*, 4. *p. diſt.*12. *n.*20. Barboſa *in d. l.*1. *art.* 1. *ex n.*204. & *art.* 2. *n.*4. cæterarum autem

tem prorogationum capax est, *cap. cum olim, primo, de offic. deleg. cap. statutum, §. in nullo, de rescriptis in sexto,* (*l.* 20. *tit.* 4. *p.* 3. *& ibi gloss.* 3.) docet Marianus Socinus *in d. cap. significasti, n.* 25. *de foro competent.* Barbosa *d. art.* 1. *n.* 215. *cum seqq. & art.* 2. *n.* 4. *& n.* 29. Antonius de Matthæis *de prorogatione jurisdictionis, n.* 20. Franciscus Marcus *decis.* 68. *n.* 3. 1. *p.* Menchaca *quæst. usufreq. cap.* 14. *n.* 29. Rationem verò, cur delegata jurisdictio non admittat prorogationem de persona ad personam, cùm eam admittat ordinaria, ea est, quam reddit Barbosa *d. art.* 1. *ex n.* 213. desumptam ex Mariano, *ubi supra*, quia illa competit alieno nomine, *l.* 1. *§. fin. ff. de eo, cui mandat. est jurisd. l. solet* 16. *ff. de jurisd. omn. judic.* & non ultra, quàm per delegantem conceditur, *cap. cui de non Sacerdotali* 27. *de præbendis in sexto*, qui autem committit causam certæ personæ adversus certam personam, vel inter certas personas earum expressis nominibus, ad eas se restringit, ita ut alias censeatur excludere, ex doctrina Glossæ *in l. si quis ita* 16. *verb. Si quis filio*, & ibi Bartol. *n.* 1. *ff. de testam. tutel.* Ergo cum delegato tacite denegetur jurisdictio respectu aliorum, & ipse nihil aliud habeat proprium, non erit locus prorogationi, quam rationem videtur præsensisse Panormitanus *in d. cap. P. & G. n.* 5.

1163 Nihilominus id, quod dicimus, delegatam jurisdictionem non prorogari de persona ad personam, neque extendi, limitat notabiliter Afflictis *d. dec.* 227. *n.* 2. quem refert, & sequitur Maranta *in Praxi, 6. p. tit. de laudatione quinto membro judicii, n.* 10. cùm processus contra personam in delegationem non comprehensam, venit in consequentiam primæ litis, & habet connexionem cum illa; veluti, si delegetur causa venditionem inter emptorem, & venditorem, poterit prorogari jurisdictio ad authorem laudatum: imò, & sine prorogatione poterit adversus ipsum procedi ex virtute primæ delegationis, atque ita ista non est vera prorogatio. Eandem planè limitationem tradit Marianus *in d. cap. significasti, n.* 2. *versic. Item adverte, & versic. Limita etiam*, ubi ait delegatum ad causam principalem, posse procedere contra fidejussores, quos sequitur Barbosa *in d. art.* 1. *n.* 223. *& 224. cum seqq.*

1164 Amplia quintò, ut jurisdictio delegati ad universitatem causarum, admittat omne genus prorogationis. Ita sentit Glossa *in d. l.* 1. *verbo, Qui tribunali, ff. de judiciis*, quam approbat Felinus *in d. cap. P. & G. n.* 6. *versic. Sextò fallit, de offic. delegat.* Barbosa cum aliis, quos allegat *in eadem l.* 1. *art.* 1. *n.* 217. *& art.* 2. *n.* 30. *&* 31. reprobans Panormitanum *in d. cap. P. & G. n.* 5. Marianum *in d. cap. significasti, n.* 25. *de foro compet.* & Paulum *in l.* 1. *n.* 6. *C. de jurisdict. omn. judic.* & alios, qui contra sentiunt. Ratio ampliationis est, quoniam delegatus ad universitatem causarum est instar ordinarii, & in omnibus exequatur ordinario, ut adnotabo *infra, disput.* 4. *n.* 32. cum multis, quos allegabo, & præter eos notat Alexander *consil.* 12. *n.* 5. *lib.* 6. Potest igitur prorogari ejus jurisdictio, quemadmodum, & ordinaria.

1165 Ego verò pro concordia limitarem hanc ampliationem, ut tunc procedat, cum delegatio fit ad universitatem causarum, & personarum, vel ad universitatem personarum, etiamsi sit limitata ad unum genus causarum, ut succedit in delegatione facta ad administrationem gabellarum, quæ expediri solet in consilio Regii patrimonii Hispaniarum, *in qua nulla est limitatio* quoad personas, etiamsi sit limitatio ad genus causarum ad gabellas pertinentium, & in ejusmodi aliis, secus esset, si limitaretur delegatio quoad certas personas, ut si expediretur commissio ad causas vertentes inter Titium, & Sempronium: nam tunc cùm detur jurisdictio limitata ad illas personas tantùm, non poterit prorogari ab extraneis, idque dumtaxat probant rationes adductæ pro contraria sententia à Doctoribus eam amplectentibus.

1166 Amplia sextò, ut etiam jurisdictio competens ex jure speciali, vel ex privilegio, possit prorogari. Ita sentiunt Marianus *in d. cap. significasti, n.* 23. *de foro compet.* Sebastianus Sapia *in d. l.* 1. *n.* 28. Barbo-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

bosa *art.* 1. *n.* 197. *ff. de judiciis*, Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *n.* 9. & videtur probari *ex l.* 1. *C. de jurisdict. omn. judic.*

1167 Contrariam tamen sententiam, videlicet jurisdictionem speciali jure, vel ex privilegio competentem, prorogari non posse tuentur Antonius de Butrio *in d. cap. P. & G. n.* 19. *circa finem, vers. Prædicta sunt vera*, Imola ibi, *n.* 65. Panormitanus *in cap. excommunicatis* 9. *n.* 5. *in fine, de offic. leg.* Romanus *singular.* 49. Hippolytus de Marsiliis *in repetit. l. extra territorium, ultima, n.* 195. *cum seqq. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Felinus *in cap. cæterum, n.* 1. *de judiciis*, Maranta *in Praxi*, 4. *p. d. dist.* 12. *n.* 10. Hujus sententiæ fundamenta refert Barbosa *d. art.* 1. *n.* 197. & illis bene satisfacit *ex n.* 198. & resolutio vera hujus difficultatis colligenda est ex iis, quæ in sequenti ampliatione latius dicenda, & explicanda sunt.

1168 Amplia septimò, ut possit etiam prorogari jurisdictio concessa ad certam speciem, & qualitatem causarum; nam si deputetur Judex ad certam speciem, & qualitatem causarum, ex prorogatione partium, seu litigatorum poterit de aliis causis diversæ qualitatis cognoscere. Ita sentiunt Paulus Castrensis *in l. testament. omnia* 18. *n.* 5. & inclinat Jaso ibi, *n.* 1. Fulgosius *n.* 2. *C. de testam.* Sapia *in l.* 1. *n.* 2. Ludovicus Burgesius *n.* 156. *ff. de judiciis*, Isernia *de constitut. statuimus, propè finem, vers. Sed nunquid, & §. sed verius est*, quem sequitur ibidem Afflictis, *n.* 43. Cabedus *decis.* 22. *n.* 5. & ante eos idem docuit Glossa prima, juncto textu *in l. si per errorem* 15. *ff. de jurisd. omn. Judic.* quatenus probat, cessante errore posse causas civium judicari à Prætore peregrino, & Glossa *in verbo, Jurisdictionem, in fine, in d. l.* 1. *ff. de judiciis*, Glossa item secunda *in l.* 1. *C. de pedan. judic.* idem Paulus *in l. ultima, n.* 10. & ibi Cagnolus *n.* 46. *ff. de jurisdict. omn. Judic.* atque iterum idem Paulus *consil.* 2. *n.* 3. *ad finem, p.* 2. & Afflictis *decis.* 27. *n.* 3. ubi agit de prorogatione per reconventionem. Fundamentum hujus sententiæ desumitur *ex l.* 1. *C. de jurisdict. omn. Judic.* ubi Procurator fisci, qui jurisdictionem habet limitatam cognoscendi de causis inter fiscum, & privatos, *l.* 1. *C. si adversus fiscum*, & eadem ratione inter privatos competens Judex esse non potest, *l.* 1. *C. de pedan. Judic. & d. l.* 1. *C. de jurisd. omn. Judic.* tamen de consensu litigatorum est etiam competens Judex inter privatos, quod notavit Surdus *cons.* 280. *n.* 17. *volum.* 2. Ergo jurisdictio limitata ad causas certæ qualitatis potest prorogari ad causas diversæ qualitatis.

1169 Verùm hæc ampliatio multum controversa est, multumque perplexa, & ambigua. Nam contrariam sententiam, quin potius jurisdictionem limitatam ad certam speciem, & qualitatem causarum prorogari non posse ad causas diversæ qualitatis, atque ideò si statuto concessa sit alicui jurisdictio cognoscendi de causis mercaturæ, aut mercatorum, non posse eundem etiam de consensu litigatorum cognoscere de causis, quę non sint mercaturę, aut mercatorum, amplexi sunt per plures. Inter quos Cinus *in d. l.* 1. *n.* 2. *in fine, C. de jurisdict. omn. Judic.* subscribit Baldus *in d. l. testamenta omnia* 18. *n.* 4. Fulgosius *n.* 2. Alex. *n.* 2. Jaso *n.* 1. *C. de testam.* Hippolytus de Marsiliis *in repetit. l. extra territorium, ultima, n.* 197. *ff. de jurisdict. omn. Judic.* idem Jaso *in d. l. si per errorem* 15. *n.* 4. *& seqq. ff. eod. tit.* idem Baldus *in cap. de causis* 4. *n.* 48. *de offic. & potestat. Judic. delegat.* Panormitan. *in d. cap. P. & G. n.* 15. Imola *n.* 86. 87. *& 88. cum seqq.* Felinus *n.* 12. *eod. tit.* idem Panormitan. *in d. cap. significasti, n.* 16. Marianus *n.* 29. *& n.* 30. *vers. Tertiò quæritur, de foro competent.* Romanus *cons.* 132. *n.* 2. Natta *cons.* 82. *n.* 7. *& 8. tom.* 1. Valascus *consult.* 27. *n.* 5. Gamma *decis.* 219. Capicius *decis.* 9. *n.* 16. Maranta *in Praxi*, 4. *p. dist.* 6. *n.* 33. *qui ex n.* 28. optimè disputat, & resolvit difficultatem, Didacus Perez *in l.* 1. *gloss.* 1. *tit.* 5. *lib.* 3. *ordinamenti, vers. Item quartò fit prorogatio, col.* 887. qui bene loquitur, Gutierrez *de juramento confirmat.* 3. *p. cap.* 5. *n.* 20. *in fine*, Caldas Pereira *in l. si curatorem, in princip. n.* 20. *C. de in integr. restit. minor.* Vantius *tract. de nullitatibus, tit.* 9. *de nullitate ex defectu jurisdictionis, & unde, &c. n.* 51. *&* 52. Antoninus de Amato *variar. resolutionum, resol.* 33.

n.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

n. 16. *in fine*, & est proculdubio communior sententia. Fundamentum ejus desumitur ex eo, quod dicebam *supra n.* 973. quòd prorogatio semper censetur fieri cum eisdem conditionibus, & qualitatibus. Nam quod prorogatur debet præexistere, & prorogatum cum prorogato est ejusdem naturæ; quare Judex ex prorogatione debet habere in prorogantes eandemmet jurisdictionem in specie, & qualitate, quam exercet in subditos: alioquin prorogantium consensus tribueret Judici novam jurisdictionem, quam non haberet, contra regulam, *l. privatorum consensus* 3. *C. de jurisdict. omn. Judic.* in quam rem legi potest Panormit. *in cap. at si Clerici, in princ. n.* 19. *&* 21. *de judiciis.*

1170 Nodus iste non habet facilem dissolutionem. Pro qua tamen, & istarum sententiarum concordia, & explicatione, primò dicendum est, jurisdictionem unius speciei non posse prorogari ad diversam speciem, ut merum imperium ad mixtum, aut jurisdictionem simplicem, neque è contra. Quare jurisdictio criminalis non extenditur ad causas civiles, neque civiles ad criminales ex litigatorum consensu; neque jurisdictio spiritualis ad causas temporales, aut temporales ad spirituales. Ita sentiunt unanimi consensu Doctores relati pro prima, & secunda sententia, & præter prædictos Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 3. Barbosa *in d. art.* 1. *n.* 115. *& seqq. & n.* 142. *cum seqq.* & colligitur apertè ex fundamento prædictæ secundæ sententiæ, relato numero præcedenti. Probaturque ex textu *in l. solemus* 61. *§. latrunculator, ff. de judiciis.*

1171 Secundò, dicendum est, jurisdictionem limitatam ad causas certè quantitatis ex consensu partium posse prorogari ad causas majoris quantitatis. Ita probat textus expressus *in l. de qua re* 74. *§. Judex, ff. de judiciis, & in l. inter convenientes* 28. *ff. ad municip. & incol.* Quantitas enim major, aut minor, non facit causas specie diversas, sed accidentalem solum diversitatem inducit, & quæ differunt secundum magis, & minus genere non differunt, *l. ultim. ff. de fundo instructo.* Hanc sententiam amplectuntur Baldus *in l. si qui ex consensu* 8. *n.* 8. *C. de Episcop. audient.* Salicetus *in l. certa ratione* 5. *n.* 2. *C. quando provocar. non est necesse*, Paulus *in d. l. de qua re*, §. 1. idem videtur sentire Jaso *in d. l. testam. omnia* 18. *n.* 1. *C. de testament.* & Riccius *ad eum locum ad n.* 2. Vivius *decis.* 126. *n.* 4. Panormitan. *in d. cap. P. & G. n.* 12. *de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, de foro compet. n.* 29. Felin. *in cap. cæterum, n.* 2. *vers. Tertiò limita, de judiciis*, Guido Papę *decis.* 285. *n.* 1. Marant. *in Praxi*, 4. *p. dist.* 6. *n.* 33. Aviles *post cap. Prætorum, in forma secretæ sindicationis, interrogat.* 49. *verb. Condenar. n.* 13. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 1. *n.* 122. *ff. de judiciis*, Paz *in Praxi*, 1. *tom.* 6. *p. cap.* 13. *n.* 16. *in fine*, tametsi statim *n.* 16. videatur recedere, dum refert contrariam sententiam, & nihil resolvit. Et ob eandem rationem jurisdictio Judicis, qui non potest cognoscere, nisi ultra certam summam, poterit ex partium consensu prorogari ad causas minoris summæ, & Judex prorogationis vi, de illis cognoscere, ut in specie adnotarunt Baldus, & Marianus nuper relati.

1172 Contrariam tamen sententiam, videlicet jurisdictionem limitatam ad certam quantitatem, non posse extendi ad causas majoris quantitatis sequuti sunt idem Baldus sibi contrarius *in d. l. certa ratione* 5. *n.* 4. *C. quando provocar. non est necess.* cujus sententiam videtur approbare Roman. *cons.* 132. *n.* 2. commedat Gregor. Lopez *in l.* 47. *tit.* 18. *part.* 3. *glos.* 1. & non improbat Jaso *ubi supra*, sed eam securè tradunt Hispani, Mesia *ad leg. Toleti*, 1. *p. fundament.* 10. *n.* 39. Gutierrez *de juram. confirm.* 3. *p. cap.* 5. *n.* 20. *& lib.* 3. *pract. car. quæst.* 25. *n.* 11. Azevedus *in l.* 7. *n.* 25. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop. & in additionibus ad Curiam Pisanam, lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 31. Bobadilla *lib.* 3. *Polit. cap.* 8. *n.* 193. *&* 224. Hevia Bolaño *in Curia Philippica*, 5. *p.* §. 6. *n.* 1. Ignatius Villar *in silva responsorum, respons.* 15. *q.* 8. *ex n.* 1. *& per totam*, Narbona *in* 3. *p. Recopil. in l.* 18. *n.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recop.* Fundamentum Baldi est, quia cùm lex ad plura procedit, distinguendo potentias, & statuendo, ut unus Judex non ha-

habeat jurisdictionem, nisi intra certam *summam, & ab inde supra pertineat* ad alterum cognitio, quod uni assignatur, denegatur alteri, *l. quod in rerum* 24. *§. si quis, ff. de legat.* 1. Quæ ratio denagati, & concessi facit, ut jurisdictio prorogari non possit, quod enim facit Judex ultra id, quod lex concedit, lege prohibente facere videtur, argumento *l. qui aliena* 33. *§. libertos, ff. de negot. gestis*, id enim provenit ex natura limitationibus, ut *in l. Dominus* 64. *§. per fideicommissum*, & ibi glossa *schol. ultimo in fine*, & in eleganti textu *in l. ex facto* 43. *§. item quæro, ff. de vulg. & pupil. substit.*

1173 Sed non est recedendum à prædicta priori sententia, quæ verior, & communior est, & habet firmissima fundamenta. Argumentum verò Baldi, quo secundam sententiam probat, facilè solvitur ex doctrina Saliceti relati pro priori, si dicamus, convenire Judicem, qui habet limitatam jurisdictionem, ad certam summam, ex natura, & vi jurisdictionis suæ, non posse cognoscere de majori summa, verùm non inde colligitur, non posse etiam ex vi prorogationis, quæ nisi specialiter denegetur, & inhibeantur expressè litigantes prorogare, non censetur prohibita. Cui solutioni acquiescit Barbosa *d. art.* 1. *n.* 122. & ego dixi *supra, sect.* 2. *n.* 1100. diversum quid esse, jurisdictionem à superiore non tribui, & prorogationem inhiberi, in qua mixtim ex litigatorum voluntate, & assistentia juris, *provenit jurisdictionis usus. Quod verò* expendit Baldus de vi limitationis, paulo post explicabitur commodiore loco, & plenius toti difficultati satisfiet ex *n.* 1181. & propriè ex *n.* 1184.

1174 Neque verò ideò reprehendendi sunt Doctores Hispani ei sententiæ adhærentes. Quorum multi, tametsi agnoscant regulariter admittendam esse prorogationem de causis minoris summæ ad causas majoris, eam tamen doctrinam limitant jure optimo in speciali casu, *l.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *Recopil.* in cujus explicatione versantur. Concedit lex illa jurisdictionem Capitulis, seu Conciliis Civitatum, & Villarum Regni, ut possint in gradu appellationis cognoscere de causis civilibus, quæ non excedant summam decem mille maravedinorum, devolutis ad ipsa Concilia, per appellationem interpositam à Judicibus ordinariis earundem Civitatum, aut Villarum. Quæ Concilia eligunt duos ex Decurionibus, qui simul cum eodem Judice ordinario, qui sententiam tulit, procedant ad revidendam sententiam, statuiturque ne ejusmodi appellationes interponi possint ad superiora tribunalia. Hæc lex immutata est *ex l.* 18. *eod. tit. & lib. in C. additionum*, in qua summa decem mille maravedinorum extensa est ad quantitatem viginti mille maravedinorum. Quæ lex desumpta est, *ex cap.* 65. Curiarum Matritensium, cæptarum anno 1592. finitarum anno 1594. publicatorum anno 1604. *ad petitionem* 65. Sed salva Compilatoris reverentia (ut id etiam animadvertam) diversissimum sensum habet lex compilata à capite, ex quo sumpta est. Supplicatum enim fuit Regi, ut in causis viginti mille maravedinorum liceret appellationem interponere ad Concilia Decurionum, respondit, *fiat ut petitur*. Qua decretatione attenta, licebat appellationem interponere ad Concilia, sed non erat sublata facultas appellandi ad suprema tribunalia in illis causis viginti mille maravedinorum, quemadmodum per *d. l.* 7. sublata erat facultas appellandi ad suprema tribunalia in causis decem mille maravedinorum, & aliarum infra eam summam. Verùm attenta lege compilata, in qua relata *d. l.* 7. *decernitur: Ordenamos, que la dicha quantia sea de veinte mil maravedis*, manet subjecta summa viginti mille maravedinorum eidem legi, quæ lata erat super summa decem mille maravedinorum; ac per consequens, quemadmodum in causis illius quantitatis, & infra eam summam, non poterat appellari ad Regia tribunalia, ita modo in causis viginti mille maravedinorum, & infra. Quæ diversitas est notabilis, & effectus ejus maximè damnosus: cumque non constet Compilatori datam esse à Rege facultatem variandi, & mutandi, aut alterandi statuta, sed solùm compilandi, crederem standum esse potius Capitulo Curiarum, & ejus tenori,

quàm tenori legis compilatæ,& tametsi liceret, juxta prædictum *cap.* 65. in causis viginti mille maravedinorum appellare ad Concilia, non esse tamen sublatam facultatem appellandi ad Chancellarias, & Regia tribunalia. Sed jam cessat hæc difficultas, nam supervenit regium rescriptum Regis Philippi III. D.N. impetratum à Regno, expeditum 28. Junii die anni 1619. quo velut universali lege extensa est quantitas viginti mille maravedinorum, contenta *in d. cap. Curiarum, & d. l.* 18. compilata, ad quantitatem triginta mille maravedinorum, & cautum juxta prædictam *l.* 7. ut non solùm Concilia Decurionum cognoscant de causis ejus quantitatis, & infra eam summam; verùmetiam, ne in illis admittatur appellatio ad Regia tribunalia, quibus præcipitur, ne in eas causas se intromittant, & ab earum cognitione deinceps inhibentur, & statuitur, ut illæ ad prædicta Concilia omnino remittantur.

1175 Quibus legibus attentis tractant Doctores Hispani, an possit prorogari jurisdictio Conciliarum ad causas majoris summæ, & respondent, non posse prorogationem locum habere, idque jure optimo. Rationem reddunt, quoniam in causis appellationis non admittitur prorogatio, cujus vim inferius examinabimus *n.* 1226. Verùm quidquid sit, quod ad propositum attinet ex eo redditur firma, quoniam regula est, attento jure Castellæ neminem posse cognoscere de causis quibuslibet in gradu appellationis, etiam de partium consensu, nisi suprema tribunalia, *l.* 20. *tit.* 4. *l.* 12. *tit.* 5. *lib.* 2. *Rec.* non enim est liberum litigatoribus, facere ad libitum Judices superiores eos, qui non sunt superiores iis, à quibus appellatum est, ut docet Bart. *in auth. & consequenter, n.* 15. C. *de sent. & interlocut. omn. judicum.* Non potest autem de appellatione cognoscere, nisi ille, qui sit superior Judicis, à quo appellatum est, *cap.* 2. *de consuetud. in sexto, cap. Romana* 3. *in princ. de appellation. eod. lib.* 6. quamvis consensu suo possint quemlibet Judicem appropriare sibi, *d. l. si convenerit, ff. de jurisdict. omn. jud. d. l.* 1. *ff. de judiciis*, alioqui jus publicum, quod in ea re maximè versatur, privatorum voluntati subderetur, quod permittendum non est, *d. l. privatorum, C. de jurisdict. omn. judic.* Ab hac autem regula dumtaxat excipiuntur causæ minoris summæ, in quibus à lege defertur jurisdictio Conciliis Decurionum, dum ad ea appellatur à litigatoribus, in cæteris autem manet firma regula, ut ad ea non possint litigatores via appellationis adire, appellatio enim esset nulla. Appellatione autem irrita, quæ medium est, & via adquirendi jurisdictionem, jurisdictio quæri non poterit, quia ubi removetur medium, quo finis adquiritur, finis non obtinetur, *l. huic scripturæ* 15. *ff. ad l. Aquil. l. qui libertinus* 37. *§. posthumo, ff. de operis libert.* notat Baldus *in l. benignius* 17. *n.* 7. *ff. de legibus.* Cùm igitur illegitima appellatio non devolvat causam ad superiores, etiamsi accedat partium consensus, ut notant Avend. *de exequend. mandat.* 1. *p. cap.* 1. *n.* 32. *vers. Duodecima causa*, & Gutierrez *de juament. confirmat.* 3. *p. cap.* 5. *n.* 20. *post medium*, & Judex appellationis nullam jurisdictionem habeat, nisi per devolutionem, ut docet Baldus *in d. authent. & consequenter, n.* 12. neque possit cognoscere, nisi de eo, de quo cognovit Judex, à quo in prima instantia, ut docet Bartolus communiter receptus *in l.* 1. *n.* 3. *C. si adversus libertat.* Baldus *in l. per hanc* 4. *n.* 18. per textum ibi, *C. de tempor. & reparat. appellat.* Afflictis *decis.* 53. *n.* 2. Dueñas *reg.* 48. *limitat.* 2. Maranta *in praxi, p.* 4. *dist.* 6. *n.* 25. Puteus *decis.* 180. *n.* 2. *& 3. lib.* 2. Pistor *quæst. juris, lib.* 4. *q.* 23. *ex n.* 17. Hippolytus de Marsiliis *singular.* 240. (Surdus *consil.* 266. *n.* 11. *vol.* 2. Barbosa *in l. si de vi* 17. *n.* 454. & 457. *ff. de judiciis*, Giurba *decis.* 30. *n.* 12.) Ignatius Villar *in silva, respons.* 15. *d. q.* 8. *n.* 19. *in fine*, fit, ut in casu *d. l.* 7. non possit habere locum prorogatio. Quia si in prima instantia facta est prorogatio ad majorem quantitatem per appelationem ad Concilia Decuriorum, utpotè illegitimam, causa non devolvitur; si verò est facta in secunda instantia, & in prima non erat facta, Judices appellationis non possunt cognoscere, utpotè de causa per appellationem devoluta.

Ter-

1176 Tertiò dicendum est, jurisdictionem limitatam ad causas certæ qualitatis; cùm qualitas est ejus naturæ, ut requirat in causa specialem modum procedendi diversum à modo procedendi in aliis causis, non posse extendi, & prorogari ad causas diversæ qualitatis, in quibus ordo judicandi,& procedi immutatus est. Exemplum hujus conclusionis appositissimum desumitur ex doctrina Cini, & aliorum, quos retuli *supra, n.* 1169. ut si statuto constituatur aliquis Judex mercatorum, ad cognoscendum de causis mercaturæ, istius jurisdictio non possit prorogari ad causas non attinentes ad mercaturam. Nam qualitas illa causarum ad mercaturam attinentium, desiderat diversum modum procedendi in illis, ac in cæteris causis servari solet. In causis enim mercatorum respicientibus mercaturam, & eorum Curia, proceditur ex bono, & æquo,& non ex rigore, neque ex apicibus juris,& non attenduntur solemnitates, sed sola facti veritas inspicitur, ut tradit Bart. *in l. si fidejussor* 29. *§. quædam, n.* 2. *& in l. Quintus Mutius* 48. *ff. de mandat.* Jaso *in l.* 2. *§. item si in facto, n.* 17. *ff. de verbor. obligat.* Angel. Aretin. *in §. item si quis in fraudem, n.* 21. *instit. de action.* Neguſant. *de pignorib.* 8. *p. memb.* 1. *n.* 29. Mantica *de tacit. & ambig. convention. lib.* 16. *tit.* 16. *n.* 3. Marc. Anton. Eugen. *consil.* 89. *n.* 25. *&* 26. *lib.* 1. Boerius *decis.* 221. *n.* 14. Benuetus Stracca *tract. de mercatura* 3. *particul. ultimæ partis principalis, quomodo in caus. Mercat. sit procedend. Rub. de except. n.* 5. *&* 6. *&* 14. *cum seqq.* Cacher. *decis.* 2. *n.* 2. Maranta *consil.* 57. *n.* 1. *& in praxi* 4. *p. distinct.* 9. *ex n.* 48. Cùm tamen in aliis causis pertinentibus ad eandem speciem jurisdictionis simplicis, quæ sunt diversæ qualitatis regulariter attendantur solemnitates juris,& ejus rigor sit servandus, *l. Judices* 9. *C. de judiciis, l.* 1. *C. de excus. rei judic.* Hanc conclusionem amplectitur Barbos. *in d. l.* 1. *art.* 1. *ex num.* 126. *ff. de judiciis.* Probaturque primò, quoniam etiamsi accidentalis qualitas non mutet speciem, neque inducat diversitatem in natura, ut notat Bart. *in d. l. denunciasse* 17. *§. quid tamen, n.* 5. *ff. ad l. Jul. de adulteriis,* cùm verò qualitas causæ est ejusmodi, ut habeat annexum diversum modum procedendi,& definiendi, proculdubio alterat, & mutat naturam causæ in genere moris, & constituit diversam speciem moralem. Causa enim istius qualitatis jure censebitur diversa specie ab altera, quæ similem qualitatem non habeat, & in qua diverso modo procedendum sit, ut planè significat Bald. *in l. hæredes palam* 21. *§. sed & si notam, n.* 4. *ff. de testam.* & rectè alio in proposito animadvertit Suarez *in tertiam part. D. Thom. tom.* 3. *disput.* 2. *sect.* 4. *§. ut verò distinguamus,* ubi qualitates, quæ immutant res in ordine ad usum humanum, etiamsi non inducant varietatem in specie physica, & naturali, notat causare diversitatem specificam moralem. Et notum est circunstantias, quæ accidentia sunt actus humani, & non mutant speciem naturalem actus, inducere diversitatem specificam in genere moris, ut docent Theologi Thomistæ post D. Thom. 1. 2. *q.* 7. *art.* 1. *& q.* 18. *art.* 3. *&* 5. *&* 10. prosequitur Gabriel Vazquez *tom.* 1. *disput.* 53. 54. *&* 55. *per totas, & disput.* 56. *cap.* 2. Francisc. Suar. *ad primam secundæ D. Thom. tract.* 3. *disput.* 7. *sect.* 8. *n.* 9. *&* 10. Ex quo receptum est, ejusmodi qualitatem advenientem rei, ita illam afficere, ut ipsam reponat in diversa specie, notat Hippol. de Marsil. *singular.* 520. *qualitas adveniens,* Natta *consil.* 139. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 1. (*& cons.* 555. *n.* 9. *tom.* 3.) & deducitur ex doctrina Bart. *in l. jus civile, ff. de just. & jure,* & ex textu *in l. si cui lana* 70. *in princ. & in l. hæres meus* 100. *§. duæ statuæ, ff. de legat.* 3. *& in cap. licet canon* 14. *juncto cap. statutum* 22. *de elect. in sexto.* Eodem tendit, quod Alciatus docet *lib.* 6. *parergon cap.* 17. judicium non esse idem, sed diversum, si cùm prius ordinariè ageretur, post agatur summariè, & rectè notat Dec. *in l. unica in* 1. *lect. n.* 13. *&* 14. *& in* 2. *lect. n.* 46. *C. de sent. quæ pro eo, quod interest,* quidquid sit apud Dialecticos, apud Legistas tamen ex parva,& levi differentia, species constitui secundum quod jura loquuntur, licet in quidditate, & essentia non videantur differre. Succedit igitur conclusio,

de qua *ſupra, n.* 1170. ut ſi cauſæ iſtæ ſpecie diverſæ ſunt, non poſsit ex juriſdictione unius ad alteram fieri prorogatio, quia videretur facta ad actum novum, qui virtute juriſdictionis præexiſtentis non poſſet expediri, in quo caſu prorogatio deneganda eſt, juxta doctrinam Gloſſæ, & Doctorum, quos copiosè retuli *ſupra, n.* 973.

1177 Confirmatur, quoniam tametſi cauſæ civiles videantur pertinere ad idem genus ſubalternum, ſub eo autem continentur diverſa inferiorum genera, ſeu ſpecies infimæ, quæ ſecum invicem comparatæ diverſæ item ſunt. Quam doctrinam ex Bartoli, & Baldi traditionibus rectè expendit, & exornat Barboſa *d. art.* 1. *ex n.* 136. Cauſæ autem mercaturæ, etiamſi comprehendantur ſub genere civilium, multum differunt ab aliis civilibus cauſis, ut modo diximus. Ergò juriſdictio limitata ad eas, non poteſt prorogari ad alias, cùm ob eandem rationem non poſsit prorogari juriſdictio ex una ſpecie ad aliam, qua non poteſt prorogari de uno genere ad aliud.

1178 Quartò dicendum eſt, reliquam eſſe, quoad hoc attinet maximam difficultatem, cùm juriſdictio alicui Judici conceſſa eſt, limitatè ad certum genus cauſarum, quæ neque ſpecie differunt ab aliis cauſis, ſi juriſdictionem ipſam ſpectes, neque in eis ſervatur diverſus procedendi modus, quia certa earum qualitas id non egit, exempli gratia, ſi deſignaretur Judex ad cauſas pupillorum, & viduarum, vel ad cauſas peregrinorum, vel mercatorum, vel ad cauſas mutui, vel matrimoniales, aut beneficiales, an poſsit ejus juriſdictio prorogari ad cauſas diverſæ materiæ, non obſtante limitatione juriſdictionis. Oportet autem diſtinguere tres caſus: primus, cùm juriſdictio limitatur quoad certum genus perſonarum, non quoad genus cauſarum. Exempli gratia, in hac Civitate Neapolitana Curia Admiratiæ habet juriſdictionem quoad omnes cauſas, tàm civiles, quàm criminales, inter perſonas viventes de arte maris, ſed non poteſt in cauſis aliorum juriſdictionem exercere. Similiter Curia artis ſerici in omnes officiales, & mercatores artis ſerici matriculatos. Curia artis lanæ in perſonas viventes de arte lanæ. Curia Raguſeorum in omnes cauſas Raguſeorum. Curia Catalanorum in omnes cauſas Catalanorum, & ſic de cæteris. Et Rector ſcholarium Academiæ Complutenſis in Hiſpania, aut Scholaſticus Salmaticenſis, habent juriſdictionem in omnes cauſas ſcholaſticorum, juxta dicta *ſupra, q.* 8. *n.* 498. Et antiquo jure Prætor peregrinorum cognoſcebat de omnibus cauſis peregrinorum, *l.* 2. *§. poſt aliquot deinde annos, ff. de orig. jur.* notat Feneſtella *de Magiſtrat.* Roman. *cap.* 19. Pompon. Letus *de Magiſtrat.* Roman. *tit. de Prætoribus*, Claudius Prævocius *comment. de Magiſtrat.* Roman. *cap.* 7. Calvinus *in libello de Magiſtratib.* Roman. *verb. Prætor peregrinus*, Roſinus *de antiquit.* Roman. *lib.* 7. *cap.* 11. Secundus caſus, cùm juriſdictio eſt limitata ad certum genus cauſarum, non ad perſonas, ut ſi deſignaretur Judex ad cauſas matrimoniales, aut ad cauſas reſtitutionis in integrum, aut ad cauſas publicationis teſtamenti, ut *in l. teſtamenta omnia* 18. *de teſtament.* aut ad inſinuationem donationum, ut *in l. in hac* 30. *l. ſecundum* 32. *C. de donationibus*, & in Hiſpania conceditur juriſdictio delegatis adminiſtratoribus gabellarum ad cauſas gabellarum inter quaſcumque perſonas. Et Procuratori Cæſaris eſt conceſſa juriſdictio ad cauſas fiſcales indiſtinctè, nulla excepta perſonarum conditione, *l.* 1. *&* 2. *l. ad fiſcum* 5. *C. ubi cauſæ fiſcales, l.* 2. *C. ſi adverſus fiſcum.* Tertius caſus eſt, cùm juriſdictio limitatur ad certum genus perſonarum, & cauſarum, ut conceſſa erat antiquo jure illis, qui præerant Collegio profeſsionis, aut negotiationis alicujus ad cauſas illius negotiationis, & perſonas illius Collegii, *l. per iniquum ultima, C. de juriſdict. omn. judic.*

1179 In omnibus autem iſtis caſibus occurrit duplex difficultas circa prorogationem, altera ad factum, altera ad jus ſpectans. Quæ ad factum eſt, an juriſdictionem concedens limitatam, prorogationem inhibuerit, eoque fine limitatum uſum juriſdictionis conceſſerit, ut ſubditos prorogare prohiberet. Duobus autem modis prorogatio-

tionis effectus potest impediri à superiore jurisdictionem certam dante. Primò si subditos ipsos prorogare vetet, *juxta d.l.* 2. §. *si & Judex, ff. de judiciis*, & superius *n.* 1121. diximus in Regnis Castellæ, Portugalliæ, Navarræ, & Galliæ, inhibitam esse laicis prorogationem in Judices Ecclesiasticos. Secundò, si ipsos Judices prorogatos jurisdictione prorogata uti prohibeat, jubens ne in talibus, vel talibus causis se intromittant, sed eas statim remittant ad Judices competentes. Utroque modo impeditur prorogationis effectus, sed hoc interest inter unum, & alterum, quòd primo modo prorogatio ipso jure impeditur, impedito ejus ortu, & nativitate: secundo modo non impeditur ipso jure, quoniam non impeditur origo, & nativitas, sed dumtaxat effectus, nam Judex prohibetur uti jurisdictione prorogata. Atque ita etiamsi daremus processum factum coram prorogato valere, dum à Judice competente non est inhibitus, potest tamen Judex prorogatus, à superiore, vel altero competente, ad quem ex destinatione Principis causa spectat, inhiberi, & requiri, ut eam remittat. Discrimen verò ex eo colligitur, quòd prorogatione impedita secundo modo, cùm verba legis, vel rescripti non dirigantur ad inferiores prorogantes, sed ad ipsum Judem, in quem consentitur, cui injungitur ne de illis causis judicet, ad quas alter Judex destinatus est, prohibitio non afficit prorogantes, sed Judicem ipsum prorogatum.

1180 Hæc autem inhibitio ad Judices relata, duobus item modis fieri potest. Primò, ita ut favore judicis, cui Jurisdictio conceditur, cæteri Judices circa causas isti commissas, & concessas inhibeantur, ut cum conceditur jurisdictio alicui, cum clausula abdicativa, & decreti irritantis, exempli causa, si diceretur, de talibus causis tu solus cognoscas, & nullus alius in eadem se intromittat, aut possit intromittere, sed eas debeat ad te remittere, & quidquid aliter fiat, sit nullum, & irritum. Atque eo modo solet in hoc Regno concedi jurisdictio Baronibus, juxta *supr.* tradita *n.* 1100. Hujusmodi autem inhibitio semper censetur facta favore ejus, cui jurisdictio conceditur, magis quàm favore subditorum, nisi id aliis indiciis manifestetur, ut si jurisdictio ista privativa concederetur alicui, non ratione suæ personæ, sed ratione universitatis, cui præest, cui superior velit privilegium, & immunitatem concedere præposito illi certo Judice, ut contingit in Judicibus Monachorum, Scholasticorum, & Militum. Secundo modo fit inhibitio, non favore Judicis, sed magis subditorum, cùm adjicitur non ad privilegiandam, sed potius limitandam ejus jurisdictionem, ut respiciat magis favorem Judicum extraneorum, quibus reservantur causę exceptæ à jurisdictione ista, quæ limitatur. Exemplum sit, si diceretur, tu cognoscas de talibus causis, & in alias te non intromitas, sed eas remitte ad competentes, vel per modum legis generalis directæ ad aliquem Judicem, vel tribunal, prohibendo ne ille Judex, vel tribunal cognoscat de talibus causis, sed eas debeat ad alios Judices remittere, ut de jure Regni Neapolitani *in pragm.* 62. *cap.* 8. *cum seqq. & pragm.* 63. *de offic. Procur. Cæsar.* statuitur, ne tribunal Regiæ Cameræ Summariæ se intromittat in causas, in quibus fiscus non habet interesse, sed eas ad Sacrum Consil. remittat. Et de jure Castellæ statuitur *in l.* 10. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* ut omnes causæ litium inter partes remittantur ad Regia Auditoria; & in illas non se intromittat Regium Supremum Consilium. Et in eo rescripto Regio, cujus memini *supra*, *n.* 1174. cautum est ne Regia suprema tribunalia Castellæ se intromittant in causas quantitatis triginta mille maravedinorum, & infra eam summam, sed earum cognitionem omninò remittant ad Concilia Decurionum Civitatum, & Villarum Regni. Item *in l.* 32. *tit.* 5. *d. lib.* 2. *Recop.* inhibentur Regia Auditoria circa certas causas, quæ remitti jubentur ad Regium Supremum Consilium. Quæ à nemine video animadversa clarè, cùm prædictæ distinctiones sint necessariò diligenter attendendæ ad dijudicandum, an & quando prorogatio sit inhibita, aut admittenda, & quoties de ea re controversum fuerit, oporteat tùm ea omnia scrutari, tùm si-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſigillatim expendere verba, quibus juriſdictio conceſſa eſt,& cauſas ob quas eſt limitata.

1181 Secunda verò difficultas, quæ in judice conſiſtit, tribus concluſionibus enodanda eſt, quæ reſpondent tribus propoſitis caſibus. Prima concluſio, juriſdictio limitata quoad genus perſonarum, & non quoad genus cauſarum, capax eſt prorogationis cujuſvis ad alias cauſas, & ad alias perſonas. Hanc amplectitur Bart. *in d.l.* 1. *n.* 8. *ff. de judiciis*, dum ad explicandos caſus prorogationis, de quibus agitur in eadem lege prima, utitur exemplo juriſdictionis Doctoris, quam habet limitatam ad ſcholares ſuos, *Auth. habita, C. ne filius pro patre*, & tamen eam poſſe prorogari docet, in qua eadem ſententia fuit Panormit. *in cap.* 1. *n.* 37. *in fine, & n.* 38. *de mutuis petitionibus*, Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 1. *n.* 118. Et probatur primò ex textu *in d.l.* 1. *C. de juriſdict. omn. judic.* ubi juriſdictio Procuratoris Cæſaris, quæ limitata eſt quoad perſonas eorum, qui cum fiſco controverſiam habent, & non eſt limitata ad cauſas, permittitur prorogari. Secundò, quoniam ſi juriſdictio limitata quoad perſonas prorogationem non admitteret, nulla juriſdictio prorogari poſſet, quippè cùm omnis juriſdictio limitata ſit ad perſonas ſubditorum, ex traditis *in l. ultima, ff. de juriſdict. omn. judic. & in cap.* 2. *de conſtit. in ſexto.*

1182 Amplia tamen hanc concluſionem, ut juriſdictio limitata ad certum genus perſonarum, non ſolùm poſsit extendi, & prorogari ex conſenſu partium ad perſonas diverſas ejuſdem qualitatis ſub ea non comprehenſas; ſed etiam ad alias perſonas diverſæ qualitatis. Exemplum ſit, Judex Curiæ ſerici hujus civitatis Neapolitanæ, qui cognoſcit de cauſis mercatorum ſerici civium, poteſt cognoſcere de conſenſu partium inter mercatores ſerici. Averſanos, aut Sulmonenſes, vel Bruduſinos; atque item de conſenſu poterit cognoſcere de cauſis eorum, qui non ſint matriculati in arte ſerici, ut inter mercatores ārtis lanæ, vel alios, etiam non mercatores. Item ſi quis eſſet Judex cauſarum pupillorum, aut viduarum, poſſet cognoſcere de cauſis aliarum perſonarum, quæ neque ſint viduæ, neque pupilli, ſi in eum conſentirent. Hæc ampliatio quoad primam partem, nullam patitur difficultatem, & eam tradit Imola *in d. cap. P. & G. n.* 88. *de offic. delegat.* & eum ſequutus Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 1. *n.* 145. *ff. de judiciis*, quæ manifeſtè probatur ex ſecunda ratione adducta pro prædicta prima concluſione. Quoad ſecundam verò partem, eam amplectuntur Cabedus *d. deciſ.* 22. *n.* 5. 1. *p.* & idem Barboſa *d. art.* 1. *n.* 151. & deſumitur ex Bartolo, & Panormitano, relatis *num. præced.*

1183 Sed contrariam ſententiam huic ampliationi quoad ſecundam partem, quinimò juriſdictionem Judicis limitatam ad certum genus perſonarum, ut ad cauſas mercatorum, pupillorum, & viduarum, non poſſe prorogari de conſenſu partium ad perſonas diverſæ qualitatis, videlicèt ad cauſas eorum, qui non ſint mercatores, pupilli, aut viduæ, tuentur Baldus *in cap. de cauſis* 4. *n.* 48. *& in d. cap. P. & G.* 40. *n.* 10. *de offic. & poteſt. judic. deleg.* Felinus ibi *n.* 12. Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 30. *verſ. Tertiò probatur, de foro compet.* Vantius *de nullit. tit. de nullitat. ex defectu juriſdict. ordinar. ex n.* 51. *&* 52. Antonius de Matthæis *de prorog. juriſdict. n.* 5. *poſt medium, verſ. Item ſi eſt alterata reſpectu cauſarum.* Et probatur primò, quoniam cauſa limitata, limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin.* Ergò limitatio juriſdictionis à ſuperiore facta, eum effectum debet operari, ne poſsit Judex de aliis cauſis cognoſcerere, quàm de comprehenſis ſub juriſdictione limitata eidem conceſſa. Secundò, quia quando certa qualitas eſt fundamentum juriſdictionis, & cauſa dandi juriſdictionem alicui Judici, de illa qualitate debet ante omnia conſtare, ut Judex poſsit juriſdictionem ſuam exercere, *cap. cæterum* 5. *de judiciis, cap. ſi Clericus laicum* 5. *de foro compet.* Sed qualitas viduitatis, aut pupillaris ætatis, aut negotiationis mercaturæ, præſupponuntur ad hoc, ut quis ſit ſubjectus Judici viduarum, aut pupillorum, aut mercatorum. Ergo ille, cui iſtę qualita-

tes non insint, non potest subdi Judici illorũ.

1184 Nihilominus non est recedendum à secunda parte prædictæ ampliationis, quæ verisissima est, si jurisdictio etiam limitata spectetur quoad suam naturam, & essentiam. Neque obstant contraria argumenta, nam ad primum respondetur, limitationem concessionis jurisdictionis, eum effectum habere, ne Judex possit cognoscere ex vi jurisdictionis suæ, & adversus invitos, de aliis causis, quàm in concessione contentis: at ex vi prorogationis factæ de litigatorum consensu hæc jurisdictio limitata ad alias personas potest extendi: hæc enim extensio, nisi speciali inhibitione prohibita sit, communi jure conceditur, ut dixi *supra*, *n.* 1100. ex doctrina Salyceti, & aliorum, & *n.* 1173. Ad secundum, conceditur qualitatem, quæ est fundamentum jurisdictionis præsupponi; tunc verò qualitas illa subditorum est requisita, cùm Judex procedit adversus invitos: nam tunc procedit ex vi jurisdictionis sibi concessæ, cùm verò de consensu litigatorum, & ex vi prorogationis qualitas præsuppositа ex parte Judicis est jurisdictio præexistens, ex parte autem litigatorum consensus, quibus præsuppositis processus factus ex vi prorogationis sustinendus est, & alias qualitates non requirit.

1185 Prędictam verò primam conclusionem limitabis primò, ut procedat in casu quo jurisdictio limitata est ad certum genus personarum: secus esset si jurisdictio limitata sit ad certas singulares personas, nam hæc jurisdictio ad alias personas, non nominatas prorogari non potest. Ita sentit Cabedus *d. decis.* 22. *n.* 2. 1. *p.* & esse communem sententiam dixi *supra*, *n.* 1162. & 1165. loquens de prorogatione jurisdictionis delegatæ, quæ ideò ad diversas personas non extenditur, quia limitatè inter certas personas est concessa.

1186 Limita secundò, si in concessione jurisdictionis limitatæ ad causas unius generis personarum, adjiceretur clausula abdicativa, & decreti irritantis. Exempli gratia, si diceretur, talis Judex cognoscat de causis viduarum, & in alias causas, vel causas aliarum personarum non se intromittat, nec intromittere possit, sed eas remittat ad alios Judices competentes, & quidquid secus factum fuerit, sit nullum, irritum, & innane, tunc enim non habebit locum prorogatio. Hanc limitationem docent Bald. *in l. repetita* 39. *n.* 1. *C. de Episcop. & Cleric. & in l. cùm eorum* 5. *n.* 8. *C. de sent. & interloq. omn. judic. & in auth. habita n.* 58. *C. ne filius pro patre*, Paul. Castrensis *cons.* 2. *n.* 3. *in fine* 2. *p.* Ludov. Burgesius *in repet. l.* 1. *n.* 159. Barbosa ibi *art.* 1. *ex n.* 103. *ad* 107. *& art.* 4. *ex n.* 46. *ff. de judiciis*, Marianus Socinus *in d. cap. significasti*, *n.* 30. Gamma *decis.* 219. Et apertè probatur ex textu *in d. l. repetita*, *& in l. testamenta omnia* 18. *& in l. consulta* 23. *C. de testament. & in l. secundum* 32. *C. de donat.* constatque ex dictis *supra*, *n* 1100. nam ex istis clausulis manifestè colligitur, voluntatem superioris jurisdictionem concedentis esse, ne Judex ita creatus, utatur jurisdictione prorogata, etiamsi verba rescripti, vel statuti non dirigantur ad subditos, prohibendo ipsos prorogare. Idem enim est effectus, etiamsi diversus sit modus, de quo curandum non est, *l. mulier* 22. *in princ. ff. ad Trebell. l. cùm servus* 104. *ff. de verb. obligat. l. fideicommissa* 11. *§. si cui, ff. de legat.* 3. Tiraquell. *in l. si unquam, verb. Susceperit liberos*, *n.* 142. *C. de revoc. donat.* Raudensis *decis.* 4. *n.* 26. Sarmiento *de redditibus Ecclesiasticis* 1. *p. cap.* 2. *n.* 16. Menoch. *cons.* 35. *n.* 22. *lib.* 1. Hondedeus *consil.* 82. *n.* 1. *vol.* 2. Everard. *in locis legalibus, in loco ab æquipollentibus* 101. *n.* 8 *in fine*, Alex. *in l.* 1. *§. lex falcidia*, *n.* 9. *ff. ad l. falcid.* quid enim interest, an subditi prohibeantur prorogare, vel Judex uti jurisdictione prorogata?

1187 Limita terriò, si ex conjecturis aliis colligi possit, superiorem jurisdictionem concedentem, & creantem diversos Judices ad causas diversarum personarum dividentemque diversas jurisdictiones id feciisse (ut ferè semper fieri solet) ob favorem earundem personarum, quibus specialem Judicem concedit, & quoniam publicè interest jurisdictiones esse divisas, seorsim ad rectiorem Reipublicæ gubernationem, &

ne

ne cauſæ, & proceſſus confundantur, nam tunc ex conjectura mente ejuſdem colligitur, noluiſſe permittere prorogationem, ex qua omnia confunderentur, & ſic cenſendum eſt eo caſu prorogationem locum non habere. Hanc limitationem planè ſignificat Baldus *in d.cap. P. & G.* 40. *n.*10. *de offic. delegat.* dum negans locum eſſe prorogationi, ſi in juriſdictiones Judicum ſint taxatæ, & limitatæ, reddit rationem ne juriſdictiones, & proceſſus Judicum confundantur, & ita interpretandus eſt idem Baldus, & alii, quos refert Barboſa *in d.l.*1. *art.*1. *n.*155. *ff. de judiciis*, & Natta *conſ.*82. *n.*7. *&* 8. *libr.*1. Baldum ſequutus, & Regens Fulvius Conſtantius poſtea viſus *in l. unica, n.*78. *C. de claſsicis, lib.*11. & eadem ratione ego *ſupra, q.*8. *ſect.*9. *n.*702. notavi, non poſſe fiſcum prorogare juriſdictionem Judicum extraneorum. Ratio autem hujus limitationis eſt, quoniam planè prorogationis permiſsio eſſet contra finem à ſuperiore intentum, dum juriſdictiones diviſit, ſiquidem prorogatio efficit, ut Judex extendat juriſdictionem ſuam ultra metam, & taxam præſcriptam à Legislatore, & ſic, ut proceſſus, & cauſas alieni tribunalis tractet, quod eſt juriſdictiones diviſas confundere.

1188 Ex qua limitatione infertur in hac Civitate Neapolitana, ubi diviſæ ſunt Curiæ, & juriſdictiones, ut viventium de arte maris, de arte lanæ, de arte ſerici, &c. non eſſe admittendam prorogationem, ſi artifices, vel mercatores lanæ prorogarent juriſdictionem Conſulum, & Judicis artis ſerici, vel Curiæ Admiratiæ, neque permittuntur litigatores in cauſis, quæ ad fiſcum non pertinent prorogare juriſdictionem tribunalis Regiæ Cameræ Summariæ, & apud eam litigare, ſtante inhibitione facta *in pragm.*62. *&* 63. *de offic. Procur. Cæſar.* & clarius *in prag.*37. *de offic. Sac. Reg. Conſ.* ubi hęc eadem ratio exprimitur, ne inquam juris ordo confundatur. Quod tunc maximè locum habet, cùm Judices prorogati cognoſcunt de cauſis ex conſenſu partium, non opponentium exceptionem declinatoriam, ſed ſponte adeuntium extraneum forum, verùm inhiberentur à Judicibus legitimis, & competentibus requirentibus, ut cauſas ſuorum ſubditorum ad ſe remittant. Tunc enim proculdubiò cauſa remitti debet, & Judices prorogata juriſdictione utentes à ſuperioribus inhiberi, ne confuſioni cauſarum, & tribunalium detur locus, & ne item inferiorum prorogatio ſuperiorum juriſdictioni præjudicio ſit, quod eſſe non debet, juxta adnotata à me *ſupr. n.*808. *& n.*1059.

1189 Secundò ex prædictis limitationibus infertur conciliatio, & concordia diſſidentium ſententiarum, quas *ſupra* retuli, *n.*1168. & *n.*1169. atque item numeris proximè præcedentibus 1182. & 1183. quæ facta caſuum diſtinctione, juxta iſtas limitationes ad unum, & eundem ſenſum reducendæ ſunt.

1190 Secunda concluſio, juriſdictio limitata ad cauſas unius materiæ, ut mercantiles, matrimoniales, beneficiales, gabellarum, aut reſtitutionis, nulla tamen facta limitatione perſonarum ex ſe, & ex natura ſua ſpectata, poteſt prorogari ad cauſas diverſæ materiæ. Dixi, *ad cauſas diverſæ materiæ*, non ad cauſas diverſæ ſpeciei, quoniam indubitatum, & incontroverſum eſt apud omnes, ut ſuperius dixi, *n.*1170. juriſdictionem ad cauſas unius ſpeciei, non prorogari ad cauſas ſpecie diverſas; hoc enim magis eſſet juriſdictionem de novo dare, quod fieri non poteſt, *l. privatorum, C. de juriſd. omn. judic.* quam prorogare. Diverſæ autem materiæ cauſarum, non faciunt cauſas ſpecie diverſas, neque inducunt inter juriſdictiones diverſitatem ſpecificam, ſed ſolùm materialem, & accidentalem, ex quo fit, ut juriſdictio ex ſe, & ex natura ſua, poſsit ad alias cauſas extendi. Idque planè probat *d.l.*1. *C. de juriſdiction. omn. judic.* ubi Procuratoris Cæſaris juriſdictio ad ſolas cauſas fiſcales data conſenſu partium, poteſt prorogari ad cauſas non fiſcales. Hanc concluſionem amplectuntur Doctores à me relati *ſupra, n.*1168. pro illa ſeptima ampliatione, juxta iſtam concluſionem interpretandi. Quæ concluſio ex eo item confirmatur, quoniam juriſdictio etiam limitata ad certum genus cauſa-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sarum sine limitatione personarum, præsertim si est annexa alicui officio, aut à lege, vel statuto delata, revera est jurisdictio ordinaria, aut saltem delegata ad universitatem causarum, ut docet Bald. *in l. solet* 16. *n.* 2. Alex. *n.* 9. qui dicit esse sententiam communem, *ff. de jurisd. omn. judic.* Socinus *in l. more majorum, n.* 40. *ff. eod. titul.* Decius *in cap. causam matrimonii, n.* 43. *de offic. deleg.* Barbosa *in l. cùm Prætor* 12. §. 1. *n.* 48. *ff. de judiciis.* Jurisdictio autem ordinaria admittit prorogationem de re ad rem, vel de causa ad causam, ut ex communi sententia dixi *supra, n.* 1161. ampliatione quarta, & de jurisdictione delegata ad universitatem causarum indubitatum est, admittere omne genus prorogationis, ut dixi etiam *supra, n.* 1164 ampliatione quinta. Ergo jurisdictio limitata ad causas unius materiæ, sine limitatione personarum admittit prorogationem ad alias causas. Secundò, quoniam si limitatio obstaret, quominus posset prorogari jurisdictio, nulla jurisdictio prorogari posset, quoniam omnis inferiorum jurisdictio limitata est, tùm quoad territorium, tùm quoad subditos, & tamen nihilominus capax est prorogationis. Ergò limitatio cum prorogatione non repugnat.

1191 In contraria tamen huic conclusioni sententia sunt illi Doctores, quos retuli *n.* 1169. qui sentiunt jurisdictionem limitatam ad causas unius materiæ, non posse prorogari ad causas diversæ materiæ. Quibus item favent, quos retuli, *n.* 972. & 973. dum asserunt, jurisdictionem prorogatam debere esse eandem natura, & qualitate cum ea, quam exercet Judex in proprios, & in voluntarios subditos. Probatur primò, quoniam limitatio ad certos casus, & materias nihil operaretur, si ea non obstante posset fieri prorogatio ad causas, & materias disimiles. Secundò, quoniam quemadmodum Judex causarum civilium non potest, etiam ex consensu partium extendere jurisdictionem suam ad causas criminales, quia non habet jurisdictionem criminalem: ita qui habet jurisdictionem ad casus limitatos, & circa limitatam materiam, ut ad causas matrimoniales, exempli gratia, non habet jurisdictionem ad causas mutui, aut emptionis, & venditionis. Ergo consensus privatorum non potest illi dare jurisdictionem, quam non habet, *l. privatorum, C. de jurisdict. omn. judic.*

1192 Nihilominus non est recedendum à prædicta secunda conclusione. Neque obstant argumenta contra eam adducta. Nam ad primum respondendum est, limitationem jurisdictionis ad certos casus operari, ne Judex ex vi jurisdictionis suæ primitivæ, & adversus invitos possit extra illos casus cognitionem extendere, sed non tollere, quin ex prorogatione, ubi adest consensus litigatorum, & assistentia juris Judex procedat extra casus in sua primitiva, & propria jurisdictione comprehensos. Ad secundum dicendum est, quoties jurisdictiones ex se, & ex natura sua in se ipsis spectatæ sunt specie diversæ, non posse admitti prorogationem ex una ad aliam, quia Judex, qui habet unam, non habet aliam, & non potest consensus privatorum dare illi jurisdictionem, quam non habet, ut dixi paulò ante *n.* 1190. secus est, cùm jurisdictiones non specie, & essentia differunt, sed solùm per accidens, & pœnes materiam, circa quam versantur, nam cùm jurisdictio circa causas unius materiæ, non sit diversa à jurisdictione, circa causas alterius materiæ, potest ex una ad alteram fieri prorogatio. Ex quo intelligitur, cur ex jurisdictione civili ad criminalem, utpotè inter jurisdictiones specie diversas, non admittatur prorogatio, admittatur verò ex jurisdictione ad causas matrimoniales ad jurisdictionem ad beneficiales, vel ex jurisdictione ad causas mutui, ad jurisdictionem ad causas venditionis, aut permutationis.

1193 Qua conclusione retenta, eam limitabis primò, ut non procedat, quoties in concessione jurisdictionis limitatæ ad certas causas adjecta fuerit in statuto, vel rescripto. clausula abdicativa, & decreti irritantis, nam eo casu, etiamsi subditi non prohibeantur expressè prorogare, Judices prohibentur jurisdictione prorogata uti, ut in simili dixi *supra, numer.* 1186.

& deducitur ex traditis *numer.* 1100.

1194 Limita ſecundò, ſi conſtet ex conjecturis, hanc diviſionem cauſarum à ſuperioribus factam fuiſſe, ut ſint ſeparatæ cauſæ, proceſſus, & tribunalia, & eorum juriſdictiones, & unus Judex non ſe intromittat in cauſas ad alium Judicem attinentes, quoniam id exigat recta Reipublicæ guvernatio: tunc enim tacitè cenſenda eſt inhibita prorogatio, ex qua fit, ut Judex prorogatus in alienas cauſas manus mittat, & ex prorogationis permiſsione proceſſus, cauſæ, & juriſdictiones confunderentur, quod permitti non debet. Quam rationem rectè expendit Caldas *in d.l. ſi curatorem, in princ. n.* 20. *C. de in integr. reſtit. minor.* & Barboſa *in d.l.* 1. *art.* 4. *n.* 47. *ff. de judiciis*, & in ſimili nos uſi ſumus in tertia limitatione primæ concluſionis *n.* 1187.

1195 Circa quam tertiam limitationem, ne quis eam otioſam eſſe ſuſpicetur, animadvertendum occurrit, non rectè elici ex ſola ſimplici diviſione juriſdictionum, & diſtinctione Judicum, mentem ſtatuti, aut ſuperioris Judices diſtinguentis fuiſſe, prorogationem tacitè inhibere, ſed in aliis conjecturis, & indiciis ſupperadditis, & aliunde, quàm ex diviſione petitis colligendum, & arguendum eſſe: alioquin nunquam juriſdictio poſſet prorogari, cùm ea locum habere non poſsit, niſi cùm ex aliena, & diviſa juriſdictione ſubditus, in alienum Judicem conſentit, *d.l. ſi convenerit, ff. de juriſdict. omn. judic.* & notum ſit diviſam fuiſſe juriſdictionem Procuratoris Cæſaris, ab ordinariorum Judicum juriſdictione, ex quo proveniebat, ut illi circa cauſas ſubjectorum juriſdictionis ordinariæ ad fiſcum non pertinentes eſſet incompetens Judex, & nihilominus ejus juriſdictio poterat prorogari, *l.* 1. *C. de juriſdict. omn. judic.* Ergo iſte animus prorogationem inhibendi, ex aliis indiciis debet conjecturari, ut ex clauſulis creationis, aut uſu antiquo, & ex iſtis conciliabis contrarias quoad hoc relatas Doctorum ſententias.

1196 Tertia concluſio, cùm juriſdictio eſt limitata ad cauſas, & perſonas, ſimili modo dicendum eſt, ac dictum eſt in duabus concluſionibus præcedentibus, videlicèt ex ſe, & natura ſua eſſe prorogabilem: verum prorogationem impediri, ſi aut adjecta ſit clauſula abdicativa, & decreti irritantis, aut aliunde ex conjecturis conſtet ex partitione juriſdictionis voluiſſe ſuperiorem prorogationem inhibere, ne oriatur juriſdictionum confuſio, ut in ſuperioribus concluſionibus dictum eſt.

1197 Amplia octavo principaliter prædictam regulam principalem, ut juriſdictione etiam conceſſa privativè, circa cauſas aliquas, nihilominus prorogatio non ſit impedita, ſed permiſſa, & poſsint, aut ſubditi illius Judicis, cui conceſſa eſt privativè juriſdictio reſpectu certarum cauſarum, prorogare juriſdictionem Judicum extraneorum, circa eaſdem cauſas, aut ſubditi extraneorum Judicum, prorogare juriſdictionem Judicis privativi ad cauſas diverſas qualitate, & materia, dum ſpecie, & eſſentia non differat. Ita ſentit Bart. *in l. in ſacris* 13. *n.* 1. *poſt gloſſam ibi, verb. Eos, C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib.* 12. Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 4. *n.* 52. *cum ſeqq. ff. de judiciis*, Capiblancus *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 112. *de Baronibus*, & alii, quos retuli *ſupra, n.* 1100. Ratio eſt ea, quam ibidem expendi, quia conceſsio, quæ tribuit privativè juriſdictionem, ſolum prohibet tacitè, ne alii Judices in illas cauſas propria authoritate ſe intromittant adverſus invitos, non tollit autem poteſtatem ſubditis, ut ſi velint ſponte adeant, quem velint Judicem, neque inhibet prorogationem, in qua mixtim ex aſsiſtentia juris, & voluntate litigatorum tribuitur Judici uſus juriſdictionis, ut probat textus *in d.l. in ſacris, juncta gloſſa ibidem in verb. Eos.* Secundò probatur ex textu *in l. ſi quis in conſcribendo* 29. *C. de pactis*, ubi Bart. *n.* 1. *in utraque lectura*, & Gozzandinus ibidem *in princ.* & alii adducunt exemplum caſus illius textus in milite, & ſcholari, quos præſupponunt ſuo foro poſſe renunciare, & ſic coram aliis Judicibus conveniri. Quod tradiderat idem Bart. *in d. l. ſi convenerit* 18. *n.* 1. *ff. de juriſdict. omn. judic.* & Bald. *in l. ſi quis in conſcribendo* 49. *n.* 7. *C. de Epiſc. & Cleric.* & colligitur *ex*

l.

l. 1. *junctâ glossa ibi, verb. Militarem, C. ad l. Cornel. de sicariis.* Ex quo consequens est, ut isti, quibus ob eorum privilegium Judices dati sunt, possint prorogare. At quando Judex certus datus certis personis ob earum privilegium, censetur datus privativè, ita ut alii Judices non possint in illarum causas se intromittere, ut probat textus *in l. nec quidquam, in princ. vers. Sanè si fiscalis, ff. de offic. Proconsul. & Legat.* traditque Bald. *in l. unic. §. ubi autem, n.* 7. *C. de caduc. tollend.* Paulus Castrens. *in l. si quis cum Procurator* 31. *§. Julianus ait, n.* 2. *ff. de Procurat.* Felin. *in cap. Pastoralis* 11. *n.* 2. *vers. Limita quintò, de offic. judic. ordin.* Afflictis *decis.* 41. *n.* 3. Joan. Garcia *de nobilit. gloss.* 1. *num.* 5. *vers. Item facit,* qui allegat Aretinum *cons.* 102. *n.* 2. Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 4. *n.* 56. *& n.* 134. Franchis *decis.* 417. *n.* 7. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *n.* 17. Ergo de primo ad ultimum, concessa jurisdictione privativè, non censetur inhibita prorogatio.

1199 Tertiò probatur, quoniam jurisdictio feudis annexa censetur concessa privativè, & non cumulativè, ut dixi post multos, quos allegavi *quæst. præced. n.* 794. nihilominus subditi feudatariorum possunt prorogare, attento jure feudorum, jurisdictionem Judicum extraneorum, & in eos consentire, ut dixi *sect.* 2. *n.* 1099. Ergo ex concessione jurisdictionis privativè, non censetur sublata prorogandi facultas.

1200 Quartò, quoniam regulariter jurisdictio conceditur privativè in favorem subditorum, ut ex Ruino tradit Barbosa *d. artic.* 4. *n.* 65. & non in favorem ejus, cui conceditur. Succedit igitur regula textus *in d. l. si quis in conscribendo* 29. *C. de pactis,* ut rectè expendit idem Barbosa *in d. art.* 4. *ex n.* 23. *ad* 28. *& ex n.* 61. *ad* 66. videlicèt, ut quamvis subditus non possit præjudicare juribus superioris sui, & renunciare iis, quæ ejusdem superioris favore concessa sunt; possit tamen præjudicare sibi, & suo favori renunciare, & quod consequens est, etiamsi subditus sit superiori habenti privativam jurisdictionem, prorogare jurisdictionem alterius in sui præjudicium, quod adnotavit, loquens de subditis Baronum in fortiori casu, quo jurisdictio concessa sit abdicativè, & cum clausulis decreti irritantis *supra, n.* 808. *& n.* 1059.

1201 Sed contrariam sententiam huic ampliationi, quinimò concessa privativè jurisdictione, circa causas aliquas tolli facultatem prorogandi, ut non possint alii Judices cognoscere de illis causis ex consensu litigatorum, & ex vi prorogationis, amplectitur Cabedus *decis.* 22. *n.* 2. 1. *p.* & Gamma *decis.* 219. & sibi contrarius Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 1. *n.* 105. *ff. de judiciis.* Et probatur ex textu *in l. repetita* 39. *C. de Episcop. & Cleric. & in l. testamenta omnia* 18. *& in l. consulta* 23. *C. de testam. & in l. secundum* 32. *C. de donat.* Secundò, quoniam prorogatio non potest fieri contra prohibitionem Principis, *l.* 2. *§. si & Judex, ff. de judiciis,* cùm autem Princeps concedit privativè jurisdictionem, circa certas causas, videtur cæteris Judicibus inhibere, ne in illas causas se intromittant. Ergo de illis causis, etiam de litigatorum consensu alii Judices cognoscere non possunt.

1202 Sed non est recedendum à proposita octava ampliatione, & non obstant fundamenta sententiæ contrariæ. Nam ad primum argumentum respondendum est, omnes illos textus ibidem relatos agere de casu, quo non solùm concessa est privativè jurisdictio, sed etiam adjecta clausula abdicativa, & decreti irritantis, quo limitandam esse prædictam ampliationem statim dicemus. Ad secundum dicendum est, Principem cùm concedit jurisdictionem privativam circa causas aliquas, solùm prohibere ne quis alius authoritate propria, & adversus invitos de illis cognoscat, præter Judicem à se designatum, quod etiam extendendũ est, quamvis in concessione jurisdictionis adsit dictio taxativa, *tantum,* ut eleganter explicat, & prosequitur Barbos. *in d. art.* 1. *n.* 111. *&* 112. *cum seqq.* verum non auferre litigatoribus potestatem prorogandi jurisdictionem aliorum Judicum in similibus causis, quæ nisi speciali, & aperta inhibitione, non censetur prohibita, ut dixi *d. n.* 1100.

1203 Qua ampliatione retenta eam limitabis primò, ut non procedat, cùm conceſsioni juriſdictionis privativæ adjicitur clauſula abdicativa, & decreti irritantis, ex qua declaratur voluntas Principis inhibentis prorogationem, aut ejus uſum, ut ſuperius in ſimili dixi *n.* 1186. *&* *n.* 1193. cui limitationi aſſentitur Capiblancus *in pragmatic.* 8. *p.* 1. *n.* 113. *de Baronibus*, & in eundem ſenſum accipiendus eſt Barboſa *in d. art.* 1. *n.* 105. ne ſibi videatur contrarius, tametſi ille, ut verùm fatear, videatur inducere differentiam inter duos caſus, videlicet, ſi Princeps juriſdictionem concedens dicat in lege, aut ſtatuto, *talis Judex cognoſcat de talibus cauſis, & alii non poſsint de illis cognoſcere, aut ſe in cognitionem earum intromittere*, & ſi dicat lex, vel ſtatutum, *talis Judex cognoſcat de talibus cauſis tantummodo*, & in primo caſu prorogationem negat, in ſecundo admittit. Sed cum dicto taxativa, *tantum*, reſolvatur, & exponatur per duas propoſitiones, *tu cognoſcas, & nullus alius cognoſcat*, (*ut dixi in introductione ad logicam Ariſtotelis* cum communi ſententia Dialecticorum, 3. *p. cap.* 15. & tradit Fonſeca *inſtitution. dialecticarum, lib.* 3. *cap.* 19.) non videtur inter hos caſus inducenda differentia, & utriuſque reſolutio reducenda eſt ad hanc limitationem, ut quoties clauſula abdicativa, & decreti irritantis, juriſdictioni conceſſæ adjicitur, cenſeatur inhibita prorogatio, ſi non adjicitur, permiſſa. Idque ſit intelligendum, non ſolùm, cum ſubditi hujus Judicis prorogant juriſdictionem Judicum extraneorum, ſed etiam cum ſubditi extranei prorogant juriſdictionem hujus Judicis, ad diſsimiles cauſas, ab iis, de quibus ipſe per privativam juriſdictionem cognoſcit.

1204 Secundò limita, cum ex conjecturis, & indiciis colligitur, factam eſſe conceſsionem juriſdictionis privativæ ob rationes reſpicientes regimen publicum, ad ſegregandas cauſas conceſſas Judici privativo ab aliis tribunalibus, ne cauſæ confundantur, miſceanturque juriſdictiones. Quoniam inde colligitur, tacita prorogationis inhibitio, ut dixi paulò ante in ſimilibus caſibus *num.* 1187. *&* *num.* 1194.

1205 Quoniam verò celebris eſt, non minus, quàm ardua illa quæſtio, quando, & ex quibus cenſenda ſit concedi juriſdictio privativè, & non cumulativè, de illa video Doctores *in l. quod in rerum* 24. *§. ſi quis poſt, ff. de legat.* 1. *&* *in l. teſtamenta omnia* 18. *C. de teſtament.* Gregor. Lopez *in l.* 24. *tit.* 9. *p.* 2. *gloſſ.* 6. & Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumption.* 18. Joann. Garcia *de nobilitate, d. gloſſ.* 1. *n.* 5. *ex verſic. Hic tamen incidit*, Cancer *variar. reſolut.* 2. *p. cap.* 2. *ex n.* 199. latèque, & optimè diſputantem Petr. Barboſa *in d. l.* 1. *art.* 4. *ex n.* 73. *ff. de judiciis*, cum aliis, quos copioſè cumulavi quæſtione præcedenti *ſect.* 1. *n.* 794.

1206 Regulam autem principalem prædictam ſic ampliatam, & declaratam, limitabis primò, ut non valeat juriſdictionis alienæ prorogatio facta in fraudem juriſdictionis propriæ, ſeu ejus, cui ſubjicitur prorogans, & ejus nulla ratio habenda ſit. Hanc limitationem tradit Baldus *in l. ſi qui ex conſenſu* 8. *n.* 6. *C. de Epiſcop. audient. & in cap. de cauſis* 4. *n.* 52. *de officio, & poteſtate judic. delegat.* Angelus *in d. l.* 1. *n.* 11. Paulus *n.* 20. *ff. de judiciis*, Imola *in d. cap. P. & G. n.* 104. *de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 57. *de foro competent.* Gregor. Lopez *in l.* 15. *tit.* 1. *part.* 7. *gloſſ.* 2. Barboſa *in ead. l.* 1. *art.* 4. *n.* 30. *& in l. ſi quis poſt eaquàm* 7. *n.* 219. *cum ſeqq. ff. de judiciis.* Et videtur deſumi ex iis, quæ ex Innocentio, docet idem Baldus *in d. cap. de cauſis, n.* 18. quod ſi quis per colluſionem accuſatus fuerit coram aliquo Judice, coram quo ſe conveniri reus patiatur, poterit de eodem delicto iterum accuſari coram Judice loci delicti, *cap.* 2. *de colluſion. detegen. l.* 3. *ff. de prævaric.* Confirmatur quoniam privilegium adquiſitum per fraudem adquirenti non prodeſt, *l. hos accuſare* 12. *in princip. ff. de accuſat. l. ſi maritus* 15. *§. leg. Juliæ ff. ad leg. Jul. de adulteriis, l. ultima, ff. de re militar. l.* 1. *C. qui militar. poſſunt, lib.* 12. ne quis ex dolo, & fraude ſua commodum reportet contra regulam textus *in cap. ex tenore* 16. *de reſcriptis.* Conferunt quæ dixi *ſupra n.* 862. 888. *&* 908.

908. ubi pro hac eadem doctrina copiosè retuli Doctores.

1207 Limita secundò, ut non possit prorogari jurisdictio ex die, vel sub conditione ante adventum diei, vel implementum conditionis. Hanc limitationem tradit Marian. Socinus *in d. cap. significasti*, *n.* 21. Imola *in d. cap. P. & G. n.* 84. & 85. Antonius de Matthæis *de prorogat. jnrisdict. n.* 5. *circa medium, vers. Exemplum est si delegat.* Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 1. *n.* 22. & 45. *cum seqq.* ubi sublimitat. Ratio hujus limitationis est, quoniam ut jurisdictio prorogetur debet actu existere, ut dixi *supra sect.* 1. *n.* 971. & *seqq.* & hac eadem *sect. n.* 1148. alioqui creabitur de novo magis quàm prorogabitur. Sed jurisdictio ex die, vel sub conditione data ante adventum diei, vel implementum conditionis non existit actu, sed solùm est spes illam habendi, *l. cedere diem* 213. *ff. de verbor. signific.* adnotarunt *glos. ult. circa medium in cap. cum plures* 8. *de offic. & potest. judic. deleg. in sexto*, Socinus *cons.* 99. *n.* 10. *lib.* 3. & multis relatis, Vantius *de nullitatib. tit. de nullitat. ex defect. jurisdict. delegat. n.* 91. & 92. Ergo ea jurisdictio tunc prorogari non potest.

1208 Limita tertiò prædictam regulam principalem, ut jurisdictio ordinaria, non possit prorogari per subditos, ita ut fiat arbitraria, neque possint subditi consentire in Judicem ordinarium, & in eum compromittere tamquam in arbitrum. Ita sentit glossa *schol.* 1. *in l.* 1. *ff. de judiciis*, cujus sententiam approbant Paulus ibi *n.* 11. Cagnolus *n.* 33. Barbosa *art.* 1. *n.* 230. Antonius Faber *in rationalibus ibidem ad verbum*, *Est jurisdictio*, eamque limitationem amplexum est jus Castellæ *in l.* 24. *tit.* 4. *part.* 3. eam expressè statuens, ubi notat Gregor. *glos.* 8. & 9. & *in l.* 13. & *in l.* 17. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* & *in l.* 9. *tit.* 6. *lib.* 3. *ejusdem Recopil.* item jus Neapolitanus *in pragmat.* 2. *cap.* 13. *de Commissariis, & Executoribus*, (& *in pragmat.* 9. §. 3. *de offic. Judicis.*) Et probatur hæc limitatio ex textu *in l. sed & si in servum* 9. §. *si quis Judex, ff. recept. arbitr.* ubi dicitur lege Julia prohibitum esse ne ordinarius judicet ex compromisso, lege inquam Julia de judiciis, cujus hoc erat unum caput, ut notat Calvinus *in leg. Romanis, verb. Julia, de judiciis.* Eandem limitationem tradiderunt Bartolus, Albericus, Baldus, Fulgosius *in d.* §. *si quis Judex, & Romanus in l.* 1. §. *& post operis, n.* 5. *ff. de nov. oper. nunciat.* Marc. Antonius Blancus *tract. de compromissis inter conjunctos, q.* 2. *ex n.* 41. ubi hujus limitationis reddit decem rationes, Olanus *in concordia Antinomiarum, lit. l. n.* 64. Borrellus *de compromissis*, §. 2. *gloss.* 4. *n.* 49.

1209 Ex rationibus autem hanc limitationem probantibus, quas Blancus adducit, Barbosa *ubi supra n.* 236. magis approbat tertiam, & decimam desumptam à Baldo, quam etiam reddit Aviles *in cap.* 9. *Prætorum, verb. Compromissos, n.* 1. nempè quod juris ratio non patitur, ut ille, qui habet perfectum, & superius jus in re, in eadem re adquirat jus inferiùs, ut probat textus *in l. si hæres institutus* 70. *in princip. ff. ad Trebell.* quoad id probandum utitur Socinus *in l. si filius, qui patri, n.* 16. *ff. de vulgar.* & Jaso *in l. possideri* 3. §. *ex pluribus, n.* 44. *ff. de adquir. poss.* Si autem Judex ordinarius fieret ejusdem causæ arbiter descenderet, & non ascenderet: ergo id ei permittendum non est. Accedit, quod ego addo, officium Judicis datum esse illi à Rege, vel Republica ob publicam causam ad administrandam inter litigatores justitiam, officium verò arbitri deferri ab ipsis litigatoribus, æquius verò esse, decentius, & rationi congruentius, ut Judex in dijudicandis causis satisfaciat officio publico injuncto sibi à Rege, vel Republica, quam muneri arbitri impositò à privatis.

1210 Contrariam sententiam huic limitationi, quinimò ordinarium posse consensu litigatorum fieri arbitrum tuentur Decius *in l. si Prætor* 3. *n.* 5. *de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict.* Ludovic. Burgesius *in repetit. l.* 1. *ex n.* 56. *in fin. cum seqq.* Petrus Caleffatus *ibid. ex n.* 40. *ff. de judiciis.* Sed non est recedendum à prædicta limitatione, quæ verior est, & receptior, & habet urgentiora fundamenta.

1211 Qua dicta limitatione retenta sublimita eam primò, ut nihilominus possit con-

consentiri in Ordinarium, ut arbitratorem, & amicabilem compositorem. Ita docet glossa *in d.§.si quis Judex, in verb. Inter se*, quam sequuntur ibi communiter Doctores, etiam relati pro prædicta limitatione principali, & Angelus *cons.*218.*n.*1. Cagnolus *in d.l.*1.*n.*35. *ff.de judiciis*, Guido Papæ *dec.*69.*n.*1. Franciscus Marcus *dec.*464.*n.*2. 1.*p.* Grammaticus *dec.*9.*n.*1. Barbosa *d.art.*1.*n.*240.& 241. Borrellus *de compromissis*,§.2. *d.glos.*4.*n.*52.& hanc sublimitationem statuit expressè apud Hispanos *d. l.* 24. *in fine*,*tit.*4. *part.*3. ubi notat Gregor. *gloss.*10. sentit Mesia *in l.Toleti* 1.*p. fundament.*10. *n.*49.

1212 Quæ tamen sublimitatio an locum habitura sit de jure noviori Regni Castellæ *in d.l.*9.*tit.*6.*lib.*3.*Rec.* & *l.*13.& *l.*17. *tit.* 5. *lib.* 2. *ejusdem Recopil.* controversia est inter Castellanos Doctores. Nam Avendañus *in Dictionario, verb. Alvedriadores, vers. Hodie tamen*, Aviles *in cap.*9.*Prætorum.verb. Compromissos, n.*1. *vers. Et licet sit ista communis opinio*, Olanus *in concordia*, *lit.I. n.* 64. existimant de jure noviori sublimitationem locum non habere, & non posse Judices ordinarios constitui arbitratores; eo quod novæ leges caveant verbis generalibus, ne Judices compromissa recipiant, sub quibus verbis tàm videntur contineri compromissa tanquam in arbitros, quàm compromissa tamquam in arbitratores, & quoad hoc correctam esse eodem noviori jure prædictam *l.*24.*tit.*4.*p.*3. Verùm Azevedus *in d.l.*9.*n.*4. *tit.*6. *lib.*3. *Recopil.* cui ego magis assentior opinatur ex verbis generalibus ejusdem *l.*9. & similium non esse correctam antiquam legem Partitæ, & sic prædictam sublimitationem locum habere, attento jure hodierno, Judicesque ordinarios posse esse arbitratores, quamvis non possint esse arbitri. Quod in primis indicat Gregor. *in d. gloss.*10. dùm diversam multo rationem esse ait inter casum arbitrii, & arbitramenti. Deinde probatur ex celebri doctrina gloss. *schol.*1. *in l.Decurionibus* 3. *C.de Silentiariis*,*lib.*12. quam commendat, & sequitur Bartolus *in l. sed*, *& posteriores* 27.*ff.de legib.* eidem assentitur Dinus *in regul.gener.* 34.*n.*10.*de regul.jur. in sexto*, Decius *in l.in toto jure* 80.*n.*7. Cagnolus *n.*10. *ff.de regul. juris*, videlicet legem generalem, tametsi posteriorem, non derogare anteriori legi speciali, aut eam corrigere; imò potius manere limitatam, & derogatam in casu speciali, anteriori lege speciali definito. Ergo lex Recopilationis, quæ generaliter loquitur de compromissis, non corrigit legem Partitæ specialiter loquentem de arbitramentis; præsertim quia verbum illud, *compromissos*, significat magis arbitrium juris, quàm arbitratum, ut constat *ex l.* 1. *ff. de recept.arbitr. juncta l.idem Pomponius*, *aliàs l.si de meis* 14. *§.recepisse*, *eod.tit.* & notatis à Nebris. *in Vocabulario juris*, *verb.Compromissum*,*& compromittere*, & Calvino *in lexico eodem verbo*, dicta vero *l.* 9. *tit.*6. *lib.* 3. *Recop.* utitur eodem verbo, recipiendi compromissa, quod invenitur *in d.§.recepisse.* Potius autem est toleranda superfluitas, quàm legum correctio, ut rectè considerat Azevedus in loco relato, nequis objicit, videri leges novas superfluas, quæ veteribus nihil adderent.

1213 Sublimita secundò, ut prædicta limitatio non procedat de jure canonico, quo attento compromitti potest in Ordinarium, tanquàm in arbitrium juris. Ita probat textus *in cap.cum tempore* 5.*cap.cum olim* 7.*cap.cum à nobis* 13.*de arbitriis*,*& in cap.nisi essent* 21. *de præbend.* sentit Bartolus *in l. sed & si in servum* 7. *§. si quis Judex*, *ff.de recept.arbitr.* Paulus *in l.*1. *n.*14. *ff. de judiciis*, Alexand. *in l.*1.*§.& post operis*,*n.*5.*ff.de nov.oper.nuntiat.* Franciscus Marcus *dec.* 464. *n.*2. 1.*p.* Marcus Antonius Blancus *tract.de compromissis*, *quæst.*2. *ex n.*47. *tom.* 3.*tract.*1.*p.* Baptista à S. Blasio *in tract.contradictionum juris canonici cum jur.civil.vers. Undecimo*,*tom.*1.*tract.* Cagnolus *in d.l.*1. *n.* 34. Barbosa *ibidem*,*art.*1.*n.*243. *ff. de judiciis*, Aviles *in cap.*19. *Prætorum*, *verb. Compromissos*,*n.*1. *vers.Tertia opinio*, Azevedus *in d.l.*9.*n.*4. *tit.*6.*lib.*3. *Recopil.* Borrellus *de compromissis*,§.2.*d.gloss.*4.*n.*50.

1214 Sublimita tertio, ut in Judicem ordinarium, cui non sint subditi compromittentes, possint subjecti alienæ jurisdictio-

ctioni compromittere, tanquam in arbitrum, quia respectu non subditorum, cessant rationes superius adductæ. Hanc sublimitationem probat textus *in l. si qui ex consensu 8. C. de Episcop. audient.* juxta primam interpretationem Gloss. *ibi schol. 1. in princip.* & amplectitur Bartol. *in d. l. 1. n. 4.* post Gloss. *ibid. schol. 1. post medium*, Barbosa *in d. art. 1. n. 239. ff. de judiciis*, Alexand. *in d. §. & post operis, n. 2.* Marcus Antonius Blancus *d. q. 2. n. 42.* Borrellus *d. gloss. 4. n. 51.*

1215 Consentientibus autem non subditis in Judicem aliquem ordinarium, an censeantur in eum consentire, tanquam in Judicem prorogando jurisdictionem ejus ordinariam, an tanquam in arbitrum, & ex quibus id discernendum sit, vide Gloss. *in d. l. 1. verb. Consentiant ff. de judiciis*, & ibidem Bartolum, Paulum, & alios, & Barbosam, qui optimè explicat *in d. art. 1. ex n. 246.*

SUMMA SECTIONIS QUINTÆ.

1216 *Regulariter in omnibus causis admittitur prorogatio.*

1217 *In causis criminalibus habet locum prorogatio.*

1218 *Prorogatio in criminalibus fit in Judicem habentem merum imperium, non in habentem simplicem jurisdictionem, aut imperium mixtum.*

1219 *Prorogatio jurisdictionis, licet non valeat de una specie ad aliam, valet intra eandem speciem ex infimo gradu ad supremum.*

1220 *In criminalibus valet prorogatio, cum proceditur per viam accusationis, non per viam inquisitionis.*

1221 *Adnotatio necessaria, circa hanc doctrinam.*

1222 *Prorogatio in criminalibus etiam via inquisitionis admittitur, cùm reus consentit in Judicem contra ipsum inquirentem.*

1223 *Prorogatio in criminalibus valet in præjudicium prorogantium, non in præjudicium Judicis competentis.*

1224 *In causis appellationum non admittitur prorogatio.*

1225 *Qua ratione motus id asseruerit Baldus, & rejicitur.*

Appellatio non mutat naturam prioris causæ.

1226 *Refertur verum fundamentum prædictæ conclusionis.*

1227 *Casus in quibus limitatur superior conclusio.*

1228 *In causis reservatis Principi, non habet locum prorogatio.*

1229 *Reservata Principi esse in duplici genere.*

1230 *Injuriam infert Principi, qui ea quæ ipse sibi reservavit, absque ejus consensu, in alium transfert.*

1231 *In iis, quæ Princeps sibi reservare vult, & ad se advocat, tacitè videtur inhibita prorogatio.*

1232 *Exempti non possunt prorogare, sine licentia Papæ, quia causas exemptorum sibi reservavit.*

1233 *Officiales Regii perpetui Regni Neapolitani, non possunt prorogare jurisdictionem Judicis inferioris, etiam Proregis, sine licentia Domini nostri Regis, quia eorum causæ criminales sunt de reservatis Principi.*

SECTIO QUINTA.

Quæ causæ prorogationem admittant, quæ non item?

1216 REgulariter in omnibus causis admittitur prorogatio, ut planè colligitur ex latè traditis sectione præcedenti, & probatur ex generalitate textus *in d. l. 1. & 2. in princ. ff. de judiciis, & in d. l. si convenerit ff. de jurisd. omn. Judic.* & per locum speciali *in d. cap. significasti. de foro compet.* nisi specialiter inveniatur in aliqua causa prohibita, argumento item ducto ex textu *in l. necnon 28. §. quod eis ff. ex quib. caus. major. l. mutus 43. §. 1. ff. de Procurator. l. 1. ff. de testibus, cap. cum apud 23. de sponsalibus, cap. 1. in princip. de Procurat. in sexto.* Sumus enim in materia, in qua quod non est prohibitum censetur permissum, & concessum; notat ex Ruino Barbos. *in d. l. 1. art. 4. n. 1. ff. de judiciis.* Solùm occurrit hoc loco

co tractandum de tribus articulis, qui specialem difficultatem videntur continere, videlicet de causis criminalibus, de causis appellationis, & de causis Principi reservatis.

1217 Prima conclusio, in causis criminalibus habet locum prorogatio. Hanc probat textus *in l.* 1. *C. ubi de criminibus agi oport.* juncta Glossa ibi *verb. Inchoata, & in l.* 1. *C. ad l. Cornel. de siccariis*, juncta Glossa ibidem, *verb. Militarem, & in l. non valet* 4. juncta Glossa *in princip. schol. C. ad l. Flaviam, de plagiariis.* Approbat Joan. Andreas *in additionibus ad speculat. lib.* 2. *tit. de competentis Judicis additione, §.* 1. *n.* 14. *ad verbum sensu*, Baldus *in additionibus ad eundem locum, vers. Quod in criminali, & in l. si qui ex consensu* 8. *n.* 6. *C. de Episcop. audient.* Panormitan. *in d. cap. P. & G. n.* 15. Imola *ex n.* 48. Felinus *n.* 9. *de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, n.* 36. Bartolus *in d. l.* 1. *n.* 9. Paulus *n.* 20. Cagnolus *n.* 46. Barbosa *art.* 4. *ex n.* 2. *ff. de judiciis*, idem Bartolus *in l. inter convenientes* 28. *ff. ad municipal. & de incol.* idem Paulus *in d. l.* 1. *n.* 4. *C. ubi de crimin. agi oport.* idem Baldus *in cap. de causis* 4. *n.* 17. *de offic. delegat.* Decianus *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 2. Gail *de pace publica, lib.* 1. *cap.* 12. *ex n.* 10. Julius Clarus *lib.* 5. *sentent. §. fin. quæst.* 42. *ex n.* 1. qui dicit hanc esse communem opinionem, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordinam. col.* 884. *vers. Quid autem*, Menchaca *quæst. usufrequent. cap.* 14. *n.* 30. Natta *cons.* 82. *n.* 5. *tom.* 1. Follerius *in constit. Capitaneorum*, *n.* 38. Capiblancus *in pragm.* 8. *p.* 1. *n.* 105. *de Baronibus*, Cancer *variar. resolut. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 194. Et in Hispania hæc conclusio est approbata *per l.* 15. *tit.* 1. *p.* 7. ubi notat Gregor. *gloss.* 2. & ad ea, quæ contra hanc sententiam objici possent rectè respondet Barbosa *d. art.* 4. *ex num.* 3.

1218 Hanc autem primam conclusionem limita primò, ut procedat cum prorogatio fit in Judicem habentem merum imperium, & jurisdictionem criminalem: secus esset, si prorogatio fieret in Judicem civilem habentem solam simplicem jurisdictionem, aut mixtum imperium. Ita animadvertit Gregor. Lopez *d. gloss.* 2. & plurimi ex relatis pro prædicta prima conclusione, & Barbosa, qui alios refert *d. art.* 4. *n.* 18. & ex eo manifestè probatur, quoniam jurisdictio non potest prorogari ad causas diversæ speciei, ut dixi sectione præcedenti *n.* 1270. sed debet fieri prorogatio intra eandem speciem jurisdictionis alioqui esset nova concessio jurisdictionis non antiquæ, & præexistentis extensio, ut expendebamus *sect.* 1. *n.* 971. cum duobus sequentibus.

1219 Cui tamen limitationi addenda est adnotatio Barbosæ *d. art.* 4. *n.* 21. ubi ait, tametsi non valeat prorogatio de una specie jurisdictionis ad aliam diversam, tamen intra unam, & eandem speciem valere ex infimo gradu ad supremum ejusdem jurisdictionis, allegat Bartolum, Paulum, & Cagnolum, qui minus expressè loquūtur, & ego id latiùs non examino, videtur tamen hæc doctrina tantis per difformis iis, quę tradidi sectione præcedenti *n.* 1176. & 1177.

1220 Limita secundò, ut prædicta prima conclusio locum habeat, cum proceditur contra reum per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis, nam in ea non fit prorogatio, neque valebit processus inquisitionis factus ab incompetente prætextu prorogationis factæ à reo. Ratio hujus limitationis est, quia ad prorogationem opus est consensu partium ut dixi latè *sect.* 2. *n.* 979. sed consensus non datur in eo, contra quem fit inquisitio, & si aliquis colligitur ex ejus taciturnitate, & ex eo, quod se non sistat, & non objiciat exceptionem fori, est fictus & interpretativus, qui non sat est ad prorogationem, ut dixi *n.* 1000. *cum seqq.* Ergo facto processu via inquisitionis non fit prorogatio. Ex quibus hanc limitationem tradunt Baldus *in d. l.* 1. *n.* 10. *C. ubi de crimin. agi oport. & in l.* 1. *n.* 2. *C. ad l. Cornel. de siccariis*, Alexand. *cons.* 216. *n.* 16. *lib.* 6. Socinus *cons.* 108. *n.* 21. *lib.* 4. Felinus *in cap. ad petitionem* 22. *n.* 6. *circa finem, vers. Et istis adde Baldum, de accusationibus*, Natta *d. cons.* 82. *n.* 5. *tom.* 1. Gregorius Lopez *in d. l.* 15. *tit.* 1. *p.* 7. *gloss.* 2. Julius Clarus, *lib.* 4. *sentent. §. fin. d. quæst.* 41. *n.* 3. Decianus *tractat. crimin. lib.* 4. *d. cap.* 23. *n.* 4. Barbosa *in d.*

l.

l.1.art.3.n.14.& art.4.ex n.15.ff. de judic.

1221 Adnotavit tamen circa hanc limitationem Barbosa *d.art.4.n.17.* quod si contra delinquentem via accusationis procedat Judex prorogatus, & alter Judex competens velit contra eundem procedere via inquisitionis, non valebit processus Judicis competentis, juxta regulam *cap. de his, de accusationibus*, quæ procedit etiam, quando contra jam accusatum proceditur de novo per viam inquisitionis, ut adnotavit Paulus Castrensis *in d.l.1.n.20. in fin. ff. de judiciis*, Julius Clarus *d.§.fin.quæst.57. n.7.* Quæ tamen adnotatio ita generaliter accepta est falsa, sed cautè accipienda est, juxta distinctionem à me traditam, *quæst.7. præcedenti, sect.2. n.810.* ut videlicet tunc locum habeat, cùm prorogatio facta est in criminibus privatis, in quibus non potest Judex competens procedere via inquisitionis, nisi ex instantia, & petitione offensi, ut animadvertit Joan. Andr. post Guidonem de Suza *in additione ad Specul. lib.2. tit. de competent.Judic.additio.§.1.n.14.ad verbum, sensu*, & Marianus *in d.cap.significasti. n.57. de foro compet.* Decianus *d. cap.23. n.4.* & confirmat apud Hispanos *l.4. tit.10. lib.8. Recopil.* Eo enim casu, cùm ex ipsius offensi voluntate facta sit in alium Judicem prorogatio, neque Judicis competentis jurisdictioni, neque juri Reipublicæ malo exemplo læsæ fit præjudicium, si cesset inquisitio, secus esset si crimina essent publica, & Judex competens posset ex officio, & non instante offenso formare inquisitionem; tunc enim, neque accusator, neque reus poterunt voluntate sua juri Reipublicæ læsæ, & offensæ, aut jurisdictioni competenti obesse, quominùs procedant ad punitionem delicti, & satisfactionem damni, & injuriæ, quod rectè adnotavit Julius Clarus *d.quæst.42.n.3.in fine*, & clarius Gregorius *in d.l.15.tit.1.part.7.gloss.4.* & jam statim dicam in tertia limitatione principali.

1222 Sublimita prædictam secundam limitationem, ut tunc non procedat, & admittenda sit in criminalibus prorogatio, etiam in processu facto per viam inquisitionis, cùm reus expræsse, vel tacitè, indubitatis tamen indiciis, consenserit in Judicem contra ipsum inquirentem. Quod ex eo probatur, quia tunc cessat ratio limitationis, videlicèt defectus consensus. Neque movere debet, quòd non adsit in inquisitione duplex consensus actoris, & rei, qui videtur ad prorogationem necessarius, juxta *d.n.979.* Nam tunc requiritur consensus duorum ad prorogationem, cum de utriusque præjudicio tractatur, cum verò de unius præjudicio agitur, sat est ad prorogationem unius consensus, quemadmodum cùm prorogatur jurisdictio voluntaria: cùm igitur in inquisitione de solius rei præjudicio agatur, ejus solus consensus satis erit ad prorogationem. Hanc sublimitationem tradit Salicetus *in l.1.n.6. C. ubi de crim. agi oport.* Marianus *in d.cap.significasti, n.34.* sequitur Felinus *in d.cap. P. & G.n.9.* Julius Clarus *d. §. fin. quæst.42. n.3.* Follerius *in constit.Capitaneorum, n.38.*

1223 Limita tertio principaliter prædictam primam conclusionem, ut prorogatio in criminalibus valeat, & teneat in præjudicium prorogantium, non tamen, ut ex ea inferatur præjudicium Judici competenti, & ille impediatur, quominus adversus delinquentem procedat ad eum puniendum, & resarciendum jus Reipublicæ offensæ malo exemplo delicti. Pro hac limitatione faciunt, quæ latè adduxi *quæst.præc.sect.2.ex n.808. & n.1059.* Ratio autem ejus est manifesta quam paulò ante tetigi, quoniam voluntate privatorum prorogantium non potest præjudicari juri publico, *l.jurisgentium 7.§.si paciscar, l.jus publicum 38. ff. de pactis*, aut jus publicum in puniendis maleficiis versatur, *l.ita vulneratus 51. ff. ad l.Aquil. l.locatio 9.§. quod illicitè, ff.de publicat.& vectigal.* Hanc limitationem tradunt Paulus Castrensis *in d. l.1. n.20.* Cagnolus *n.46.* Calefactus *n.81.* Barbosa *art.4.n.23. ff.de judiciis*, Baldus *in l.si qui ex consensu 8. n.6.C.de Episcop.audient.* Panormitan. *in d. cap.P.& G.n.15.* Imola *n.102.cum seqq. de offic.deleg.* Marianus *in d.cap.significasti, n. 57.de foro compet.* Joann. Andr. *ad Speculator, lib.2.tit. de compet.Judic.adition. §.1. n. 24.ad verb.Sensu*, Gregor. Lopez *in d.l.15.*

tit. 1. p. 7. gloss. 4. Anton. de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n. 15. vers. Ad secundum dictum,* Decianus *tract. crimin. lib. 4. cap. 23. n. 2. 4. & 5.* Julius Clarius *d. §. fin. quæst. 42. n. 3.* Maranta *in praxi 4. p. d. dist. 12. n. 14.* Gail *de pace publica, lib. 1. cap. 12. n. 15.* Neque mirum videatur, si possint subditi prorogatione præjudicare sibi, non Reipublicæ, neque Judici superiori, siquidem possunt etiam facere conventiones in sui præjudicium, non in præjudicium superiorum, ut adnotavit Curtius Junior *in l. debitorum, n. 4. C. de pactis,* quem refert, & sequitur Barbosa *ubi supra, n. 28.* & Felinus *in cap. ad petitionem 22. n. 6. circa fin. vers. Et ad intellectum textus hic in fine, de accusationib.* ait, licèt pars non possit tollere jurisdictionem tributam Commissario à Papa, posse consentire in sui præjudicium, ut alius de causa cognoscat, non in præjudicium Judicis. Faciunt tradita à Caravita *ad ritum 166. ex n. 73.* & Marcello Cala *de modo articulandi, §. 1. gloss. 1. n. 61.*

1224 Secunda conclusio, in causis appellationum non admittitur prorogatio. Ita sentiunt Baldus *in cap. 1. vers. Hoc quod nos, n. 21. de pace constantiæ, & in cap. de causis 4. n. 51. & in cap. P. & G. 40. n. 11.* Panormitan. *n. 15.* Imola *n. 8.* Felinus *n. 7. de offic. delegat.* Marianus *in d. cap. significasti, n. 35. de foro comp.* Ancharran. *consil. 345. in fin.* Natta *cons. 82. n. 7. & 8. tom. 1.* Maranta *in praxi 4. part. d. distinct. 12. n. 22.* Avendaño *de exequend. mandat. 1. part. cap. 1. n. 31. vers. Undecima causa, & in cap. 6. n. 1. eadem 1. p. & respons. 26. n. 10.* Gutierrez *de jurament. confirmat. 3. p. cap. 5. n. 20.* Azeved. *in l. 7. n. 25. & 26. tit. 18. lib. 4. Recopil. & in additionib. ad Curiam Pisanam, lib. 4. cap. 6. n. 32. & 82.* Bobadilla *lib. 3. Politic. cap. 8. n. 193. gloss. A.* Ignatius Villar *in silva responsorum, respons. 15. quæst. 6. n. 6.* Cancer *variar. resolut. 2. p. cap. 2. n. 193.* additio ad Bartol. *in l. 2. n. 1. verb. Consensisse, ff. de judiciis,* Barbosa *in d. l. 1. art. 1. n. 165. & 166. ff. eod. tit.* Antonius de Matthæis *de prorogat. jurisdict. n. 5. circa fin. vers. Nec prorogabilis est jurisdictio Judicis appellationis.*

1225 Fundamentum hujus conclusionis illud tradit ubique Baldus, quod causæ appellationis sint meri, aut saltem mixti imperii, quæ imperia prorogari non possunt; sed hoc justæ reprehensioni nisi subjacet, tanquam falsum, & inefficax. Falsum, quoniam appellatio non mutat naturam prioris causæ, ut docet Innocentius *in cap. cum speciali 61. n. 7. de appellation.* notat Franchis *decis. 520. n. 1.* & Decius *in cap. cùm te, n. 5. & 6. de offic. delegat. & in cap. cæterum, n. 7. de rescriptis, & in cap. Pastoralis, n. 20. eod. tit.* Primæ autem causæ non semper pertinent ad merum, aut mixtum imperium, sed interdum ad jurisdictionem simplicem. Ergo neque omnes causæ appellationis pertinebunt ad imperium mixtum, aut merum. Inefficax verò, quoniam non rectè infertur, non posse fieri prorogationem in causa, quoniam sit meri, vel mixti imperii, quippè cùm in causis meri imperii, videlicèt criminalibus, dictum sit conclusione prima, prorogationem locum habere, & in causis mixti non sit ratio, quæ prorogationem excludat. Quod si Baldus, dùm ait, causas appelationis esse meri, vel mixti imperii, significet, ut re vera credo eum significare, non posse cognoscere de causis in gradu appellationis Judicem, qui solùm habeat simplicem jurisdictionem, quales sunt minores Magistratus, sed qui habeat merum imperium, aut mixtum, tametsi id regulare sit, quamvis non perpetuum, & necessarium, nihil inde colligitur, quod ad propositæ conclusionis probationem faciat.

1226 Vera igitur ejus ratio est, quoniam non potest appellari ad Judicem, qui non sit superior appellari, *cap. 2. de consuetud. in sexto, cap. Roman. in princip. de appellationibus in sexto,* & ibi Gloss. *verb. Ad se ipsos,* Bartol. *in l. 1. n. 3. in fine, ff. de apellation.* nam appellatio gradatim facienda est, & quamvis litigatores suo consensu possint subjicere se jurisdictioni illius Judicis, cui aliàs subditi non erant, ut superiùs probatum est, non tamen possunt efficere proprio consensu, ut qui non est superior Judicis, à quo appellatum est, sit superior ejus; quemadmodum neque possunt suo consensu efficere, ut Judex superior ad quem inter-

terpoſita eſt apellatio, retineat cauſam principalem, non juſtificata cauſa appellationis, *cap. ut debitus 59. in fin. de appellation.* neque ut Judex, ad quem lapſis fatalibus appellatum eſt, & ad quem ideo cauſa non eſt devoluta, ſit judex cauſæ, Ancharranus *dict. conſ. 345. num. 1. & 2.* Cacheranus *deciſ. 7. num. 6. & 7.* Ponte *conſil. 64. ex num. 8. & num. 14. volum. 1.* Tiraquellus *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. num. 32.* Scaccia *de appellationib. quæſt. 15. art. 10. num. 196. & 197. cum ſeqq.* Barboſa *in dict. artic. 1. num. 171.* Quòd fit, ut ſi quis appellet ad Judicem, qui non ſit ſuperior Judicis, à quo appellatum eſt quamvis adverſarius taceat, & declinatoriam non opponat, & ideò ſequatur condemnatio, proceſſus appellationis non valeat, ut rectè animadvertit Marianus *in dict. cap. ſignificaſti, num. 35.* Idque jure optimo, quoniam jus publicum, quod maximè in diſtributione juriſdictionis verſatur, & diſpoſitione ordinis monarchici, non debet eſſe ſubjectus privatorum voluntati, & libidini, ut dicebam *ſupra n. 1175.*

1227 Ex qua ratione fundamentali rurſus colligit Marianus *dict. num. 35.* & illum ſequutus Barboſa *dict. num. 166.* cum illa ceſſaverit, limitandam eſſe prædictam ſecundam concluſionem, & admittendam prorogationem in cauſa appellationis, ſi contingere potuerit, litigatores appellare ad verum ſuperiorem judicis à quo. Exempli gratia, ſi quis contra regulas juris civilis omiſſo medio appellaret ad ſupremum judicem, quamvis non eſſet appellandum ad ipſum tamquam mediatum, & pars adverſa, nihil opponeret, prorogatio valeret, & proceſſus ſuſtineretur, *leg. 1. §. ſi quis in appellatione, ff. de appellationib.* Eodem tendit ſecundum aliud exemplum, apud Matthæum de Afflictis *deciſ. 155. num. 6.* dum ait, lata ſententia in cauſa appellationis à Sacr. Conſil. in poſſeſſorio, planè remittendam fuiſſe cauſam petitorii ad Baronem, ratione privilegii primarum cauſarum ex doctrina Bald. *in leg. ſi de proprietate, num. 20. C. ſi à non comp. Jud.* dicentis, judicem, qui de poſſeſſorio cognovit, non poſſe cognoſcere de petitorio, ſi per hoc alterius juriſdictioni, & cognitioni præjudicium fiat; verum, quia partes prorogarunt conſenſu ſuo juriſdictionem Sacr. Conſil. & voluerunt, ut ſententia poſſeſſorii executioni mandata, ageretur de proprietate in eodem Sacr. Conſil. & huic prorogationi Baro, de cujus præjudicio agebatur, non contra dixit, proceſſum eſſe ad cauſam proprietatis. Et Vincentius de Franchis *deciſ. 529.* agnoſcit prorogationem in Sacr. Conſil. in cauſa appellationis fieri poſſe à vaſſallis Baronum; verùm ſi Baro contradicat cauſam eſſe ad eum remittendam, quod ego notavi *quæſt. præcedenti num. 858.* Nunc autem animadverto, in his exemplis non cerni propriam prorogationem, cum prorogantes, etiam prorogatione ſecluſa, ſemper ſint ſubditi judici prorogato, & dumtaxat invertatur in proceſſu, & diſturbetur gradualis illa aſcenſio obſervari ſolita, dum per ſaltum ab inferiori ad ſupremum proceditur omiſſo medio. Repugnareque aliam juris regulam *ſupra num. 1175.* traditam, ſcilicèt, Judicem appellationis non poſſe cognoſcere, niſi de eo de quo cognovit judex à quo, cum nulla alia cognitio, niſi iſta ad ipſum devolvatur, quam etiam apertè tradit Covarruvias *in pract. cap. 9. num. 2. & 3.* Tametſi ut verum fatar, in ſupremis tribunalibus ea regula non ſemper obſervetur, cum poſſint etiam cauſas ab inferioribus evocare, quod idem Covarruvias *eodem num. 3.* animadvertit, & in hoc Sacro Regio ſupremo juſtitiæ Conſil. Neapolitano, in quo cognoſcitur ſola facti veritate inſpecta, ſæpius vidi hanc ſublimitatem inſuper haberi, cum & ipſum poſſit cauſas ab inferioribus juſtis rationibus evocare. Quò etiam videtur reſpicere textus *in cap. 1. §. poſt hoc, de appellationib. in ſexto*, expenſus, & optimè explicatus à Barboſa *dict. art. 1. ex num. 24. ad num. 32.*

1228 Tertia concluſio, in cauſis reſervatis Principi non habet locum prorogatio, neque poteſt ſubditus conſenſu ſuo juriſdictionis uſum in alium etiam parem

trasferre, eique se subjicere. Hæc conclusio probatur ex textu *in cap. per venerab.* 13. §. *insuper, qui filii sint legitimi*, juncto textu *in §. finali, in Authent. ut natur. efficiant sui collat.* 7. Ex quo textu *in dict. §. insuper*, dicit Panormitanus *in eodem cap. per venerabil. num.* 11. colligi manifestè, & alibi non ita benè, non posse patrem in legitimatione filii subjicere se jurisdictioni alterius, sine consensu sui Domini. Et ex eo textu prædictam conclusionem amplectitur Imola *in dicto cap. P. & G. n.* 105. Alexand. *in leg.* 1. §. *& post operis, n.* 20. Jaso. *n.* 14. *ff. de novi operis renunciat.* Baldus *in cap. imperial. §. præterea si inter duos, n.* 19. Alvarotus *num.* 4. *vers. sed intelligas*, Præpositus *num.* 5. *vers. nec obstat, de prohib. feud. alien. per Federicum*, Ancharranus *consil.* 320. *num.* 3. Decius *consil.* 150. *n.* 5. Rolandus *consil.* 88. *num.* 35. *volum.* 1. Socinus Junior *consil.* 100. *num.* 30. *lib.* 2. Chassanæus *consil.* 31. *num.* 20. Hieronymus Gabriel, *consil.* 29. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 1. Capicius *decis.* 9. *num.* 4. *&* *num.* 14. Covarruvias *de sponsal. & matrim.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *num.* 43. *&* 44. Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 23. *num.* 17. Barbosa *in dict. leg.* 1. *artic.* 3. *num.* 136. *&* 137. *& artic.* 4. *ex num.* 33. *ad* 43. *ff. de judiciis*, Capiblancus *in pragm.* 8. *part.* 1. *n.* 105.

1229 Ad explicationem autem hujus conclusionis oportet advertere reservata Principi esse in duplici genere. Alia sunt reservata in signum supremæ potestatis incommunicabilis, & inamisibilis, quam habet in subditos, juxta *leg.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.* ut est recursus querelæ, & appellationis ultimæ, jus cognoscendi de causis miserabilium, & alia hujusmodi, quæ non possunt à dignitate Principis separari, alia sunt reservata Principi in signum dignitatis Regalis, quæ nulli alii competunt, quàm Regi, ut impositio vectigalium creatio tabellionum, spuriorum legitimatio, & his similia, ut rectè distinxit post alios Covarruvias *in cap. possessor, part.* 2. §. 2. *n.* 10. *&* 11. *de regul. jur. in sexto*, Regnerus Sixtinus *de regalib. cap.* 2. *num.* 1. qui adnotavit vocari illa regalia majora, hæc minora, & majora enumerat ibidem *ex n.* 8. *ad* 44. minora autem *ex num.* 45. Petra *de potestate Principis ex cap.* 3. latissimè, & Feudistæ *in tit. quæ sint regal.* Cùm igitur dixi in prædicta conclusione, prorogationem non posse fieri à subditis in causis Principi reservatis, loquor de causis utriusque generis, ut conclusio prædicta omnes istius modi causas complecti censenda sit.

1230 Ratio ejus fundamentalis est, quam reddunt Covarruvias *de sponsalib.* 2. *part. cap.* 8. §. 8. *dict. num.* 43. & Peregrinus *de fideicommissis, art.* 23. *num.* 17. quibus assentitur Barbosa *dict. art.* 4. *num.* 35. quoniam maximam injuriam infert Principi, qui ea, quæ ad ipsum propriè pertinent, & quæ ipse in signum sui supremi dominii sibi reservavit absque ejus consensu in alium transfert, estque hæc maxima irreverentia, ut planè indicat textus *in dict. §. insuper.*

1231 Amplia prædictam tertiam conclusionem, ut procedat etiam in iis, quæ natura sua non sunt Principi reservata, tamen Princeps ex voluntate sua ex accidenti ea sibi reservare vult, & ad se privatim advocat: nam in eis censenda est tacitè inhibita prorogatio, & locum habere non potest obstante ista tacita inhibitione. Hanc ampliationem probat textus *in cap. ut nostrum* 56. *de appellation.* & ex eo eam asseruit Felinus *in dict. cap. P. & G. num.* 6. *in fine, vers. si verò Papa*, & refert pro eadem Innocentium, & Baldum, Socinus *cons.* 87. *num.* 3. *lib.* 3. Rolandus *cons.* 88. *num.* 21. *volum.* 1. Maranta *in praxi* 4. *p. dict. distinct.* 12. *num.* 26. Barbosa *in dict. art.* 3. *num.* 170. *&* *art.* 4. *num.* 42. Capiblancus *in pragmat.* 8. *part.* 1. *num.* 106. *&* 107. *de Baronib.*

1232 Ex quo rectè infert idem Barbosa *dict. art.* 4. *num.* 43. exemptos non solum, quia Clerici sunt, vel personæ Ecclesiasticæ, ex regula generali textus *in dict. cap. significasti, de foro compet.* non posse sine licentia Papæ, superioris sui prorogare jurisdictionem alieni Judicis; sed etiam quia Papa reservat suæ cognitioni causas exemptorum, & sic eorum

rum causæ sunt de reservatis Principi.

1233 Secundò infertur officiales Regios perpetuos Regni Neapolitani, videlicet Regentes Collateralis Consilii, Præsidem Sacri Consilii, Locum-Tenentem Regiæ Carmeræ Summariæ, Consiliarios ejusdem Sacri Regii Consilii, & Præsidentes Regiæ Cameræ, in causis criminalibus non posse consensu suo prorogare sine licentia Regis Domini nostri, jurisdictionem alterius inferioris Judicis, etiam Proregis. Quoniam eorum causæ criminales sunt de reservatis Principi, ut constat ex Regio rescripto, quod refert Regens Tapia *in decisionib. supremi Italiæ Cons. decis. 3. ex num.* 151. nunc *ex prag.* 11. *de offic. Judicum* in compilatione novissima, adnotavit Capiblancus *in dict. prag. 8. part. 1. n.* 107. *&* 108. & ego animadverti *supra n.* 1112. ubi vide. Quod si ex reservatione provenit, ut voluntaria prorogatio exemptorum cedat in magnam Principis irreverentiam, & injuriam, ut expendunt Covarruvias, Peregrinus, & Barbosa, paulò ante relati, quanto majorem irreverentiam committere, & injuriam inferre reservationi Regiæ censendus est, qui adversus eos invitos, & reluctantes, præsertim innoxios, & immerentes procedere, eosque calumniis persequeretur, molestiisque, & vexationibus afficeret? Res est, quæ tangit Regiam authoritatem, & quæ postulat exemplarem, & solemnem animadversionem, si quis tam audacter, & potenter, ne dicam inverecundè se gerat, ut regia præcepta contemnens, authoritatem regiam, à Principe supremo sibi reservatam, usurpet, non secus, ac si titulos Principi reservatos arrogaret sibi, aut regiis cæremoniis uteretur, quod olet, & sapit læsæ majestatis crimen, juxta tradita ab Aymone Craveta *cons.* 28. *num.* 2.

SUMMA SECTIONIS SEXTÆ.

1234 *Facta prorogatione, potest successor in officio uti jurisdictione prorogata.*

1235 *Jurisdictio prorogata non transit in successorem, cum sit contemplatione personæ.*

1236 *Prorogatio facta in judicem non habentem successorem, extinguitur, extincta ejus jurisdictione.*

1237 *Sententia lata in causa à judice prorogato, appellatio interponitur ad judicem superiorem prorogati, non ad superiorem prorogantium, si sit diversus.*

Appellatio semper est interponenda gradatim.

Si prorogatio fiat in judicem, à quo non potest appellari, non poterunt appellare prorogantes.

Si non potest appellari à Judice proprio prorogantium, & potest appellari à prorogato, potuerunt prorogantes appellare à sententia prorogati.

1238 *Prorogatus potest mandare exequutioni sententiam adversus prorogantes si potest sententiam suam exequutioni mandare adversus subditos proprios.*

1239 *Si jurisdictio judicis talis est, ut ad exequutionem egeat auxilio alterius jurisdictionis, prorogata ejusdem jurisdictio, eodem auxilio indigebit in prorogata causa.*

Prorogatio non immutat jurisdictionis naturam.

In Regno Castellæ, non possunt Ecclesiastici judices sententias latas contra laicos subditos exequi quoad personas, aut bona, nisi implorato auxilio à sæcularibus.

Decisio l. Episcopale, in fine, C. de Episcopali audientia hodie cessat.

1240 *Judex prorogatus compelli potest sententiam ferre, si prorogationi consensit.*

1241 *Judex prorogatus potest causam, in qua prorogatus est, delegare, sicut cæteras causas propriæ jurisdictionis.*

1242 *Coram judice prorogato sortitur quis forum legitimum, & competens, tàm in civilibus, quàm in criminalibus.*

1243 *Cum sortitur quis forum, ex sola prorogatione ante litis contestationem potest à foro electo discere.*

1244 *Id locum habet, etiamsi suo foro renunciaret.*

1245 *Reus absens à loco judicis prorogati non compellitur in judicium venire in loco prorogationis.*

1246 *In foro prorogationis, deducta in judicium*

cium ſola actione perſonali, reus abſens conveniri non poteſt, etiam ſi habeat bona in eo loco.

1247 *Attento jure communi poteſt reus citari à judice prorogato legitimè.*

1248 *De jure Regni Caſtellæ virtute ſubmiſſionis generalis in quemcunque judicem, etiam cum renunciatione declinatoriæ non poteſt procedi ad exequutionem contra reum petitam, niſi reus ſit præſens, vel bona reperiantur in loco judicis, coram quo petitur exequutio, quod limitatur, ut ibi.*

1249 *Cum forus prorogationis concurrit cum alio modo ſortiendi forum, diſtinguendum eſt, an renuncietur declinatoriæ, an non renuncietur.*

1250 *Prorogatio concurrens cum alio foro, non renunciata declinatoria, facit, ut non poſsit forus declinari, ſed judex eo caſu procedit eodem modo, quo poteſt judex loci contractus, & hoc caſu non poteſt peti remiſsio rei à judice loci, ubi eſt præſens.*

Ubi non adeſt renunciatio declinatoriæ fori, non poteſt ex contractu peti remiſsio rei ad locum contractus.

1251 *Ubi concurrunt forus legitimus, & forus prorogationis, & adjicitur renunciatio fori, judex non ſolum non poteſt declinari, ſed poteſt etiam compellere reum abſentem coram ſe comparere, & petere à quocunque judice remiſsionem rei, ad ſuum tribunal.*

In hoc caſu limitatur regula generalis, in contractibus non eſſe locum remiſsioni.

1252 *Clericus contrahens, extra locum domicilii, renuncians foro, ſine ſui ſuperioris licentia, remittendus eſt ad judicem Eccleſiaſticum loci contractus.*

1253 *Explicatur* leg. 20. tit. 21. lib. 4. Recop. *& proponuntur quatuor exempla in ea contenta.*

SECTIO SEXTA.

Qui ſint effectus prorogationis?

1234 PRimus effectus prorogationis eſt, ut facta in judicem prorogatione, poſsit ſucceſſor in officio eadem juriſdictione prorogata uti. Ita ſentiunt Paulus *in dict. leg.* 1. *num.* 3. Cagnolus *ex n.* 11. Barboſa *art.* 1. *ex num.* 169. *verſ. his ita explicatis eum n.* 170. *ff. de judiciis*, Socinus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 59. *de foro compet.* Menchaca *quæſt. uſufr. eq. cap.* 14. *num.* 23. *&* 24. Maranta *in praxi* 4. *part. dict. diſtinct.* 12. *num.* 9. Franciſcus Marcus *deciſ.* 73. *num.* 10. 1. *part.* Decianus *tract. criminalib. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 12. Ratio eſt, quoniam cùm ex parte judicis ad prorogationem ſit neceſſaria juriſdictio, prorogatio ſemper videtur facta magis contemplatione juriſdictionis, quàm perſonæ judicis; quo fit, ut juriſdictio prorogata tranſeat in ſucceſſorem, argumento regulæ textus *in cap. quoniam Abbas* 14. *de offic. deleg.* ubi omnes notant *& in leg.* 47. *in fin. tit.* 18. *part.* 3. ubi Gregorius *gloſſ.* 8. Alexander *in leg. more, num.* 9. *in fin. ff. de juriſd. omn. Judic.* Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 45. Everardus *in locis legal. lib. loco* 122. *à vi ſubrog. n.* 3. *&* 4. Bobadilla *lib.* 2. *politic. cap.* 20. *num.* 39. Probat ille textus, & Doctores iſti, delegatione facta in aliquem ratione, contemplatione, & nomine dignitatis, tranſire in ſucceſſorem dignitatis: idem igitur dicendum eſt de prorogatione.

1235 Limita tamen prædictum primum effectum, ſi conſtiterit prorogationem factam fuiſſe contemplatione perſonæ habita ratione qualitatis ejus, videlicet ſcientiæ, vel integritatis, & ideò prorogatio facta fuerit ſub nomine proprio: nam tunc prorogatio non tranſibit in ſucceſſorem. Quæ limitatio colligitur *ex dict. cap. quoniam Abbas*, eamque tradit Speculator *lib.* 2. *tit. de compet. Judic. aditi n.* §. 1. *num.* 8. Cagnolus *in dict. leg.* 1. *num.* 12. Calefatus *n.* 20. Barboſa *art.* 1. *num.* 171. *ff. de judiciis*, & ad eum ſenſum reducendus eſt Marianus *in d. cap. ſignificaſti, n.* 59. *verſ. Primo caſu, in fine, de foro competenti.*

1236 Secundus effectus eſt, qui colligitur ex hac limitatione primi, ut ſi prorogatio facta fuerit in Judicem, qui ſucceſſorem non habeat, ut in delegatum, & ejus juriſ-

risdictio finiatur,quia fuerit revocata, ut *in l.judicium solvitur, ff. de judiciis*, vel aliter fuerit extincta, tunc etiam jurisdictio prorogata expiret, & omninò cesset. Ita sentiunt Speculator, *lib.2.tit.de compet. Judic. addition.§.1.n.9.* Antonius Butrius *in d. cap. P.& G.n.30.de offic.delegat.* Albericus *in d. l.1.n.10.*Barbosa *d.art.1. n.69. ff. de judiciis*,Marianus *in d.cap.significasti,n.59. vers. Secundo casu, & vers. Concludit*, Decianus *tract.crimin.lib.4. d.cap.23. n.8.* Ratio est, quia prorogatio jurisdictionem non dat,sed præexistentem præsupponit,& in ea fundatur,neque ejus naturam immutat, aut alterat, accidens autem destruitur destructa substantia, ædificium corruit diruto fundamento, & cum principalis causa non subsistit, accessoria permanere non possunt, *l. cum principalis 139. ff.de regul. jur. cap. accessorium, de reg.jur. in sexto.*

1237 Tertius effectus est,ut prorogatione facta,& sententia lata in causa à Judice prorogato,appellatio sit interponenda ad superiorem Judicis prorogati, ad quem ordinarii subditi ipsius prorogati appellare solent, non autem ad Judicem superiorem prorogantium, si ille sit diversus. Ita sentit Speculator *ubi supra,n.12.* Marianus *in d.cap.significasti,n.58.* Ratio est,quoniam appellatio semper est interponenda gradatim, *l. præcipimus 32. C.de appellat. l.Imperator 21. ff.eod.tit.cap.dilect.52. de appellationib.* Sed Judex superior appellantium, si est diversus à superiori Judicis,à quo appellatum est,non facit illi gradum,ergo ad illum non debet appellari. Deinde,quia jurisdictio prorogata est eadem jurisdictio, & ejusdem naturæ cum præexistente,ut dixi *supra,n.972.* sed cùm Judex exercet jurisdictionem suam in proprios subditos,interponitur ab eo appellatio ad suum superiorem. Ergo ad eundem debet interponi, cùm utitur jurisdictione prorogata.Ex quo provenit, ut si prorogatio fiat in Judicem, à quo non potest appellari,non possit tunc appellari à sententia lata ab eodem Judice inter prorogantes, ut probat textus, *in l. Episcopal.9.* ubi ex ipso notat Bartolus, & Baldus,*n.1.C.de Episcopal. audient.* Romanus *singul.11.* Panormitan.*in cap.causam 14. n.2.in fine, de re judicat.* Imola *in d. cap. P. & G. num.67.* Marianus *in d. cap. significasti, num.48. vers. Assumo nunc*, Paulus *in d.l.1.n.4.*Cagnol.*n.6.* Barbosa *art.5.n.13. & 14.ff.de judiciis*,Decius *cons.3.n.8.*Gamma *decis. 222. n.11. & 12.* Antonius de Matthæis *de prorogation.jurisdict.n.77.vers. Et si talis.* Et è contra si prorogantes non possent appellare à sententia Judicis proprii,sed inferiores ordinarii prorogati possunt ab eodem appellare,poterunt quoque appellare prorogantes, ut notat Albericus *in ead.l.1.n.10.ff.de judiciis*,Marianus *in d. cap.significasti,n.58.* Gamma *decis. 222. n. 10. 11. & 12.* Decianus *tract. crimin. lib. 4.d. cap.23. n.7.* Quoniam videlicèt jurisdictio prorogata est ejusdem naturæ cum præexistente, & per prorogationem non alteratur jurisdictio.

1238 Quartus effectus est, ut facta prorogatione, & lata sententia à Judice prorogato, ipse idem,si jurisdictio ejus inter subditos est talis naturæ,ut suas sententias possit mandare exequutioni,possit eam etiam vi prorogationis exequutioni mandare. Ita sentiunt Speculator *lib.2. tit. de compet.judic. addition. d.§.1.n.13.*Antonius Butrius *in d.cap.P. & G. n.30.* Imola *ex n. 130.de offic.delegat.* Marianus *ubi supra, n. 52.* Alexand. *in l.à Divo Pio, §.sententiam Romæ,n.6.in fine, ff. de re judicat.* Decius *in l.cum quædam 19.in princ.n. 7.* Cagnolus *n. 26.ff.de jurisdict.omn.judic.* Barbosa *in d.l. 1.art.5.n.29. cum seqq. ff.de judiciis*, Antonius de Matthæis *de prorogation. jurisdictionis,n.77.versic. Sequitur præterea*,Guido Papæ *decis.77. n.4.* qui dicit hoc servari de stilo, Decianus *tract. criminal. lib.4. d.cap. 23.n.11.* Capiblancus *in pragmat.8. p.1. n. 104. de Baronibus.* Ratio est, quia jurisdictio ex prorogatione adquisita,est ejusdem naturæ,& eadem cum jurisdictione innata, propria,& naturali, ut modo dixi. Ergo si jurisdictio propria est idonea ad exequendum suas sententias inter subditos,erit quoque potens, & sufficiens prorogata ad exequendas sententias inter prorogantes.

1239 Limita tamen istum effectum, si ju-

juriſdictio,quæ prorogatur , non poſsit inter ſubditos ſuos exequi per ſe ipſam ſuas ſententias, ſed eas debeat exequi, invocato auxilio alterius juriſdictionis : nam tunc prorogatio juriſdictionis non efficiet,ut Judex poſsit ſuas ſententias exequi, ſed egebit ad exequendam ſuam ſententiam alterius Judicis brachio, & auxilio per litteras requiſitorias,aut hortatorias invocato. Ratio eſt eadem modò notata, quoniam prorogatio non immutat juriſdictionis naturam & conditionem , & quemadmodum non minuit ejus poteſtatem,eam non auget,ſed judicatur ſecundum vires, & ſimilitudinem juriſdictionis prorogatæ, ut ait Bartolus *in d.l.Epiſcopale,n.* 1. & Paulus *n.* 1.*in fine* , *C. de Epiſcop.audient.* Hæc limitatio probatur ex textu *in ead. l. Epiſcopale* 9. *in fine*, præſuppoſito ad inductionem , quod ibi notat Baldus *n.* 2. Paulus *n.* 3. Barboſa *d. art.* 5. *n.* 32.*in fine*,Bernardus Laurentius *in tract. Judex ſæcularis,in quibus poteſt imponere manus in perſonas Clericor. ſine metu excommunicationis,n.* 18.*tom.* 11. *tract.* 1.*p.* (Guillelmus Benedict. *in cap.Raynuntius, verb. Et uxorem , deciſ.* 2. *n.* 131. *de teſtam.*) ſcilicèt Epiſcopos tempore illius legis nullum habuiſſe territorium quoad temporalia , neque familiam,per quam poſſent exequi ſuas ſententias , & ideò tunc neceſſarium erat eas exequi per alios, invocato auxilio , & brachio ſæculari.Quemadmodum,& hodie in Regno Caſtellæ non poſſunt Eccleſiaſtici Judices exequi ſententias latas contra laicos,etiam ſibi ſubditos, quoad perſonas, aut bona eorum , niſi implorato auxilio à ſæcularibus, ut ſtatuitur *in l.* 14. *&* 15. *tit.* 1.*lib.*4.*Recopil.* ubi notat, & explicat Azevedus, qui alios allegat, (Parladorius *lib.* 2.*rer.quotid.cap.fin.* 2.*p.*§.2. *ex n.* 1. tractat latè Cevallos *in ſpeculo pract. tom.*4. *quæſt.* 897.*ex n.* 1.*&* *ex n.* 38. Peguera *deciſ.* 92. juxta impreſsionem anni 1605. Barcinonenſem , nam in cæteris deſideratur. Anguianus, qui etiam latè *tract.de legibus, lib.* 3. *controv.* 30. Hævia Volaño *in Curia Philippica*, 2.*p.* §. 12.*n.* 14. Rodriguez *de executione,cap.* 2. *ex n.* 18. Decian. *tract. crim. lib.*4.*cap.*26.*n.* 15. Ripol. *variar.reſol. cap.* 1.*ex n.* 36.Rovit. remiſsivè *in pragm.* 5.*n.* 5. *de citationib.* Sintagma *communium opinionum,lib.* 3.*tit.* 1.*n.* 117.*&* *n.* 122.)&Covar. *in practicis,cap.* 10.*n.* 1. *&* 2. (& in Gallia, ut apud Paponium *Arreſtorum , lib.* 1. *tit.* 5. *Arreſt.*26. *&* *lib.*7. *tit.*6. *Arreſt.*61. Guillelm. Benedict. *ubi ſupra, num.* 130. & in Portugalia, ut apud Barboſam *in l.qui prior* 29.*ex n.* 100.*ff.de judiciis*,) & in ſimili notat Panormit. *in cap. ſi quis contra* 4. *n.*31. *de for.comp.* loquens de ſententia Doctoris, aut Rectoris ſcholarium , qui eadem ratione,quod careant territorio, & familia, non poſſunt ſententias ſuas exequutioni mandare, ſine auxilio alterius Judicis ordinarii. Deciſio tamen *d.l.Epiſcopale,in fine*, hodie ceſſaret,cum Epiſcopi jam habeant territorium,& familiam,etiam quoad temporalia, *cap.* 1.*de offic.ordin.cap.cum contingat* 13. *de for.comp.* & notat Barboſa *ubi ſupra, n.*33. Atque in ſenſum hujus limitationis accipiendi ſunt , & juxta eam intelligendi , & ad eam reducendi , Alexand. *in d. l. cum quædam* 19.*in princ.* Jaſo *n.* 5. *ff. de juriſd. omn.judic.* Felinus *in d.cap.P. & G. n.*8. *de offic.deleg. & in cap.poſtulaſti* 14.*n.* 11.*verſ. Contrarium ſentit,de for.compet.* Guido Papæ *deciſ.*77.*n.*4. Maranta *in praxi* 4.*p. d. diſt.* 12.*n.* 19.& apertius omnibus loquutus Anton. de Matth.*ubi ſupr. n.*77. *d.verſ.Sequitur præterea* , dum negant ſententiam latam à Judice prorogato , poſſe ab eodem exequutioni mandari: id enim ita demum verum erit,ſi Judex prorogatus ſententias latas inter ſuos ſubditos ex juriſdictione propria non poſſet exequutioni mandare.

1240 Quintus effectus eſt , ut Judex prorogatus compelli poſsit, ſi ſemel prorogationi conſenſit, eamque expreſsè,aut tacitè admiſit, cauſam ad ſe per prorogationem delatam lata ſententia diffinitiva terminare,ſicut in cæteris cauſis,de quibus vi juriſdictionis propriæ ſine prorogatione cognoſcit, *l.de quare* 74.*in princ. ff.de judiciis, l.Prætor.* 13.§.*ſi poſt cauſam, ff. de vacat. & excuſat.muner.* Probatur ex textu *in l. ſancimus* 6.*C.de advocat.diverſ. judic. & in l.munerum* 18.§.*judicandi, ff. de muner. & honor.* juncto textu *in l.* 3.§.*tametſi, ff.de arbitr.*

bitr. Ità sentit Speculator *d.§.1.n.13.& 22.* Antonius de Butrio *in d.cap. P.& G. 40.n. 20. vers.Requiritur tertio,* Imola *n.124. de offic.deleg.* Marianus *in d. cap significasti, n. 51.de foro compet.* Decianus *tract.crimin.lib. 4.d.cap.23.n.10.* Barbosa *in d.l.1. art.2.n. 27. ff.de judiciis,* Antonius de Matthæis *de prorogat.jurisdict.n.77.vers.Insuper sequitur, & vers.Quod verum putat.*

1241 Sextus effectus est,ut Judex prorogatus possit causam,in qua prorogatus est delegare,sicut posset causas propriæ jurisdictionis. Ratio est, quia jurisdictio prorogata est ejusdem rationis,& naturæ cum jurisdictione propria,& præexistenti , ut sæpius dixi. Ergo si Judex potest delegare causas ad propriam jurisdictionem pertinentes, ut *in l.à judice 5.C.de judiciis,* poterit etiam delegare causam, in qua est prorogatus , nisi natura illius delegationem non admittat. Ita sentiunt Speculator *lib.2. tit. de compet. judic.adition.d.§.1. n.12. in fine,* qui tamen exigit, ut lis sit contestata , sed ante litem etiam contestatam , & indistinctè prorogati delegationem admittit, Socinus *in d.cap. significasti, n.50.* potiori ratione, & Abbas Panormitan. *cons.61.n.3. 1.p.* Gamma *decis.222.n.12.* Decianus *tract.crim. lib.4.d. cap.23.n.9.* Barbosa *in d.l.1. art.5.n.2. ff. de judiciis.*

1242 Septimus tandem effectus prorogationis est,ut possit conveniri reus coram Judice prorogato , cui se submisit , & coram eò forùm competens , & legitimum sortiatur,tàm in civilibus,quàm in criminalibus, ut ex hucusque dictis constat; verùm ut iste effectus omninò explicetur, oportet distinguere diversos casus, ut aperiatur,quid in unoquoque servari debeat.

1243 Primus casus est,cùm aliquis solùm ex prorogatione constituit sibi forum, & forus prorogationis non concurrit cum alio modo sortiendi forum. Exempli gratia, si duo Aversani consentirent in Judicem Capuanum, vel duo Toletani in Judicem Burgensem , vel Cordubensem. Quo casu dicendum est sortiri illos forùm apud Judicem prorogationis, verùm data alterutrius pœnitentia ante litis contestationem, vel alium actum , quo se Judici prorogato subjicientes reddant prorogationem irrevocabilem, posse à foro electo resilire,& à Judice prorogato recedere , ut constat ex dictis *supra, sect.2. ex n.1003. cum seqq. ad n.1011. & n.1029. cum seqq.*

1244 Quam resolutionem ampliabis, ut similiter locum habeat , sivè quis renunciavit suo foro , seu exceptioni declinatoriæ fori (quod idem est) sivè non renunciaverit , ut constat ex dictis *supra,n.* 1047. *&* 1049. *&* 1050. *juncto n.* 1054.

1245 Verùm ea resolutio limitanda est primò , ut non procedat , si reus sit absens à loco,cui præfectus est Judex prorogatus: nam tunc, etiam non data pœnitentia, non poterit conveniri in loco prorogationis, ut compellatur in judicium venire. Ratio est,quoniam iste forus prorogationis, qui ex voluntate partium conformi resultat, non est efficacior , quàm forus contractus, imò cum sit maximè similis,minus est efficax,tùm quoniam provenit ex pacto nudo, quod infirmius est contractu,tùm quoniam potest revocari pœnitentia alterius ex consentientibus,*d.l.si convenerit,* cum ibi notatis, *ff.de jurisdict.omn. judic.* quod non potest forus contractus qui firmus est,& irrevocabilis ab initio. At in foro contractus contrahens conveniri non potest,nisi ibi inveniatur, ut dixi *supra, quæst.4.n.218.cum seqq.* Ergo neque in foro submissionis, seu prorogationis. Quod statuit apertè *d.l.20. in fine,tit.21.lib.4.Recopil.vers.c.Otrosi mandamos,* & animadvertit Covarruv. *in practicis,cap.10.n.6. vers.Undecimò ex his,* & ego notavi *d.n.1054.*

1246 Limita secundò, ut in foro submissionis,seu prorogationis solius,si deducatur in judicium sola actio personalis , & non realis, reus absens conveniri non possit , etiamsi habeat bona in loco subdito Judici prorogato. Ratio est , quia existentia bonorum nullum effectum habet , nisi actio,qua igitur,& quæ in judicium deducitur,realis sit: quare idem prorsus dicendum est actione personali mota, & reo absente, sivè bona sint,sivè non sint in territorio judicii,ut animadverti *supra,d.n.1504.* ut vi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

delicet reus abſens non poſsit cogi venire ad judicium.

1247 Attento tamen jure communi exiſtimo virtute hujus pacti poſſe reum inſtante actore citari legitimè à quocumque Judice, in quem fuerit conſenſum, cùm ipſo jure cenſeatur facta prorogatio, ut dixi *n.* 1029. Qua citatione facta non excludetur reus ab allegatione declinatoriæ, verùm ſi eam omittat, & ſe conveniri patiatur, aut contumax fuerit, ea in propria contumacia, quæ incurritur ex citatione facta à Judice loci contractus, juxta dicta *ſupra, quæſt.* 4. *n.* 221. poterit Judex, qui eum legitimè citavit, procedere propria authoritate admiſsionem in poſſeſsione bonorum, quæ reus habet in diſtrictu prorogati; in poſſeſſionem verò eorum, quæ habuerit extra diſtrictum per litteras hortatoriales, eodem prorſus modo, & ſub eiſdem conditionibus, & limitationibus, quibus dictum eſt de Judice loci contractus, *d. quæſt.* 4. *ex n.* 220. quaſi Judex prorogatus eſſet Judex loci contractus, ſolum ab eo diſcrepans, quòd coram Judice loci contractus, non poteſt reus opponere declinatoriam, poteſt verò ea oppoſita ſubterfugere judicium prorogati.

1248 De jure verò Regni Caſtellæ crederem hoc correctum eſſe *in d.l.* 20. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* Nam virtute ſubmiſsionis generalis in quemcunque Judicem, adjecta etiam renunciatione declinatoriæ fori, quæ neque majorem vim habet in hoc caſu, quam ipſa prorogatio, neque alium habet effectum ut dixi *ſupra, n.* 1047. & 1049. non poteſt procedi ad exequutionem inſtrumenti guarentigiati contra reum petitam à Judicibus inferioribus, niſi vel reus ipſe perſonaliter, vel bona ejus reperiantur in loco ſubdito Judici, coram quo petitur exequutio, atque ita neque per requiſitorias ille Judex poterit decernere exequutionem: vel miſsionem in poſſeſsionem, & eas per alterum fieri mandare, ut conſtat *ex d.l.* 20. Quod tamen in Judicibus ſuperioribus Curiæ, ſeu Alcaldis, limitat prædicta lex in principio, quos ex ſola prorogatione cum renunciatione fori factos Judices, decernit poſſe facere exequutionem per requiſitorias contra reos abſentes, & bona extra diſtrictum, & eos petere ad ſe remitti, ut paulò poſt in fine hujus ſectionis repetemus. Hæc quod attinet ad primum caſum.

1249 Secundus caſus principalis eſt, cum foros prorogationis concurrit, cum alio modo ſortiendi forum, veluti cum foro contractus, rei ſitæ, hæredis, vel privilegii; ſub quo rurſus comprehenduntur alii duo. Aut enim litigantes ſimpliciter conſentiunt in Judicem, & non renunciant exceptioni declinatoriæ fori, & *l. ſi convenerit, ff. de juriſdict. omn. judic.* aut conſentiunt in illum Judicem, contractus rei ſitæ, privilegii, &c. renunciantes prædictæ *l. ſi convenerit*, & exceptioni fori declinatoriæ.

1250 Primo caſu dicendum eſt, ſubmiſsionem, & prorogationem ex conjunctione, & colligatione cum alio foro legitimo, eum effectum habere, ut non poſsit opponi declinatoria ad ſubterfugiendum judicium, & ſic prorogationem manere, & reddi irrevocabilem, ſed reum manere ſubjectum Judici loci contractus, eodem modo, quo ſi ſubmiſsio facta non fuiſſet. Ita ut prorogatio ex admixtione cum foro conjuncto participet irrevocabilitatem, ſed forus contractus nullam vim novam participet ex prorogatione, quam antea non haberet. Ex hoc enim conſenſu non fiet, ut Judex loci contractus alio modo poſsit contra reum procedere, quàm procederet prorogatione non facta, quaſi expreſsio ejus conſenſus, qui tacitè contractui ipſi inerat, nihil operetur, *l. hæc verba* 3. *ff. de legat.* 1. ubi Doctores. Dueñas *regul.* 285. *littera E.* quare prædictus Judex peterit citare reum ſine metu declinatoriæ fori, poterit decernere miſsionem in poſſeſsionem bonorum abſentis, ſi ſe defenſurus non comparuerit, ſed non poterit petere à Judice loci, ubi reus adeſt, ut eum ad ſe remittat, ut dixi *d. n.* 220. ex textu celebri *in cap. Romana*, §. *contrahentes, de foro compet. in ſexto, cum n. ſequent.* Nam ut contrahens in loco contractus conveniatur præcisè: & cogatur ad judicium venire, neceſſaria eſt ejus præſentia,

tia,ut dixi *d.q.*4.*n.*218.& ſic ubi non adeſt renunciatio, non poteſt ex contractu peti remiſsio rei ad locum contractus, ut adnotavit Covarruv.*in practicis,cap.*10.*n.*6.*verſ. Undecimo ex his,*Thuſcus *littera F.concl.*442. *n.*11. & planè ſentiunt omnes, qui ad effectum remiſsionis poſtulant fori renunciationem, quos ſtatim *n. ſequenti* referemus, & indicat *d.l.*20. *in fine,tit.*21. *lib.*4.*Recop.* quæ etiam ad effectum, ut procedat Judex contractus contra abſentem,requirit renunciationem proprii fori.

1251 Secundò caſu dicendum eſt,ubi cum foro legitimo concurrit forus prorogationis,& adjicitur renunciatio fori, & *d. l.ſi convenerit,* effectum eſſe non ſolùm, ut Judex prorogatus non poſsit declinari,ſed etiam ut poſsit compellere reum abſentem coram ſe comparere,& perſonaliter ſiſtere, petereque à quocumque Judice per litteras hortatorias, ſeu requiſitorias, ut eum ad ſe remittat, & Judex requiſitus obſequi teneatur,limitata generali regula, in contractibus non eſſe locum remiſsioni,de qua dixi *d.quæſt.*4. *n.*218.referens pro ea plurimos Doctores. Eſſe verò in hoc caſu celeberrimam ejus limitationem dixi *n.*219. ubi remiſsi ad hunc locum majorem ejus declarationem.Tradit autem hanc limitationem Gloſſa celebris, & ſingularis *in l.* 1. *verb. Pro non dato, cum ſcholio ſequenti, ff. ſi quis in jus vocat. non jerit.* Quam approbat ibi Bartolus *n.*3. Albericus *n.*2. qui dicit approbatam eſſe uſu judiciorum, Baldus *n.*5. Paulus *n.* 11. & 12. Romanus *n.*5. Socinus *n.*15. Alexand.*n.*6.*cum ſeqq.* Jaſo *n.*9. Oroſcius *n.* 6. qui ait eſſe ſententiam in ſcholis, & judiciis receptiſsimam, quamvis eam reprobent Angelus *n.*3.& Fulgoſius *n.* 3.& 4.Sed communem Gloſſæ opinionem, præter dictos ſequuti ſunt Panormitanus *in cap.*1.*n.*23. *de judiciis,* Marianus *in cap. dilecti,n.*39.*de foro competenti,* idem Romanus *ſingul.*283. regula eſt,idem Socinus *regula* 416.*fallent.*1. & *regul.* 417. *fallent.*1. *aliàs littera R.regul.*5. & 6.*in fallent.*1.Bernardus Diaz *regul.* 642. *remiſsio, fallent.*1. Decius *in d.cap.*1. 1.*lectur. n.*165. & 166. *de judiciis,* Ripa ibi *n.*65. Felinus *n.*6.*verſ. Ubi renunciatum eſt,* Alciatus *n.*33.*verſ.Fallit etiam,* Covarruv. *in practic. cap.*10. *n.*5. *verſ.Quintò hinc, & verſ. Sexto ſubdeducitur,* Menchaca *quæſt. uſufrequent. cap.* 25. *n.*4. Aviles *in cap.*27.*Prætorum,verb.Entreguen, n.*19. Avendañus *tit.de las excepciones,n.*9. *verſ.Item d. clauſ. poterit,* Azevedus *in l.*1. *n.*54.& *in d.l.*20.*n.*14. & 15.*cum ſeqq. tit.* 21.*lib.*4.*Recop.* Gutierrez *de juament. confirmat.*3.*p. cap.*16.*n.*4. Paz *in praxi,* 1.*tom.* 4.*p. cap.*2.*n.*8. Menochius *de præſumption. lib.*6. *præſumpt.*6.*n.*8. Barboſa *in d.l.*1.*art.* 3.*n.*224. & *in d.l. hæres abſens* 19. §.1. *n.* 43. & 45.*ff.de judiciis,*Riccius *collect.*750. Thuſcus *litter.F.d.concl.*442. *n.*9. Molinus *de brachio ſæculari,lib.*2.*cap.*28. Antonius de Amato *variar.reſolution. reſolut.*33.*n.*13.& 14. Capiblanc. *in pragm.*8. *p.*2.*n.* 152. & 153. *de Baronibus.* Et ejus Gloſſæ ſententiam approbavit, & ſervari juſsit apud nos Hiſpanos,*d.l.*20.*tit.*21.*lib.*4.*Recop.* de qua Paz ubi *ſupra,n.*12.

1252 Amplianda autem eſt hæc reſolutio, ut procedat, etiam ſi Clericus contrahens extra locum domicilii, renunciaverit foro ſine ſui ſuperioris licentia, nam ex vi hujus renunciationis remittendus eſt ad judicem Eccleſiaſticum loci contractus ut ſupra tetigi *n.*1083. & docuit Barboſa *in d. leg.* 1. *art.* 3. *n.* 223. quem ſequutus eſt Capiblanc. *in d.prag.*8.*part.*2.*d. n.*153.*de Baronib.* Ratio eſt, quia renunciatio iſta non dat forum, ſed corroborat forum contractus à jure conſtitutum, *in d. cap. dilect. de foro compet.*

1253 Has reſolutiones confirmat, & continet apertè, ſi rectè intelligitur, *d.leg.* 20.*tit.*21.*lib.* 4. *Recop.* quæ tota eo tendit, ut cum forus prorogationis conſtituitur ſeorſim ab aliis, etiam cum renunciatione proprii fori, judex prorogatus nihil poſsit efficere niſi reo præſente, aut ejus bonis conſtitutis in territorio,& diſtrictu ſuo:cum verò forus prorogationis ſupperadditur foro alioqui competenti, & cum eo conjungitur adjecta renunciatione proprii fori, poſsit judex prorogatus procedere adverſus reum abſentem, & bona ejus extra diſtrictum ſita,per requiſitorias,adverſus præ-

sentem verò, & bona in districtu inventa, authoritate propria. Idque statuit prædicta lex propositis quatuor exemplis. Primo de submissione facta in judices Curiæ, quos vocamus, *Alcaldes de Corte*. Secundo de submissione facta in Præsidem, & Auditores Regiarum Cancellariarum, aut aliorum Regni Auditoriorum. Tertio de submissione facta in judices Provinciarum, quos vocant, *Alcaldes de Adelantamientos*. Quarto de submissione facta in cæteros judices Regni ordinarios. Dum tamen ad inductionem præsupponatur, districtum tàm Regii Consilii, quàm Regiorum Auditoriorum, atque item Judicum *de los adelantamientos*, quòad causas primæ instantiæ esse distantiam quinque leucarum in girum à loco auditorii, *leg.* 21. *tit.* 5. *lib.* 4. *tit.* 7. *lib.* 2. *Recop. leg.* 17. 24. 27. 31. *tit.* 4. *lib.* 3. *Recop.* Verum prædicta resolutio, ut judex ex sola prorogatione nihil possit efficere contra reum absentem, cum simul absunt bona à suo districtu, ex prædicta lege limitanda decernitur in primo illo ex propositis casibus, seu exemplis, quo submissio, & prorogatio facta est in judices Curiæ, seu *Alcaldes de Corte*, cum renunciatione fori. Nam isti judices constituti ex sola prorogatione, possunt contra reum absentem, & bona extra districtum mittere literas requisitorias, & petere reum ad se remitti, & causam exequutionis prolata addictionis sententia definire, & terminare, ut rectè explicat Azevedus *in d. leg.* 20. Ratio autem hujus limitationis non alia esse potest, nisi quòd Rex voluerit istis majoribus judicibus, majorem authoritatem, & potestatem tribuere, quàm cæteris ordinariis inferioribus, dùm eorum jurisdictio prorogatur. Ex quo habes effectus prorogationis factæ sine renunciatione, & prorogationis factæ cum renunciatione, quando est separata ab aliis foris, & ejusdem prorogationis cùm conjungitur cum aliis foris. Hactenus dictum sit de foro prorogationis, & tota ista prolixa disputatione, quæ ut mihi, & multò stetit tempore, & maximo labore, ita optarem, ut cedat in proximorum magnam utilitatem, & publicam, majoremque Dei optimi Maximi honorem, & gloriam. Neapoli 8. Januarii die, anni 1629.

SUMMA DISPUTATIONIS TERTIÆ.

1 *JUdicibus non licet negotiari cum subditis, mutuum accipere non est negotiari.*

2 *Sententia prima, judicem accipientem mutuum incurrere crimen repetundarum.*

3 *Qui accipit mutuum, accipit à subditis compendium.*

4 *Et est venditor legum, & Provinciæ.*

5 *Præsumitur fraudem facere legi, qui cum liberè actum facere non potest, dicit facere se eo modo, quo potest.*

6 *Secunda sententia negativa, & ejus AA.*

7 L. Præsidis, §. Prœses, ff. si certum petatur, *exponitur*, & n. 8.

9 *Leges Castellæ quoad prohibitionem munerum strictiores sunt, quàm leges juris civilis, & Canonici.*

10 *Qui accipit à subditis id, quod non æstimatur pecunia, non violat leges Castellæ.*

11 *Mutui datio non est pecunia æstimabilis. Usura omni jure est illicita.*

12 *Error est in fide, usuras esse licitas. Leges, & statuta permittentia, usuras abrogata esse canonico, cui standum est.*

13 *Mutui acceptio non est judicibus prohibita.*

14 *Qui accipiebat mutuum sub usuris non censebatur corruptus jure antiquo.*

15 *Judices possunt emere à subditis sibi necessaria, etiam creditò.*

16 *Approbatur secunda sententia.*

17 *Limitatur primò.*

18 *Limitatur secundò.*

19 *Cessante impressione licet Judici à subditis mutuum accipere.*

20 *Ferè omnes Authores prioris sententiæ rem ex professo non tractarunt. Communis opinio est, quem sequuntur, qui rem ex professo disputant, non qui aliorum authoritate sine judicio, & examine ducti.*

21 *Qui accipit gratis mutuum, nullum sentit compendium.*

22 *Non debet quis alteri onus imponere ob id, quod gratis facere debet.*

Leg.

23 L. quiſquis, C. ſi certum petatur, *quadruplex interpretatio*, & n. 24. 25. & 26.

27 *Non eſt ſubveniendum ei qui in neceſsitate ſe poſuit*, & n. 28.

29 *Præſumitur fraus contra judicem mutuum accipientem, ex adjunctis circunſtantiis. Judex abſtinere debet à mutuo quantum fieri poſsit.*

30 *Mutuum ſi verè conſtet contractum à judice, nulla pœna dignus eſt.*

DISPUTATIO III.

Utrum judex poſsit gratis mutuum recipere à ſubditis, licitè, & ſine nota criminis repetundarum?

Ad leg. 1. tit. 6. lib. 3. Recop.

1 LOngè diverſa eſt quæſtio iſta, ab ea, utrum licitum ſit judicibus negotiari cum ſubditis, de qua diſſerunt Doctores *in leg. principalib. ff. ſi certo petat.* ubi textus eam decidit negativè, cum quo convenit noſtra *leg. 5. tit. 5. part. 5.* & ibi notat Gregorius Lopez *gloſſ. 2. & ſeqq.* & in Regno Neapolitano *prag. 1. de mercat. official. prohibita*, tractat Peregrinus *de jure fiſci, lib. 4. tit. 7. n. 12.* Eſt inquam hæc quæſtio diverſa, quoniam mutuam accipere pecuniam ſimpliciter non eſt negotiari, ut notat per textum ibi *in leg. eum 19. in princ. verb. util. ff. de inſtit. action.* ubi notat Angelus, Salicetus, Paulus, Bartolus *in leg. legat. 65. in princ. n. 2. ff. de legat. 3.* Baldus *in lib. 1. n. 2. C. de inſtit. & exerc. act.* Benvenutus Stracca *de merc. part. 1. n. 40. & 41.* Quod igitur diſputandum ſuſcipimus eſt, utrum ſecluſa negotiatione judex, qui mutuam accipit pecuniam gratis, ſine uſurarum præſtatione, non ut mercaturæ det operam, ſed ut ſuis neceſsitatibus ſatisfaciat, eo ipſo incurrat crimen repetundarum, ſeque ſindicatoris coertioni, & ſupplicio ſubjiciat.

2 Prima ſententia ait, judicem, qui mutuum accipit à ſubditis gratis, & ſine uſuris, incurrere crimen repetundarum, poſſeque ob id in ſindicatu puniri. Ita ſentiunt Baldus *in leg. 1. n. 4. ff. de calumniat. & in l. quiſquis 16. n. 1. C. ſi cert. petat.* Paris de Puteo *de ſindic. verb. corrup. cap. 3. n. 1.* Jo. Bernard. Diaz *regul. 508.* Gregor. Lopez *in leg. 6. tit. 4. part. 3. gloſſ. 3. in fine*, Matiencus *in dialogo relat. 3. part. cap. 25. n. 1. verſ. 4. ſi fuerit, & cap. 31.* Thomas Grammaticus *conſ. 35. ſuper cauſis fiſcalibus, n. 8. verſ. item committit.* Menochius *de arbitrar. judic. lib. 2. centur. 4. caſu 342. n. 34.* Maſcardus *de probationib. concl. 164. n. 4. & concl. 454. corruptelæ vitium, n. 10. & 11. vol. 1.* Tiber. Decianus *tract. crim. lib. 8. cap. 35. n. 7.* Farinacius *in praxi crimin. quæſt. 111. n. 171. vol. 3.* Cardinalis Thuſcus *lit. C. concl. 1053. n. 4. tom. 2. lit. O. concl. 100. tom. 5.* Amad. *de ſindicat. n. 166. verſ. item ſi accep.* Aviles *in cap. 1. prætor. verb. dadiv. n. 14.* Azevedus *in leg. 1. n. 23. in fin. tit. 6. lib. 3. Recop.* Bobad. *lib. 2. politic. cap. 12. ex n. 61.*

3 Probatur primò hæc ſententia, quoniam quicumque Judex accipit aliquid à ſubditis, ex quo quid omninò compendii ſentiat, intelligitur corruptus, & incurrit crimen repetundarum, ut probatur manifeſtè *ex l. 56. tit. 5. lib. 2. Recopil. & ex l. 6. in fine, eod. tit. & ex l. 1. tit. 6. lib. 3. Recopil.* Sed Judex, qui recipit mutuam pecuniam, ſine uſuris à ſubditis, ex illa gratuita receptione ſentit commodum, & compendium, *l. quin etiam 2. ff. de calumniator.* Ergo iſte Judex cenſeri debet corruptus. Confirmatur, quia ob eandem rationem cenſetur calumniator, qui ut alicui negotium faciat, vel non faciat, recipit gratuitam pecuniam mutuam, *d. l. quin etiam*, quoniam inquam, vetitum eſt accipere pecuniam hac de cauſa, vel aliquid pro pecunia, ſentireque ex hoc quoquo modo aliquid compendit, *l. 1. l. & generaliter 3. in princ. ff. de calumniator.*

4 Secundò, eandem ſententiam videtur expreſsè probare textus *in l. quiſquis 16. C. ſi cert. petat.* juxta interpretationem Baldi ibi, in qua is, qui dederit Judici mutuam pecuniam fenebrem, puniri jubetur, quaſi emptor legum, ac Provinciæ. Ergo multo magis puniri debet Judex, qui eum accipit quaſi venditor legum, ac Provinciæ; juxta regulam vulgarem correlativorum, qua ſta-

ſtatuitur diſpoſitum in uno ex correlativis, includere aliud, *leg.* 1. *C. de cupreſſis ex luco Daphnenſi, lib.* 11. & tradita ab Abbate Panormitano *in proœmio Gregor. n.* 19. & 20. Gregor. Lopez *in leg.* 11. *tit.*7.*part.*6. *gloſſ.* 1. Aviles *in cap.* 1.*prætor.verb.donacion, ex n.*14.*ad* 19.Tiraquello *de retract.lignag.* §. 1.*gloſſ.*9.*n.*171. ubi ex textu *in leg.ult.C. de edict. D. Adrian. tollend. & ex dict. leg.* 1. probat regulam iſtam procedere in correctorii,& pœnalibus: correlativa autem ſunt emptio, & venditio, *juxta dict. leg.* 1.

5 Tertio, quoniam præſumitur fraus facta legi, quoties cùm quis actum liberè facere non poteſt, actui titulum juſtum imponit, profiteturque ſe actum facere eo modo, quo juſtè poteſt fieri, *leg. qui teſtament.* 27.*ff.de portionib.leg.*3.*tit.*14.*part.*3. Rebuffus *in repet.textus in cap. extirp.* §. *qui verò, n.*93.*de prebend.* Antonius Gomez *in leg.*29.*Tauri n.*23.*verſ.Ex quibus infertur,* Joannes Garcia *de nobilit.gloſſ.*2.*in princ.n.* 18. Ludovicus Molina *de Hiſpan. primog. lib.*2.*cap.* 10.*n.*39. Petrus Barboſa *in leg.* 1. 6.*part.n.*29.*&* 31.*ff.ſolut.matrim.* Jacobus Menochius *de præſumpt. lib.*2.*præſumpt.*67. *n.*9.*&* 10.*& ſeqq.* Janinius *de citatione reali, lib.* 2.*cap.*6.*n.*65. Loſeus *de jure univerſitat. part.*3.*cap.*10.*n.* 10. (Avendañus *de cenſib. cap.*45.*n.*8.9.10. *&* 11.) Sed judex prohibitus eſt, ne accipiat aliquid dono, *dict. leg.* 1.*tit.*6.*lib.*3. *Recop.* Ergo ſi accipiat pecuniam titulo mutui, præſumendum eſt adverſus ipſum eſſe palliatam donationem, fraudemque committi adverſus prædictam legem.

6 Secunda ſententia contraria aſſerit, Judicem, qui accipit mutuo verè à ſubditis pecuniam gratuitò, & ſine uſuris ad ſublevandas ſuas neceſsitates, non incidere in crimen repetundarum. Dixi, *mutuo verè*, quoniam ſi dolus, aut fraus intercederet, imponereturque titulus mutui muneri gratuitu, & donationi, jam eſſet verum crimen, delictumque multò pejus, quàm eſſet aperta doni receptio ſiquidem non ſolùm violatur lex, ſed etiam peccatum tegitur, ne puniri poſsit. Quæ circunſtantia malitiam auget, & aggravat delictum, cui miſcetur contumatia, *leg.ult.ff. de rit.nupt.* & reddit dignum graviori pœna, *leg.ſi domin.*2.*verſ.qui ſi meæ, ff.de iis, qui ſunt ſui, vel alien. jur.leg.releg.*4.*in fin.ff.de pœn.* notat Baldus *in leg.fraus* 29. *ante n.* 1.1.*lect. ff.de leg.*& Ariſtoteles *lib.*7.*de morib. ad Nicomachum, cap.* 7. *& lib.* 6. *Eudemior.cap.*6. egregiè docuit, quò quiſque occultior, & inſidioſior eſt, eò eum eſſe injuſtiorem, quo injuſtior autem eſt, eo eſſe turpiorem. Quò conferunt congeſta à Joanne Roxas *de hæreticis* 1.*part.ex n.* 72. & Ribadeneira *de virtutib. Principis Chriſtiani, lib.*2.*cap.*2.

Secundam iſtam ſententiam ſequuti ſunt Accurſius *in l. Præſidis* 34. *verb. Non prohibetur.ff. ſi cert.petat.* Bartol. *in l.principalibus,n.*2. *ff. eodem,* Angelus *ibi in princip. & n.*1. Salicet. *n.*1. *&* 2. Paulus *n.* 1. Alexand. *n.*4. *verſ. Quintò limita, & in lectura noviſsima ejuſdem legis, n.*11. *&* 12. Decius *n.* 13. Jaſo *in princ. & n.*2.*verſ. Quartò limita,* idem Salicetus *in d. l.quiſquis* 16. *n.*1.*C.ſi certum petat.* ubi ait,hanc eſſe communem DD. ſententiam, Baldus ſibi contrarius *in l.venales, n.* 5. *C.quando provocar. non eſt neceſſ.* Aviles *in cap.* 1.*Prætorum,verb. Donacion, n.*25. Cataldinus *de ſindicatu, n.* 50. *in fine,quæſt.*96. Peregrinus *de jure fiſci,lib.*4.*tit.*7.*n.*12. *verſ.Limita quartò.*

7 Probari autem videtur iſta ſententia ex textu expreſſo *in l.Præſidis* 34.§.*Præſes, ff.ſi cert. petat. Præſes Provinciæ* (ait Juriſconſultus Paulus) *mutuam pecuniam fenebrem ſumere non prohibetur.* Et ad eum locum Accurſius, quem cæteri frequenter ſequuntur, ita interpretatur, ut non prohibeatur Præſes accipere mutuum ad uſum ſuum quotidianum.

8 Sed reſpondebit quiſpiam non ineptè, eo textu nullatenus probari propoſitam ſecundam ſententiam,quoniam Juriſconſultus loquitur de longè diverſo caſu.Dubitabatur enim ibi, an liceret Præſidi mutuum accipere ſub uſuris: ratio autem dubitandi, qua convinci videbatur non poſſe, ea erat, quoniam negotiatio, fœnoriſque exercitium Præſidibus erant interdicta, juxta textum *in l.principalibus.præcedentem, & l.eos* 3. *C.ſi certum pet.* & adnotata à Peregr. *de jure*

refiſci, lib.4.tit.7.n.12. in princip. quo fieri videbatur, ut quemadmodum Præſes fœnori dare non poterat, ita neque ſub fœnore accipere, juxta regulam de correlativis, quam expendimus *ſupra, n.4.* Nihilominus reſolvit Paulus, licere Præſidibus mutuum accipere ſub uſuris, ſeu quia mutuam accipere pecuniam, non ſit negotiari, ut animadvertimus *ſupra, n.1.* ſeu quia neceſsitas, quæ lege caret, *cap. quantò, de conſuetudine, cap.2. in fine, de obſervat. jejunior.* excuſare eum poterat, ut plerique Doctores obſervarunt, inter quos Peregrinus *ubi ſupra, verſ. Limita quartò,* ſeu potius, quod ſatis eſt veriſimile, minus ſit indecens Præſidem ſub uſuris, accipere mutuum, quam dare cum nota turpis quæſtus, & illiberalis negotiationis. Agere verò Juriſconſultum de mutuo ſub uſuris, ex eo patet, quoniam Præſidi licere dixit accipere mutuam pecuniam fœnebrem, quæ pecuniæ qualitas intelligi debet, juxta tempus verbi, ex vulgari regula textus *in l. in delictis, §. ſi damnum, aliàs, §. ſi extraneus, ff. de noxalib. actionib. l. ſi uxor, in princip. ff. ad leg. Jul. de adulter. l. Titius 25. ff. de milit. teſtam.* ac per conſequens pecuniam tunc eſſe fœnebrem, cum à Præſide accipitur, atque ita accipi ſub uſuris. Hæc autem deciſio parùm, aut nihil confert ad comprobationem propoſitæ ſententiæ, videlicet licere Judicibus accipere à ſubditis mutuam pecuniam ſine uſuris, quod planè ſubolfecit Antonius Faber *in rationalibus, in prædicto §. Præſes,* poſt hæc ſcripta editus.

9 Fundamentum igitur firmum, ac ſolidum iſtius poſtremæ ſententiæ eſt, quoniam leges Regni noſtri, videlicet, *d. l.6. in fine, & l.56. tit.5. lib.2. Rec. & l.1. tit.6. lib.3. & l.21. tit.1. lib.9. Rec.* prohibent ne Judices quidquam accipiant à ſubditis gratuitum, cujuſcumque ſit valoris, etiam eſculentum, aut proculentum, neque ex eorum donis, quid uſquam compendi ſentiant. Rigidiores certè leges, quod ad hoc attinet, quàm vetera jura civilia, & canonica, juxta quæ notum eſt, non uſque adeò Judices ab omni munerum genere abſtinere debere, quin licitum fuerit ipſis quædam dono accipere, ſaltem eſculenta, aut proculenta, *l. ſolet, §. non verò. ff. de offic. Proconſul. & Legat. Nonverò* (ait Ulpian.) *in totum Xeniis abſtinere debebit Proconſul, ſed modum adjicere, ut neque morosè in totum abſtineat, neque avarè modum Xeniorum excedat, &c. Nam valdè inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſsim viliſsimum, & omnia avariſsimum,* monetque ſervandum eſſe verus proverbium, *neque omnia, nec paſsim, neque ab omnibus,* de quo meminit Eraſmus *Adagiorum, chiliad.2. centur.4. adag.16. l. Plebiſcito 18. ff. de offic. Præſidis. Plebiſcito continetur* (ait Modeſtinus) *ne quis Præſidum munus, donumvè caperet, niſi eſculentum, poculentumvè, quod intra dies proximos prodigatur,* & Bonifacius *in cap. ſtatutum 11. §. inſuper, de reſcriptis in ſexto,* delegatis Eccleſiaſticis permittit non cupidam, & illiberalem acceptationem muneris eſculenti, aut proculenti mera liberalitate oblati, quod paucis conſumi poſsit diebus, ne xenia producantur ad munerum qualitatem, juxta conſilium Ulpiani, quod adnotavit Menochius *de arbitrariis Judicum, lib.2. cent.6. caſu 517.* Sanctè tamen jura noſtra patria reſtrinxerunt periculoſum iſtud arbitrium, ſublata penitùs ſub hoc velo peccandi occaſione cupidis hominibus, quales utinam non ſint, qui Judicum officia exercent, radicituſque avaritiæ ſemina, & ſomitem extirparunt, prohibendo Judices ab omni omnino munere, ſive id pecunia ſit, ſive quævis alia rei pecunia æſtimabilis. Quod etiam animadvertit Molina *de juſtitia, tract.2. diſput.86. in fine, §. quod ad Regnum Caſtellæ,* & Florez de Mena *lib.1. variarum, quæſt.8. §.4. n.12.* referens alios. Hoc idem in ſua illa Republica ſub mortis pœna ſtatuendum cenſuit Plato *dialogo 12. de legibus, paulò poſt medium,* & in omni bene inſtituta Republica ſtatui oportere exiſtimavit, Petrus Gregorius *de Republica, lib.2. cap.6. n.16. ad finem,* quod confirmat egregia doctrina Philonis Judæi, *lib. de Judice,* & D. Thom. *opuſculo de eruditione Principum, lib.4. cap.3.4. & ſeqq.* ubi enumerat incommoda, quæ conſequuntur Principum Judicum, aliorumque miniſtrorum avaritiam, & rapacitatem, munerumque receptionem. Hæc ut rectè in noſtro Regno inſti-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſtituta ſunt, utinam tam rectè ſervarentur.

10 Quibus quidem legibus plenè ſatisfeciſſe cenſendus eſt, quicumque Judex ejuſmodi munera pretio æſtimabilia non acceperit, tametſi à ſubditis aliqua alia beneficia gratis accipiat, quæ & pecunia æſtimari non ſolent, & ob id gratis ab hominibus in homines conferuntur. Etenim qui aliis hominibus non eget, cuique eorum auxilio opus nor eſt, ſupra naturam humanam eſt, ut alio in propoſito animadvertit Ariſtoteles *lib.* 1. *Politicorum*, *cap.* 2. Ex eo verò, quod quis creetur Judex, non illicò ſupra naturam humanam conſtituitur, fitque particeps divinæ, aut angelicæ, ut cenſendus ſit ab omni neceſsitate immunis, & ab omni humanitate alienus; neque vera eſt ſuperbientium ſtultorum exiſtimatio, qui ſe, quod Judices ſunt, divinos ſcientia, & potentia, auctoritateque credunt, divinoſque honores depoſcunt, & exigunt. Non eſt itaque prohibitus Judex ab aliorum hominum officio, & ope, ut eleganter expendit Abulenſis *in Exod. cap.* 23. *q.* 8. Nonne poterit habere Sacerdotem, cui confiteatur peccata? Nonne poterit conſilium petere, & accipere à ſubditis quoties indiguerit? Quis credat votaſſe leges, ne Judex uno, vel altero die accipiat à ſubdito commodatum equum ad deambulandum? Quis perſuadeat ſibi, contra leges facere, ſi recreandi animi cauſa Judex in hortos ſubditorum ſe cedat, adhibita etiã comite familia? Planè Judici hæc, & ejuſmodi alia licent; hæc enim exempli gratia expreſſa ſunt, quamvis ex iis, & ſimilibus beneficium ſentiat, ejuſmodi enim beneficia non æſtimantur pecunia. Imò verò tam exigua ſunt, ut neque beneficii nomen occupare poſsint, ſi credimus Senec. *lib.* 4. *de beneficiis*, *cap.* 29. ea enim magis humanitati, quàm hominibus dantur, quæ etiam ſi gratitudine digna ſint, gratique nominis animum devincere ſoleant, qui ea accipit, nõ dicitur accepiſſe aliquid pecunia æſtimabile, ut cenſeatur corruptus, incurriſſeque crimẽ repetundarum.

11 Igitur (ut redeamus ad inſtitutum) qui pecuniam mutuam accipit ad uſum, nihil accipit pecunia æſtimabile. Ergo non poteſt videri corruptus, neque hujuſmodi acceptio cenſenda eſt legibus interdicta, quæ prohibent accipere à ſubditis munera pecunia æſtimabilia, cujuſcumque ſint valoris. Antecedens, videlicet uſum pecuniæ mutuæ, non eſſe pecunia æſtimabilem, tàm certum eſt, quàm uſuras eſſe illicitas, omnique jure, naturali, divino, & humano, canonico, & regio, prohibitas. Eſt verò hoc tàm certum, ut oppoſitum, ſit error in fide, *Clement.* 1. §. *ſanè*, *de uſuris*, & uſuras omni jure eſſe illicitas, latè proſequuntur Theologi Thomiſtæ cum D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. ubi Aragon, *in explicatione articuli*, Salon *controv.* 1. Dominicus Soto *de juſt. & jur. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 1. *concl.* 1. Joan. Medina *C. de rebus per uſuram adquiſitis*, *q.* 2. Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 304. *volum.* 2. Leonardus Leſius *de juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 20. *dubitat.* 4. *ex n.* 23. Rebellus *de obligationibus juſtitiæ*, *p.* 2. *q.* 2. *ſect.* 2. Bonacina *Summæ Moralis*, *tom.* 2. *tract. de reſtitutione*, *& contractibus*, *diſput.* 3. *q.* 3. *punct.* 2. *tertia propoſitione*, Vincentius Filicius *Moral. quæſt. tract.* 34. 2. *p. cap.* 1. *ex n.* 10. Azor *inſtitut. moral. tom.* 3. *lib.* 5. *tit. de uſura*, *cap.* 2. *Summiſtæ*, *verbo*, *Uſura*, Navarrus *in manuali*, *cap.* 17. *n.* 207. *verſ. Habetur ſecundo*, *& in commentario*, *cap. ſi fœneraveris* 14. *quæſt.* 3. *ex n.* 7. Covarruv. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 1. *n.* 5. Joan. Lupus, Palac. Rubeus *in repetit. cap. per veſtras*, *notabil.* 6. *n.* 5. & ibi Additionatores, Joan. Baptiſta Lupus *de uſuris*, *comment.* 1. *in l. curabit*, *C. de action. empt.* §. 3. *ex n.* 20. Simancas *de Catholic. inſtitut. tit.* 66. Gutierrez *lib.* 2. *canonicar. quæſt. cap.* 18. *ex n.* 1. Cagnolus *in d. l. curabit*, *n.* 3. & omnes Catholici communiter, ſcribit optimè Gaſpar Rodericus *de annuis redditibus*, *lib.* 3. *quæſt.* 4. *præſertim ex num.* 56.

12 Cavendum autem eſt ab errore eorum, qui uſuras licere exiſtimarunt credentes non eſſe peccatum accipere aliquid ultra ſortem ob pecuniam mutuo datam, quem errorem adſcribit Græcis, Guido Carmelita, quem refert Alphonſus de Caſtro *lib.* 14. *adverſus hæreſes*, *verb. Uſura*, & Carolo Molineo, Navarro, Covarruv. & Leſius, paulò ante relati. Cui item errori ad-

adhæsit Hermanus Meirer *tract. de pignoribus, & hipotheticis, lib. 1. tit. 7. n. 7. & 8.* eo ductus argumento, quod leges civiles juris antiquioris id lucrum recipere permittant, & ordinario Politica, cujus Deus author est usuras admittat. Sed ejus fundamentum non minus est erroneum, quàm concluſio, in cujus probationem adducitur. Etenim omissa ea difficultate, quàm inferius fortasis obiter attingemus, an antiqua jura civilia usuras saltem moderatas permiserint, in confesso est apud Catholicos omnes, multa per jura antiqua civilia permissa fuisse, quæ jure naturali sunt vetita, quemadmodum, ut alia omittamus, concubinatum, & meretricium; non ergo rectè argumentatur Hermanus, aut rectè colligit, licitum esse aliquid lege naturali, ex eo quod permittatur lege civili, nisi velit persuadere nobis de meretricio, & concubinatu, quod persuadere conatur de usuris ex eadem ratione, quæ planè infirma est. Quemadmodum etiam non rectè infertur licitum esse, quod legibus non punitur, *l. at si quis 14. §. Divus autem Marcus, ff. de Religios. & sumpt. funer.* observat Covarruv. *de sponsalibus, 1. p. cap. 4. in princip. n. 10. vers. Nec sequitur,* Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 3. d. q. 4. n. 56.* notavi superius *disput. 2. n. 270.* Quòd verò attinet ad id, de quo agimus, certum est apud Catholicos quascumque leges civiles permittentes usuras in præteritum, seu in posterum permissuras abrogatas fuisse decreto Concilii Viennensis, quod refertur *in d. Clement. unic. in princ. de usuris,* velut errantes contra naturale ejus. Qua in parte, utpotè in respectante ad animarum salutem, finemque supernaturalem, jus Canonicum prævalet civili, Pontificiaque potestas excedit laicas, ut rectè adnotavit Covarruv. *lib. 3. variarum, cap. 1. n. 6. vers. Ego sane,* Molina *de justit. d. disput. 304. §. Erant verò iniquæ, col. mihi 341. volum. 2.* Lesius *de justit. & jur. lib. 2. cap. 20. dubit. 4. n. 32.* Cardin. Thuscus *litter. L. concl. 277. n. 41. cum seqq. tom. 5.* Gaspar Roderic. *de annuis redditibus, lib. 3. d. q. 4. n. 56. 97. 104. & 105.*

13 Si igitur Judex, qui mutuum accipit gratis, nullum accipit donum, nullum munus admittit pretio æstimabile, ut eleganter probat D. Thom. 2. 2. *d. q. 78. art. 1. in corpore,* sed dumtaxat beneficium, quod merè gratis tenetur conferre in quemlibet proximum pius, & Christianus homo, ut idem D. Thom. docet *d. q. 78. art. 2. ad secundum,* non est cur censeatur violare leges prohibentes munerum, & donorum uniuscumque valoris acceptionem. Quam rationem, & fundamentum hujus sententiæ apertè præsensit, & approbavit Baldus *in l. venales, n. 5. C. quando provocar. non est necess.* cum dixit, non videri corruptum eum, qui recipit gratis pecuniam à fœneratore per ea, quæ notat Speculator *tit. de usuris,* quo in loco Speculator non aliud dixit, quàm usuras esse illicitas, & tuta conscientia exigi non posse, prohibitasque esse Jure Canonico, quod est propositum à nobis argumentum, congruamque solutionem habere non potest.

14 Secundo probatur prædicta sententia, quia Judex, qui juxta antiqua civilia jura accipiebat mutuam pecuniam sub usuris, non existimabatur corruptus, etiamsi eam sub usuris deberet, ut probat textus *in l. Præsidis, §. Præses, ff. si cert. petat.* quem expendebamus *supra, n. 7. & 8.* Ergo jure nostro non est delictum Judicem debere pecuniam sine usuris, quia usuræ deberi non possunt. Neque verò objiciat quis nobis textum *in l. quisquis 16. C. si cert. petat.* qui videtur directo contrarius textui *in d. §. Præses,* quoniam inferiùs in solutione ad secundum argumentum primæ sententiæ satisfaciemus ei antinomiæ.

15 Tertiò probatur quoniam Judices emere possunt, quæ necessaria sunt illis ad victum, & cultum, *l. unica, §. Provincias, C. de contract. Judicum, l. 5. tit. 5. p. 5.* notat Peregrin. *de jure fisci, lib. 4. tit. 7. n. 12. vers. Limita secundò,* ac per consequens non prohibentur, quin hæc necessaria emant etedito habita fide de pretio, Avilès *in cap. 2. Prætorum, verb. De mercaderia, n. 41. & cap. 4. verb. Sea obligado, n. 17. & 18.* Bobadilla *lib. 2. Politic. cap. 12. n. 51.* Neque enim Judices minus indigent cæterorum auxilio, quàm reliqui, paria autem sunt debere aliquid ex

mutuo, vel ex venditione: ea enim ratione usura committitur, si quis pluris vendat credito, quàm præsenti pecunia, quoniam in debito venditione inest mutuum, tacitum, & interpretativum, *cap. in civitate, de usuris*, & ibi Doctores, Joannes Baptista Lupus *de usuris, commentar. 3. §. 5. ex n. 100.* & docet D. Thom. *2. 2. q. 78. art. 2. ad septimum*, & Theologi communiter, Molina *de justitia, tract. 2. disput. 355.* Dominicus Soto *de justitia, & jure, lib. 6. q. 4. art. 1.* Lesius *de justitia, & jure, lib. 2. cap. 21. dubit. 6. n. 51.* Navarrus *in d. cap. si fœneraveris ex n. 26. & in manuali, cap. 17. ex n. 210.* Covarruv. *lib. 2. variarum, cap. 3. n. 7.* Gutierrez *lib. 1. Canonicarum quæstionum, cap. 39. n. 16. & seqq.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 2. n. 10.* Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 3. q. 7. n. 30. & 37.* Ergo Judices possunt etiam sine delicto accipere mutuam pecuniam sine usuris.

16 Meum verò judicium hac in re, si requiras existimo secundam sententiam verisimam, juxta quam censeo consulendum, & judicandum, si se casus offerat: dum tamen adhibeantur quædam cautelæ, seu mavis limitationes.

17 Primò igitur limitabis prædictam secundam sententiam, ut Judex mutuum accipere non possit à litigante, vel ab eo, qui proximè litigaturus sit apud ipsum. Quam limitationem apud Gallos lege à multis Regibus lata stabilitam esse testatur Guillelmus Benedictus *in cap. Raynuntius, verb. Duas habent filias, n. 51. de testament.* & expressè cavetur de jure Regni Neapolitani *in pragmat. 2. & 4. sub tit. de munerib. official.* notavitque Bajardus *ad Julium Clarum lib. 5 sentent. §. fin. q. 73. n. 30.* idemque statutum erat *in constitut. communiter, de prohibito Curalium commertio*, sequitur Cavallus *resolution. criminal. centur. 2. cas. 195.* Hoc enim casu vix est, ut possit cessare impressio, metusque ex parte mutuantis; præces enim Judicis comparatione litigantis habent latentem vim imperii, utpotè superioris erga subditum, ut eleganter cecinit Ausonius in epigrammate ad Theodosium Augustum.

Scribere me Augustus jubet, & mea carmina poscit,
Penè rogans, blando vis latet Imperio.

Atque præsensit divinus Plato *lib. 36. suor. oper. epist. 7.* cum ait, *Preces Tyrannorum necessitati permixtas esse non ignoramus*, notavit Bartolus *tract. de tyrannia, n. 21.* Mauritius *tract. de in integr. restitut. cap. 277. n. 15.* Rebuffus *tom. 2. in leges Galliæ, tract. de rescisione contractuum, in præfatione, n. 14.* Tiraquel. *in tract. de pœnis temperandis, caus. 35.* Erasmus Cochier *de jurisdictione, tom. 2. p. 2. q. 46. n. 5.* Cardin. Thuscus *lit. P. conclus. 484.* Celsus Hugo *cons. 120. n. 69. vers. Nec omitto*, Mascardus *de probationibus, conclus. 193.* (Afflictis *decis. 69. n. 5.*) Præsumit enim quicumque litigans, nisi Judicem sibi gratum reddat obsequio, obtemperando jussis, justitiam se non obtenturum à qua impressione, & metu, quàm maximè debent Judices abstinere ne incurrant pœnam statutam à *l. si per impressionem, C. de iis, quæ vi, metusvè caus.* videanturque tyrannicæ extorquere à subditis, quæ acceperunt, quòd præsumi, docuit Bartolus *in d. l. principalib. n. 2. ff. si cert. petat.* ex textu *in l. unica*, & ibi glossa, *C. de Salgamo hospitibus non præstando, lib. 12.* Decianus *tract. crimin. lib. 8. cap. 38. n. 17.* præsertim quia gratitudo Comes est nobilitatis, cum turpissima sit ingratitudo teste Senec. *initio, lib. 3. de beneficiis*, nobilitate autem Judicem exornatum esse oportet, ut prosequitur Matienz. *in Dialogo relatoris 3. p. cap. 2. & seqq.* ita fiet, ut si à subdito litigatore beneficia accipiat in ejus jus plus debito propendebat, liberque non sit in judicio, ac per consequens ad judicandum ineptus, quippè cum ut rectè docuit Divus Thom. *opuscul. 2. cap. 245.* ad rectitudinem judicii requiritur, ut animus Judicis sit liber ab his, de quibus judicaturus est: monendi sunt igitur Judices ne se istiusmodi suspicioni exponant accipientes mutuum à litigatoribus.

18 Secundò limitabis eandem sententiam, ut Judex non possit accipere mutuum gratis, & sine usuris à mercatoribus, & negotiatoribus, qui pecuniam in suis quæstuosis artibus occupant: nam si ab istis accipiat

piat gratis pecuniam mutuam, meritò censeri debet corruptus, ut notavit Caballus *d. caſ. 193. n. 4.* Ratio eſt, quia cùm iſtis ob damnum emergens, ac item ob lucrum ceſſans, licitum ſit in mutuo aliquid accipere ultra ſortem, ut docet D. Thom. *2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.* Sotus *de juſtitia, & jure, lib. 6. q. 1. art. 3.* Molina *de juſtitia, tract. 2. diſput. 314. & 315.* Leſius *de juſtitia, & jure, lib. 2. cap. 20. dubit. 10. & 11.* Navarr. *in manuali, cap. 17. n. 211. & 212.* Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 4. n. 1. & ſeqq.* Joannes Baptiſta Lupus *de uſuris, comment. 1. §. 6. n. 101. cum ſeqq.* Si Judex ab eis accipit gratis mutuam pecuniam, remittitur ei licitus quæſtus, qui ex hujuſmodi mutuo poſſet exigi, ea verò remiſsio, ac renunciatio vim habet donationis, ut docet Bartolus *in l. ſi fraudator 25. in principio, ff. quæ in fraud. credit.* Baldus *in Rubrica, n. 7. C. de revocand. iis, quæ in fraud. creditor.* Tiraquellus *in l. ſi unquam, verb. Donatione largitus, n. 173. & ſeqq. C. revocand. donat.* Covarruv. *lib. 2. variarum, d. cap. 4. n. 8.* qui alios refert, Caſtillo *in l. 55. Tauri, in verb. Por quito, n. 24. in fin.* Matienzus *in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopilat. gloſ. 3.* Navarrus *in comment. de ſpoliis Clericorum, §. 15. n. 5.* & eſt doctrina Gloſſæ *in cap. ex part. 12. verb. Dimittere, de offic. & poteſtat. judic. deleg.*

19 Exceptis iſtis duobus caſibus, ceſſanteque impreſsione, & violentia, ab uſuſuque poteſtatis judiciariæ, non crederem, imputandum Judici vitio, aut culpæ, neque imputarem in judicio ſindicatus, aut viſitationis, ſi mutuum accepiſſet à ſubditis gratis, quibus reddita principali ſorte, nihil ſubinde debet, quia nihil ab eis accepit, quod pretio poſsit æſtimari, ut dictum eſt.

20 Neque verò adverſus hanc ſententiam, quidquam faciunt argumenta in primæ probationem adducta. In primis autem (ne id quoque omittamus) ſi rectè expendantur loca authorum, quos pro ea retulimus, invenientur quamplures ex illis non exactè quæſtionem diſputaſſe, ſed retuliſſe ſe ad aliorum placita; inter quos enumerari poteſt doctiſsimus Gregorius Lopez. Baldus autem, item Avilès videntur in hoc articulo ſibi contrarii, & recantaſſe pali-

doniam. Bernardus Diaz regulam ſtatuit, quam cenſet limitandam, juxta Jaſonis doctrinam, ac per conſequens nobis contrarius non eſt, cæteri non exactè rem tractarunt. Non eſt autem magni ponderis authoritas eorum, qui ſine ullo judicio, & examine aliorum placita recenſent tacitè approbantes, quod adeò verum eſt, ut communis opinio dici non poſsit ea, quæ plures Doctores eam aſſerentes habet nulla diſputatione præmiſſa, ſed perfunctoriè, & (ut dicitur) per tranſennam illam ſequentes, ut doctè monuit Joannes de Nevizanis *in ſilva nuptiali, lib. 5. n. 29.* Alciatus *de præſumptionibus, regul. 1. præſumpt. 51. n. 2.* Menoch. *de præſumptionibus, lib. 2. præſumpt. 71. n. 39. & conſil. 51. n. 54. lib. 1.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. diſput. 44. n. 2. in princip.* Ideò multi dixerunt in nulla, aut parva conſideratione habenda eſſe, quæ perfunctoriè, & in tranſitu dicuntur, inter quos ſunt Tiberius Decianus *reſponſ. 30. n. 35. volum. 5.* Maſcardus *de probationibus, concluſ. 1143. opinionem communem, n. 11. volum. 3.* Antonius Gabriel *lib. 1. communium, tit. de teſtibus, concluſ. 4. n. 85.* Gonzalez *in regul. 8.* Cancellar. *gloſſ. 5. §. 8. n. 56. & ſeqq.* qui alios referunt. Et Navarrus *in manuali, cap. 27. n. 289.* rectè, & graviter cenſuit communiorem eſſe illam opinionem, quam ſex, vel ſeptem Authores claſsici rem ex profeſſo tractantes aſſererent, quàm probatam à quinquaginta ſola ferè authoritate priorum adductis, & qui more avium volatum anteriorum ſequantur, quod familiare eſſe Juriſconſultorum vitium, præter Navarrum, & Sanchez, relatos notarunt Decius *conſ. 494. n. 15. & conſ. 499. n. 12.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 8. n. 31. in fine*, & Joſeph Ludovicus *deciſ. Lucenſ. 21. num. 22.* Opinio enim communis non ex numero opinantium, ſed ex pondere authoritatis fit. Quam doctrinam vellem haberent præoculis ſtiliſtæ, & communiſtæ, quorum minus indocti ex multitudine Authorum, quod verum, & equum eſt, dijudicant, adverſantes præcepto Imperatoris *in l. 1. §. ſed neque, C. de veter. enucl.* alii ex ſolo ſtylo (ſic enim vocant) ſine lege, ſine Doctore, imo ve-

rò ex ſuo prorſus capite utinam benè ſano.

21 Ad primum argumentum reſpondendum eſt, conceſſa majori propoſitione, & negata minori, qui enim accipit gratis mutuam pecuniam, nullum ſentit compendium, cum ex mutuo, nullum poſsit licitum commodum mutuanti provenire, neque à mutuatario extorqueri, attento civili jure Hiſpano, & communi Canonico, imò verò naturali, & divino, ut notavimus *ſupr. n.* 11. *&* 12. Textus verò *in l. quin etiam*, procedebat juxta jus civile antiquum Romanorum, per quod licebat mutuantibus recipere uſuras ex mutuo, ut inferius attingemus, ac per conſequens, ſi cui pecunia mutua ſine fœnore dabatur, videbatur remitti compendium, & lucrum, quod leges illę permittebant accipere, quapropter cenſebatur corruptus, quippè cum lucrum ſentiret ex eo, quod alicui faceret, vel non faceret negotium; jure verò noſtro ea ratio ceſſat.

22 Ad confirmationem dicendum eſt, illicitum quidem eſſe, accipere mutuam pecuniam cum onere faciendi, aut non faciendi alicui negotium, ob id quidem, quod gratis debuiſſet, quis potiùs facere, quam extorquendo mutuum ab eo, qui ſpontè illud non daret. Itaque duabus de cauſis id turpiter accipitur, primò, quia per impreſsionem, & metum inducitur ad mutuandum is, qui alioqui non mutuaret, adnotata *in l. ſi per impreſsionem, C. de iis, quæ vi*, ſecundò, quia venditur id, quod gratis potius fieri debuiſſet, *l. ult. ff. de condict. ob turp. cauſ. l.* 54. *tit.* 14. *p.* 5. qui eſt optimus textus, & *l.* 47. *eod. tit.* Spectato igitur jure Caſtellæ non conſiſtit turpitudo recipientis in eo, quod ex mutuo gratuito compendium, & lucrum ſentiat mutuatarius ob onus injunctum, videlicet, ut alicui negotium faciat, vel non faciat, nullum enim ſentit, & reſtituens principalem ſortem reddit omne, quod debet, ſine ulla alia utilitatis, & lucri reliquia; ſed in eo, quod mutuantem compellit ad mutuandum, & onus mutuanti imponit ob id, quod gratis potius facere debuiſſet. Quemadmodum illicitum quoque eſt mutuare ſub pacto de re mutuando ut poſt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 78. *art.* 2. *ad* 4. & communem ſententiam Theologorum latè proſequitur Molina *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 308. *vol.* 2. & Gaſpar Rodericus *de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 18. tametſi remutatio ipſa non ſit res pretio æſtimabilis.

23 Ad ſecundum argumentum deſumptum ex *l. quiſquis, C. ſi certum petatur*, repondendum eſt eam legem duobus ſenſibus accipi poſſe, ſeu (ut cum vulgò loquar) duos habere intellectus, ut omittam alios, quos illi Accurſius aſsignat, tàm ibi, quàm *in d. l. Præſidis, §. Præſes, ff. eod. tit.* qui videtur textus contrarius. Primus eſt, ut intelligatur de eo, qui pecuniam fœnebrem, ideſt eam, quæ ſub uſuris dari ſolebat, dat Judici mutuam ſine uſuris; iſte enim jubetur puniri, quaſi emptor legum, ac Provinciæ, atque item Judex, qui eam accipit juxta iſta jura. Secus eſt, ſi quis daret Judici pecuniam fœnebrem ſub uſuris, aut ipſe ſub uſuris acciperet; iſte enim caſus, extra pœnam eſt, ut *in d. l. Præſidis, §. Præſes*, atque ita conciliari poteſt iſta Antinomia.

24 Quod ſi ita explicetur *d. l. quiſquis*, jure optimo procedebat, juxta jus civile antiquum Romanum, quo permittebantur uſuræ, ut adnotavit Covarruv. *lib.* 3. *variarum, cap.* 1. *n.* 6. *verſ. Ego ſanè*, Gaſpar Rodericus *de annuis redditibus, lib.* 3. *q.* 4. *n.* 56. *& ibi ex n.* 54. rem exactè examinat recitatis omnium ſententiis, Molina *de juſtitia, tract.* 2. *diſput.* 304. *§. quod ad jus Cæſareum, cum ſeqq.* Leſius *de juſtitia, & jure, lib.* 2. *cap.* 20. *dubitat.* 4. *n.* 31. *& ſeqq.* Idque non ſolùm, quia tolerantur uſuræ, quaſi conniventibus ſuperiorum oculis, ut alia pleraque illicita, ut nunc quoque publica proſtibula, & ſimplices formationes, quæ non deveniunt ad concubinatum, quas notat Hippolytus de Marſiliis *ſingular.* 150. *poſt Bartol. in l. ſi uxor* 13. *in princip. n.* 1. *&* 4. per textum ibi, *ff. ad l. Jul. de adulter.* & alios, (Peguera *deciſ.* 14. *n.* 11. 2. *p.* Grammatic. *deciſ.* 107. *n.* 6. 7. *&* 8. Cacheran. *deciſ.* 77. *n.* 33. Ripa *reſponſ.* 1. *n.* 5. *C. de naturali b. liberis*, Abulenſis *in cap.* 20. *Exodi, quæſt.* 23. & Auguſtinus *de Civitate Dei, lib.* 14. *cap.* 18. & ibidem Leonardus Coquæus,) impunibiles eſſe de ju-

jure, quo dumtaxat modo permissas fuisse usuras, videtur sentire D.Thom. 2.2. *d.q.* 78.*art.* 1.*ad* 3. sed etiam,quia quodammodo approbarentur concessa ab antiquis legibus actione ad eas recuperandas,& denegata repetitione, quasi quæstus usurarius non esset turpis, & illicitus, quidquid alii dixerint, de quo videatur Sotus *de justitia, & jure,lib.6.quæst.* 1.*art.* 1. *ad tertium argumentum*, Joann. Baptista Lupus *de usuris, comment.* 1.*in l.curabit,C.de action.empt.§.* 3. *ex n.* 35. Federicus Martini *de jure censuum, cap.* 1.*ex n.*65. Jam verò inter Catholicos eò res devenit, ut non levis dubitatio sit, an possit licitè Princeps Christianus usurarum exercitium subditis suis permittere, quam tractarunt Baldus *consil.*449. *jus naturale,lib.*3. Alexand. *consil.* 1. & 2. *lib.*2. (Afflictis *in Constit. Usurariorum, ex n.*25. *lib.*1.*rubric.*6.Molina *de justitia,tract.*2.*disputat.*304.*n.*19. Messia *de taxa panis, conclus.*2.*n.*69.) Covarruv.*lib.*3.*variar.d.cap.* 1.*n.*8. Thesaur.*decis.*57. in qua inseruntur de eadem reduo consilia,Marta *de jurisdictione,*2.*p. cap.*13.*ex n.*17. Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib.*3. *d.quæst.*4. *n.* 97. Itaque antiquo jure Romanorum spectato Judex, qui recipiebat sine usuris fœnebrem pecuniam, videbatur lucrari usuras,quæ possent juxta leges illas exigi, earumque remissio censebatur planè donatio, ut notavimus *supra,n.*18. jure verò nostro spectato, quod est conforme juri Naturali, Divino, & Canonico, nihil censetur accipere pretio æstimabile, qui pecuniam mutuam accipit sine usuris, præterquàm si acciperet ab eis,qui ratione damni emergentis, aut lucri cessantis possent ultra sortem aliquid exigere,juxta adnotata *d.n.*18. quo casu rectè procederet hodie, *d.l.quisquis.*

25 Sed quoniam fortasis prædicta interpretatio videbitur divinatoria, subjungam secundam, quam communiter Doctores amplectuntur,videlicet,*d.l.quisquis*,agere de Judice,qui accipit mutuum lucri, & negotiationis causa, quod tanquam à jure reprobatum pœna dignum est,textum verò *in d.l.Præfidis,§.Præses*,agere de Judice accipiente mutuam pecuniam ad usus necessarios. Ita conciliatur unus textus cum alio, & *d.l.quisquis*, non est adversa nostræ sententiæ. Ea interpretatio placuit Accursio *in d.l.Præsidis, verb.Non prohibetur*, Bartol. *in d.l.principalibus,n.*2.*ff.si certum petatur*,eam sequuti sunt Cinus, Albericus, Baldus, Angelus,Salicetus,Fulgosius *in d.l.quisquis*, & Paulus Castrensis *in d.l.principalibus*,ubi Romanus *n.*2. Alexand.*n.*2.& 4. *vers. Quinto limita*, Jaso *n.*2.*vers.Quarto limita*. Sed non video quantumvis sit communis, quomodo à divinatione sit excusanda, quod erat vitium præcedentis. Tametsi sciam licitum esse divinare ad conciliandas legum Antinomias, ut docuit Bartol. *in l. ita stipulatus* 115.*n.*28. *ff.de verborum obligatione*, quem sequitur Ripa *in l.*1.*n.*22. *ff. de vulgar. & pupillar.substit.*Petra *de fideicommissis,quæst.* 9.*n.*47. (Barbosa *in Rubric.*1.*p.n.*12. *ff.soluto matrimonio*, Gomez *in repetit. cap. ipso jure,ex n.*17.*de rescript.in* 6.Hippolytus Riminaldus *in repetit.cap. de quod vult deo, n.* 61.*de judiciis*,qui alios allegat) eleganterque adnotavit Claudius Cantiuncula *in topicis legalibus, in loco à comparatione, circa medium.*

26 Addo tertiam interpretationem, pœnam inquam,*d.l.quisquis*,latam esse, non adversus eum,qui Judici pœcuniam sub fœnore dederit ex vero mutui contractu,nulla simulatione, aut fraude interveniente, quod planè licebat,juxta textum *in d.l.Præsidis,§.Præses*,sed adversus eum,qui sub prętextu fœnoris Judicem donatione pecuniæ corrumpit,& adversus Judicem, qui se sub mutui prætextu corrumpi patitur, quod ex ipsius legis contextura conjici poterit. Expendamus litteram,quæ quod ad casum,de quo agimus attinet omisso,quod extra rem est,ita habet. *Quisquis Judici fœnebrem pecuniam mutuaverit, si in Provincia fuerit versatus,quasi emptor legum,ac Provincia, exilii pœna, una cum ipso Judice plectatur.* Certè *versari id Provincia*, non dicitur quis propriè, quod in Provincia habitet,vel degat, sed verbum, *versor*, magis ad mortes pertinet. Calepinus, *versor versaris,volutor,observor,tracto,nundinor,consuesco*, Calvinus in lexico ex Spiegelio,verbo,*versari,est autem*

ver-

versari in aliqua re assiduum esse, l. 1. §. 7. ff. de offic. Præfect. Urb. quare clausula illa, *quasi emptor legum, ac Provinciæ*, non est referenda ad verbum sequens, *plectatur*, sed ad illud antecedens, *fuerit versatus*, quis autem quæso versatur in Provincia, quasi emptor legum, & Provinciæ, nisi is, qui solet Judices donis corrumpere, eorumque favorem, & familiaritatem emere, ut pluris postea vendat, & eo modo sibi quæstum paret? Ita fit, ut lata sit lex adversus simulatos Judicum corruptores, qui sub mutui prætextu donationibus sibi Judices devinciunt, non adversus simplices homines, qui charitatis Christianæ, & misericordiæ, aut veræ amicitiæ affectu, Judicum necessitatibus subveniunt mutuata pecunia, quam post recipiant ab obligatis ad ejus restitutionem. Adjicio aliam conjecturam, quoniam lex duos casus complectitur, & duo delicta eadem, & pari pœna coercet. Primum est ejus, qui Judici pecuniam fœnebrem mutaverit: secundum ejus, qui honoris pretium dederit; ubi autem idem jus est, & eadem pœna, eadem etiam esse debet ratio delicti, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* cum similibus. In secundo autem casu Judici pretium datur honoris; ergo ut primus cum secundo conveniat, in primo pretium datur justitiæ sub paliata donatione, sine onere restituendi, ut quemadmodum in secundo Judex punitur, ut venditor honoris, ita in primo puniatur, quasi venditor justitiæ. Certè Salicetus *in d. l. quisquis*, hanc interpretationem subolfecit, *cum n. 1.* postquam dixerat, non posse subditum dare Judici pecuniam mutuam, adjecit: *Item nota, quod dans præsumitur Judicem corrumpere, ex quo sequitur, quod in eis barattaria præsumitur, licet titulus mutui adjiciatur*, consonat Alciatus *in d. l. Præsidis, n. 5.* explicans secundum casum *d. l. quisquis*, de eo, qui pecuniam dedit Judici, ut dignitatem emat, *quo casu* (ait) *suspectus esset, ne mutuante justitiam proderit*, & Decianus *tract. crim. lib. 8. cap. 38. n. 14.* cum iis, quos referemus *infra, n. 29.*

Verùm, ut ingenuè fatear, nulla ex istis interpretationibus difficultatem textus evacuat, neque mihi omnino placet. Magis arridet quarta interpretatio, quam tradit Julius Pacius *legum conciliatarum, centur. 3. q. 75.* videlicet *d. l. Præsidis*, agere de Præside, cui quia Præses est, licet mutuum dare, dictam verò *l. quisquis*, agere de Judice propriè sumpto nomine, idest de eo, qui actu Judex est, & apud quem litigatis, qui mutuum dedit. Quare tametsi verùm sit, appellatione Judicis, tùm Præsidem, tùm Prætorem, & cæteros Magistratus contineri, *l. si judex 41. ff. de minor. l. 1. ff. de judiciis, Rubric. ff. de rebus author. judic. possident.* nihilominus isti iidem Magistratus, quibus liceret mutuum dare aliàs, tunc mutuum accipere prohibentur, cùm ab iis recipiunt, inter quos judicant. Quod ideò placuit, ne prætextu mutui judicia corrumpantur, & sententiæ Præsidum venales sint. Igitur prædicta *l. quisquis*, solùm probat eam limitationem, quam tradidimus *supra, n. 17.* & nullatenus adversatur textui *in dict. l. Præsidis, §. Præses.*

27 Adversus tamen secundam interpretationem, quæ magis recepta est, objici posse videtur. Quia ratio cur Doctores permittunt Judicibus accipere mutuam pecuniam à subditis est, quoniam necessitate videntur excusari, cùm ad usus suos pecunia egent, quæ necessitas multa indulget, quæ ea secluſa nequaquam concedi possent, ut rectè observat Alciatus *in d. l. Præsidis, n. 7.* Salicetus *in d. l. quisquis, n. 1. in fine*, & nos *supra, n. 8.* At hæc necessitas ex eo non videtur eos excusare, quoniam se in necessitate constituerunt Magistratum subeuntes; necessitas autem excusare non solet eum, qui sibi causa necessitatis fuit, quare illi non est subveniendum, *l. si fidejussor 7. §. si necessaria, in fine ff. qui satisdare cogant. l. 2. §. si quis tamen*, & ibi glossa, *verbo, Arctaverit, ff. si quis cautionibus, l. 3. §. subvenitur ff. ad Sillanian.* Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum, n. 67. de constitut.* Gregorius Lopez *in l. 31. tit. 9. p. 1. gloss. 7. & in l. 22. tit. 11. p. 3. gloss. 3.* Covarruv. *lib. 2. variarum, cap. 16. n. 9. & in practicis, cap. 6. n. 2. in fine*, Menochius *de arbitrar. Judic. lib. 2. centur. 2. cas. 182. ex num. 37.* cum plurimis omissis. Melius igitur faceret Judex iste pauper, & egenus, si se Magi-

giſtra tu abſtinuiſſet,ne illum neceſsitas cogeret à ſubditis neceſſaria petere , & accipere mutuam pecuniam ad ſuas neceſsitates ſublevandas, quàm ſi voluntariè in egeſtatem incidendo , per Magiſtratus ſuſceptionem,prohibitionem legum excuſatione neceſsitatis effugiat.

28 Reſpondendum eſt , regulam quidem eſſe,nulli ſubveniendum, qui ſe in neceſsitate conſtituerit : verùm eſſe limitandam tunc, cùm culpa non eſt ordinata ad neceſsitatem; eo enim caſu , etiamſi culpa ſua quis in neceſsitatem inciderit , eum neceſsitas excuſat,& non reddit indignum beneficio. Quæ fuit doctrina Gloſſ. *in cap. quia diverſitatem, verb. Suſpenſus, de conceſſ. præben.* quem ſequitur Panormitan. ibi *n.* 11. & 13. Felinus *in d. cap. quæ in Eccleſiarum, n.* 67. *verſ. Non obſtat etiam, de conſtitution.* Decius ibi *n.* 37. qui loquitur in individuo de paupertate,docuit Bartolus *in l.* 2. *§. ſimili modo, ff. ſi quis cautionibus*, Angelus *in quæſt.* 6. *Bononienſes ſuæ civitatis bannitus, n.* 15. Menochius *de arbitrariis, caſu* 182. *n.* 59. Surdus *deciſ.* 262. *ex n.* 16. & alii nos diximus *diſp.* 2. *n.* 616. Non eſt autem putanda cauſa neceſsitatis Magiſtratus ſuſceptio,ſiquidem multi,divites etiam,tàm Magiſtratus,quàm non Magiſtratus incidunt quotidie in neceſsitates , ob quas coguntur petere mutuum. Ita fit,ut neceſsitas excuſet Magiſtratum ex communi Doctorum ſententia , ſi mutuum petat à ſubditis, quia non ordinatur Magiſtratus adminiſtratio ad neceſsitatem incurrendam , neque eam conſequitur neceſsitas infallibiliter, præſertim cum ex ſalario publico, & emolumentis Judex ali poſsit.

29 Ad tertium argumentum dicendum eſt,adverſus Judicem,non ex eo ſolo,quòd mutuum accipiat ad ſuas neceſsitates ſublevandas,præſumendam eſſe illicitam munerum palliationem, ſeu ſimulationem, alioqui ex eo,quòd emat neceſſaria ad victum, vel vendat ſemel,aut iterum ſuperflua,poſſet eadem ſimulatio præſumi; ſed id ex adjunctis circunſtantiis eſſe præſumendum, veluti ſi clàm acciperet,ſi interpoſita perſona ſuſpecta,ſi à litigatore,vel alio ſimili ſuſpitioni obnoxio. Verùm tamen ſi mutuum palàm, & bona fide contractum eſſet,& de ſimulatione non conſtaret, veluti ſi ſe Judex, vel in privato chirographo,vel publica ſcriptura obligaſſet ad id reſtituendum, vel accepiſſet mutuum ſub pignore , quod planè non feciſſet,ſi pecunia dono illa data eſſet, (ejuſmodi enim dona ſolent,tàm occultè accipi,ut nullum eorum remaneat veſtigium, neque poſsit donator, donatarium *ad reſtitutionem compellere*) *nullius criminis* eſſet reus Judex , qui eo modo mutuum acciperet. Tametſi verùm ſit , Judicibus conſilium eſſe dandum,ut quantum fieri poſsit obſtineant ab iſtis contractibus inter ſubditos,quemadmodum eos hortata eſt apud Neapolitanos *pragmat.* 4. *verſ. Præterea eoſdem, de munerib. official.* quoniam , ut prudenter animadvertit Molina *de primogeniis, lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 41. & *lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 29. *ex l. ſi pupillorum, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor.* antequam actus fiat, tutior pars eſt eligenda, Judex autem propter iſtas prohibitiones expoſitus eſt periculo ſuſpicionis , ut adnotavit Farinacius *in praxi criminali, q.* 111. *n.* 170. *cum tribus ſeqq. vol.* 3. Maſcardus *dict. concl.* 164. *n.* 5. Bajardus *ad Julium Clarum, lib.* 5. *ſentent. §. fin. quæſt.* 73. *n.* 27. & *ſeqq.*

30 Si tamen id fecerit urgente neceſsitate , conſtetque ſindicatori de veritate mutui præſertim ſi tempore ſindicatus jam ſolutum ſit , nulla pœna dignus eſt. Idque ſi benè advertamus probat argumentum ipſum, quod diſſolvimus , ſiquidem mutuum Judici factum vocat titulum juſtum prohibitæ donationis quod planè indicat licitum eſſe Judici mutui contractum exercere,illicitum verò donationem recipere , dolumque eſſe injuſtum juſti nomine, & titulo tegi,& diſsimulari , quod nos non negamus.

SUMMA DISPUTATIONIS QUARTÆ.

1 *TRiplex eſt genus emolumentorum Judicis.*

2 *Diſputatio tractanda eſt de Judice delegato ſalariato.*

3 *Judex delegatus non ſalariatus abſque dubio percipit partes pœnarum, &c.*

Ex-

4 *Extenditur resolutio ad Judices superiores, Auditores Regios, aut Alcaldos, cum delegantur.*
5 *Explicatur* l. 15. tit. 6. lib. 2. Recopil. & num. 6. & 7.
8 *Confirmatur resolutio aliis legibus, & limitatur.*
9 *Ratio decidendi,* d. l. 15.
10 *Secunda ratio decidendi,* d. l. 15.
11 *Titulus disputationis proponitur, & declaratur.*
12 *Prima sententia negativa.*
13 *Probatur primò.*
14 *Probatur secundò.*
15 *Probatur tertiò.*
16 *Probatur quartò.*
17 *Secunda sententia affirmativa,* & n. 18.
19 *Distinguuntur casus, & primus refertur.*
20 *Prima conclusio.*
21 *Laboris, & præmii perpetua est, & mutua proportio.*
22 *Ratio decidendi* in l. 9. tit. 5. lib. 3. Recop. *designatur omissa à scribentibus.*
23 *Præmium promissum capienti malefactorem, non debetur familiæ potestatis eum capienti juxta Bartolum.*
24 *Non debet quis duplici damno onerari.*
25 *Rationes decidendi* l. 31. tit. 6. lib. 3. & l. 11. tit. 21. lib. 4. & l. 13. tit. 7. lib. 9. Recopilation.
26 *Secundus casus proponitur.*
27 *Secunda conclusio, qua decidtur.*
28 *Tertius casus distinguitur.*
29 *Tertia conclusio.*
30 *Probatur efficaciter, & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*
31 *Eadem ratio quoad hoc militat in ordinario Judice, quæ in delegato.*
32 *Delegatus ad universitatem causarum est instar ordinarii.*
33 *Et cur Principes magis æstiment delegatos Judices, quàm ordinarios, curque eis magis faveant.*
34 *Non est lex, quæ prohibeat delegatos adquirere quædam lucra.*
35 *Consuetudinis, quòd Alcaldi Curiæ percipiant* derechos de los despreces omecillos, y sangre, *quænam sit ratio.*
36 *Dissolvuntur primum, & secundum argumentum primæ sententiæ.*
37 *Tertium argumentum dissolvitur.*
38 *Quarto argumento satisfit.*
39 *Admonitio Authoris, & omnes homines esse lucri cupidos, tametsi quidam dissimulent, aut contrarium simulent.*

DISPUTATIO IV.

Utrum Judex delegatus salariatus, possit ultra salarium erigere sportulas actorum, & partes pœnarum, quas leges Regiæ Judicibus designant, & applicant.

Ad l. 31. tit. 6. lib. 3. & l. 15. tit. 6. lib. 2. l. 11. tit. 21. lib. 4. & l. 13. tit. 7. lib. 9. Novæ Recopilationis.

1 EMolumentorum, quæ Judices ratione officii sui, onerisque injuncti percipiunt, tria sunt genera. Primum est, salarium publicum, quod in nostro Regno Hispano designatur, tùm ordinariis Judicibus, tùm delegatis. Secundum sunt minuta quædam commoda pecuniarum, quasi per stirpem collectarum jure actorum, quæ Judex quotidie facit, de quibus statuitur *in lib. 3. Recopil. tit. 10. del Aranzel de los derechos de las justicias ordinarias.* Has vocamus sportulas, de cujus nominis significatione videndi sunt Alexander ab Alexandro *lib. 5. genialium dierum, cap. 24.* Cælius Rodiginus *lib. 12. lectionum antiquarum, cap. 21. in fine*, Alciatus *lib. 3. dispunctionum, cap. 17.* Calvinus *in lexico juris, verb. Sportula,* Joannes Garcia *de expensis, & meliorationibus, cap. 21. ex n. 11.* ubi de translatione hujus nominis ad hæc significanda, & est in Codice Justiniani *tit. 2. lib. 3. de sportulis, & sumpt. ibus in diversis judiciis faciendi, &c.* Tertium genus emolumentorum est pars quædam pœnarum pecuniariarum, quam ob varia delicta leges Judicibus assignant, ut ferè in pragmaticis recentioribus designatur tertia, vel quarta pars pœnæ applicanda Judici sententiam ferenti. Item in rescriptis Regiis de administratione ejus contributionis, quam in nostro Regno, vulgò vocamus, *Millones,* & in statutis civitatum, & popu-

lo-

lorum circa cuſtodiam montium, & agrorum, ut erat ſtatuta in ſaltu illo, quem commemorat Gordianus Imperator *in l. 2. C. de noxalibus action.* De hoc tertio genere emolumentorum agit textus *in d. tit.* 10. *cap.* 1. 2. & 10. *lib.* 3. *Recop.* Eſt verò inter emolumenta primi, & ſecundi generis ex una parte, & emolumenta tertii ex alia, diſcrimen notatu dignum, quòd ſalarium, & ſportulæ Judicibus aſſignata cenſenda ſunt favorabilia, favore enim Judicis ſunt conſtituta, ut habeat unde alatur, eique de victu, & cultu proviſum ſit. Emolumenta verò tertii generis cenſenda ſunt odioſa, quæ non tàm reſpectu Judicis, & ut ipſe commodum ſentiat, ac diteſcat, deſignata ſunt à legibus ſtatutis, aut reſcriptis, ſed odio potiùs delictorum, atque ut Judices, & officiales, qui fortaſis, non ita permoverentur zelo utilitatis publicæ ad inſectanda delicta, ſed diſſimularent potius, ut plerùmque faciunt in iis cauſis, ex quibus commodum non expectant proprii lucri cupiditate, & quæſtus ſibi propoſiti aviditate ſaltem delinquentes perſequerentur, delictaque impunita non manerent, homineſque vel pœnarum, & mulctarum metu, quas ſibi certò ſciunt infligendas ſine ulla remiſsione, cùm ad officiales juſtitiæ jure pertinent, deterreantur à peccatis, & à delictis abſtineant. Tametſi enim leges iſtæ per accidens, (ut phyloſophicè loquar) faveant Judicis lucro, per ſe tamen, & præcipua intentione ſpectant ad delictorum terrorem, & punitionem, adhibentque luerum Judicis, tanquam medium ad conſequutionem finis principalis, nempè ut delinquentes nullibi ſe tutos exiſtiment ab officialibus ſuum lucrum inhiantibus, ut planè indicat textus *in l. 66. tit. 21. lib. 5. Recopil.* & obſervat Redinus *tract. de majeſtate Principis, ad verbum, Non armis ſolùm decoratam, 2. p. n.* 201. loquens de armis, quæ applicantur exequutoribus *in l. 28. tit. 23. lib. 4. Recopil.* Ac per conſequens rectè dictum eſt ejuſmodi emolumenta cenſenda eſſe odioſa; quia odium in eis præcipuè viget, etiamſi aliquis favor inveniatur, iſte enim ordinatur ad illud tanquam ad finem. Cenſura autem favoris, vel odii in diſpoſitionibus deſumenda eſt ab eo, quod præcipuum eſt, juxta communem traditionem Doctorum *in l. quæritur, ff. de ſtatu hominum*, cujus meminere Geminianus *in cap. ſciant cuncti 12. n. 6. de electione in ſexto*, Philippus Franchus *ibidem n. item 6.* Tiraquellus *de retractu lignagier, §. 30. Gloſſa 1. n. 4. & 5.* ubi rectè docet ſemper actum judicari à principali intentione agentium, Peregrinus *de fideicommiſſis, art. 1. n. 24. & 25.* Flaminius Pariſius *de confident. beneficial. q. 13. ex n. 11.* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 18. n. 3.* Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 4. ſolutione 12. ex n. 11.* Menochius *de recup. poſſeſ. remed. 1. ex n. 13.* Gutierrez *lib. 4. pract. quæſt. 24. n. 28. & ſeq.* (Franchis *deciſ.* 578. *n.* 5.)

2 Quæſtio verò propoſita eſt à nobis de judice delegato ſalariato, neque enim dubitatio eſt, quin judex ordinarius præter ſalarium poſsit omnia iſta commoda percipere, cum id expreſsè leges illi concedant, videlicet, *totus ille tit.* 10. *lib. 3. Recop. & leg. 9. tit. 5. lib. 7. & 8. tit. 6. ejuſdem lib. 3. & leg. 12. tit. 21. lib. 4. Recop.*

3 Neque item dubitant Doctores noſtri; quin judex delegatus, cui per commiſsionem ſuam ſalarium non aſsignatur, poſsit percipere iſta emolumenta, id enim planè videri probari *ex leg.* 11. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. verſ. Y mandamos*, ibi: *Que no lleven mas derechos de execucion* (videlicèt cùm cognoſcunt de cauſa tanquam delegati) *de los que les perteneciere, y devieren llevar como juezes ordinarios de los tales lugares, & l. 31. tit. 6. lib. 3.* ibi: *Y no llevando ſalario, ſolamente lleven los derechos por la tabla del Concejo, donde ſe hiziere la execucion*, quæ lex loquitur de judicibus delegatis, ſeu Commiſſariis. Notat Bobadilla *lib. 2. politicæ, cap. 21. n. 35. & lib. 5. cap. 1. n. 243.* Rodriguez *tract. de executione, cap. 7. num.* 11. Joannes Hevia Bolaño *in curia Philippica 2. part. Del juizio executivo, §. 23. nnm.* 8.

4 Quæ quidem reſolutio, quæ apud noſtros eſt indubitata, amplianda eſt, etiam ſi judex delegatus non ſalariatus ſit aliquis de judicibus ſuperioribus, videlicet, aut Re-

gius Auditor, aut judex criminum, quem *Alcalde* vulgò vocamus. Isti enim cùm delegantur ad aliquas causas sine designatione salarii, si causæ sint ejus naturæ, & conditionis, in quibus alii judices ordinarii, vel delegati, possent jure applicare sibi per sententias, & percipere partes pœnarum per leges assignatas, possunt etiam ipsi eas sibi applicare, & percipere, dummodò per delegationum instrumenta, seu rescripta, id eis prohibitum non sit. Qua in re vidi præcipitem lapsum supremi cujusdam tribunalis existimantis, non posse judices istos applicare sibi partes istas pœnarum, verùm ubi caput se in præceps dat, caput membra sequuntur. Ampliationis tamen nostræ fundamentum est, *leg.* 15. *tit.* 6. *lib.* 2. *Recop.* cujus verba referam: *Mandamos, que assi en los pleitos, que de aqui adelante se movieren, como en los que al presente estan pendientes, que no estuvieren sentenciados en revista, los Alcaldes de nuestra Casa, y Corte, y los Alcaldes de las nuestras Audiencias, y Chancilleria, y los otros Juezes superiores, de los quales, y en los casos que no ay grado para apelar, ò suplicar para otros Tribunales, en los negocios, y delitos que sentenciaren, aunque ayan venido ante ellos en primera instancia, no puedan llevar, ni lleven la parte de las penas, que por leyes, y prematicas destos Reynos se aplica a los Juezes que las determinaren, y que la parte, que conforme à las dichas leyes avtan de aver los dichos Juezes, de aqui adelante sean, y se apliquen para la nuestra Camara, y Fisco. De manera, que el Juez, ò Juezes de quien, y en los casos que no huviere grado de apelacion, ò supplicacion para otro superior, no pueda llevar, ni lleve parte de las dichas penas, quedando las dichas leyes en su fuerça, y vigor en quanto à los Juezes inferiores.* Quæ lex continet limitationem ejus regulæ generalis, quòd judices possint per suas sententias assignare sibi partes pœnarum statutas à legibus, seu pragmaticis Regiis. Ea enim est limitanda, cùm judex cognoscit de causa tanquam superior, à quo non potest interponi appellatio, seu supplicatio ad superius tribunal. Quæ limitatio amplianda est, etiam si talis causa deveniat in prima instantia ad ejusmodi judicem. Quæ tamen lex, ut uberius explicetur, duo casus notandi, & distinguendi sunt. Primus, quem expressè lex ipsa continet, & determinat est, cùm judices isti superiores, Auditores, aut Alcaldi, cognoscunt de aliqua causa, non ut singuli, sed ut universi, & per modum unius tribunalis, ut conjudices cum aliis, quorum singula vota, & judicia non constituunt sententiam, sed conjuncta cum votis aliorum, juxta *leg.* 26. 43. 44. 47. *tit.* 5. *lib.* 2. *Recop.* & doctrinam Bartoli *in leg. si uni ex pluribus* 36. *aliàs Pomponius, n.* 1. *& seqq. ff. de re judic.* Quo casu à sententia pronuntiata ab Auditoribus, aut Alcaldis, non potest interponi appellatio, aut supplicatio ad superius tribunal, sed interponitur supplicatio ad idem tribunal, in quo per sententiam revisionis confirmatur, aut revocatur prior sententia, sine ullo alio recursu ordinario, juxta *leg.* 22. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.*

5 Primo igitur isto casu, *dict. l.* 15. quam interpretamur, definit, non posse judices istos superiores applicare sibi partes pœnarum per suas sententias, quas leges judicibus decidentibus causas applicant. Idque non solùm si cognoscant de causa in gradu appellationis interpositæ à judicibus inferioribus, sed etiam si causa ad eorum tribunal deveniat in prima instantia, ut multis casibus potest devenire.

6 Secundus casus est, quem lex non exprimit, apertè tamen indicat distinguendum à primo, quo judices isti, qui aliàs unam universitatem superiorem componuntur cognoscentem de causis in gradu appellationis, efficiuntque tribunal supremum, à quo non potest appellari, cognoscunt de causis ipsis, non ut universi, sed ut singuli, videlicet tanquam delegati ab aliquo superiore intra, vel extra Curiam. Quo casu votum ipsorum ab aliorum votis separatum, & singulariter pronunciatum facit sententiam, & litem determinat. Quo item casu ab ipsis interponitur appellatio ad superius tribunal, ut testatur, tùm stylus ipse omnibus patens, tum leges diversæ novæ Recopilationis, *l.* 26. *tit.* 8. *lib.* 2. *l.* 16. *c.* 17.

tit.

tit. 6. lib. 20. tit. 4. eod. lib. 2. Quæ leges tametsi loquantur de Alcaldis, ut judicibus Provinciæ decidentibus causas civiles, idem tamen contingit cùm cognoscunt de causis criminalibus ex jurisdictione delegata: tunc enim solus Alcaldus delegatus decernit litem, & ab eo interponitur appellatio ad superius tribunal delegantis, ut est luce clarius, & quotidianis experimentis notissimum. Idem de Auditoribus dictum puta.

7 De isto autem casu, quo judex alioqui superior sit judex inferior, & cognoscit, & procedit, ut inferior, *dict. l. 15.* nihil expresse definit; sed eo ipso, quòd omisit reliquisse videtur, quid faciendum sit, sub dispositione juris communis, *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum. l. si extraneus 6. ff. de condict. caus. dat. l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat. cap. suscepturn de rescript. in sexto*, cum traditis à Petro Barbosa *in leg. si cum dotem 23. in princip. ex n. 17. 21. & 45. ff. solut. matrim.* Eo maximè, quòd in calce legis ea verba adjecerit Legislator: *Quedando las dichas leyes en su fuerça, y vigor, en quanto à los Juezes inferiores.* Atque in eo contrariam decisionem sequendam esse, decisioni casus præcedentis apertè insinuant totius legis verba limitantia, decisionem ejus ad præcedentem casum, ibi: *De los quales, y en los casos que no ay grado para apelar, ò suplicar para otros Tribunales*, & iterum inferiùs in fine: *De manera, que el Juez, ò Juezes de quien, y en los casos que no huviere grado de apelacion para otro superior, no pueda llevar ni lleve parte de las dichas penas.* Ergo in aliis casibus contrariis contrarium est dicendum, nempe posse judices istos pœnarum partes percipere; alioqui cur limitatè lex loqueretur, & non potius simpliciter, & absolutè præcepisset judices istos numquam, & nullo casu, sive ab eis posset, sive non posset interponi appellatio ad superius tribunal, percipere partes pœnarum in causis, de quibus judicant? Succedit igitur regula, ut limitata verba limitatum effectum producant, *l. in agris, ff. de adquir. rer. domin. l. cancellaverat, ff. de iis, quæ in testam. delent. l. age, C. de transact.* Mieres *de majorat. 2. part. quæst. 6. in 1. impressione, n. 106. in 2. n. 531. & seqq.* Simon de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpr. 1. dubit. 4. solut. 12. per totam, fol. mihi 62.* Joan. Garcia *de nobilit. gloss. 1. in princ. ex n. 29.* quoniam si Legislator aliud voluisset, facilè aliud expressisset. Quo argumento usus est Pontifex *in cap. ad audientiam, de decimis*, ubi notat Abbas Panormitanus *n. 2. cap. inter corporal. vers. unde si circa, de traslat. Episcop. l. unic. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll.* ibi: *Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea disponere, l. si servum 7. §. Prætor ait, versic. non dixit Prætor, ff. de adquir. hæred.* Bobadilla *lib. 5. polit. cap. 1. n. 104.* Fit igitur, ut hæc exceptio, & limitatio firmet regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè, §. ult. ff. de penu. legat. l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct.* Paulus Castrens. *cons. 257. n. 5. vol. 2.* Decius *in leg. 1. n. 21. ff. de reg. jur.* Simon de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 4. interp. 2. dubit. 3. per totam, fol. mihi 212.* Covarruvias *lib. 2. variar. cap. 5. n. 5. & 6.* Mieres *de major. 1. part. quæst. 22. ex n. 1.* Matienzus *in leg. 3. tit. 10. lib. 5. Recop. gloss. 15.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 16. n. 30. & seqq.*

8 Id quoque apertè probant mihi aliæ leges nostræ, in primis *l. 10. tit. 6. lib. 2. Recop.* ibi: *Y mandamos à los dichos nuestros Alcaldes de Cortes no lleven parte alguna de las penas en que condenaren, que pertenezcan á nuestra Camara, y Fisco*, ista sunt verba limitata, *& in leg. 11. eod. tit.* prohibentur Alcaldi applicare sibi partes pœnarum, in iis casibus, in quibus leges illis nullas applicant partes, aut percipere in iis, in quibus leges assignant Fisco pœnas condemnationis. Quæ planè denotant prohiberi cum limitatione percipere pœnas iis eisdem casibus, quibus idem prohiberetur judicibus aliis inferioribus: permissum verò esse percipere pœnas iis casibus, quibus pœnæ à legibus applicantur judicibus universim, & nulla distinctione facta, ut denotat textus *in tit. 10. cap. 10. lib. 3. Recop.*

Idem probat apertius *l. 13. cap. 16. tit.*

14. *lib.* 2. *Recop.* cujus verba ſunt: *Otroſi mandamos, que los dichos nueſtros Alcaldes, ni los denunciadores de qualeſquiera delitos, no reciban, ni cobren, ni lleven la parte que les pertenece de las dichas condenaciones, haſta tanto, que antes, y primero ſe pague al dicho nueſtro Receptor lo que dellas pertenece à nueſtra Camara, ſo pena de lo pagar con el dolo,* quæ lex apertè præſupponit, imò docet partem pœnarum ejuſmodi condemnationum pertinere ad Alcaldos eodem modo, quo pertinet ad delatores, & poſſe ab eis exigi, verum præcipit ne ab eis prius exigatur, quam Receptori fiſci ſit ſatisfactum, quod ab inferioribus judicibus ſervari jubet, *dict. cap.* 10. *tit.* 10. *lib.* 3. *Recop.*

Ex quibus venit explicanda *l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 3. *Recop.* cujus verba ſunt: *Que los dichos Governador, y Alcaldes mayores* (loquitur lex de Regio Auditorio Galleciæ) *no pongan, ni apliquen, ni lleven para ſi penas algunas, ni para ſus oficiales, ni para ſus familiares, ni ſus oficiales las pongan, ni lleven para los dichos Governador, y Alcaldes mayores, ni para ſi, ſalvo que todas las penas pertenecientes a la nueſtra Camara, y qualeſquiera otras que ellos ſentenciaren, las hagan poner en depoſito de manifieſto en el Receptor, el qual tenga cargo de las cobrar, y cobre por ante Eſcrivano, para acudir con ellas à quien Nos mandaremos, y las otras, para gaſtarlas por mandamiento de los dichos Alcaldes en las obras, y coſas, para que fueren aplicadas, & l.* 25. *eod. tit.* quæ prohibet ne iſti Auditores Galleciæ percipiant partes pœnarum, quas per ſuas condemnationes imponunt. Sunt enim leges iſtæ intelligendæ, & practicandæ, juxta ſuperiùs dicta in duobus caſibus. Primus eſt, cùm pœnæ ſunt arbitrariæ, & lex nullam partem pœnæ judici attribuit; tunc enim judex non poteſt per ſuam ſententiam partem pœnæ imponendæ ſibi applicare, juxta *leg.* 2. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recop.* Secundus caſus, cùm iſti Auditores cognoſcunt de cauſa quapiam, per modum ſupremi cujuſdam tribunalis, à quo non eſt recurſus appellationis, aut ſupplicationis ad aliud tribunal ſuperius, & non ut ſinguli, ſed ut univerſi, ut conveniat cum *dict. leg.* 15. *tit.* 6. *lib.* 2. ſuperius explicata: in aliis vero caſibus contrarium judicandum eſt.

Limitanda tamen eſt deciſio prædictæ *leg.* 15. *per leg.* 18. *tit.* 5. *lib.* 9. *Recop.* ut non procedat in pœna tripli, quàm incurrit committens fraudem, & dolum in ratiocinio regiorum redituum: nam ſi rationem reddens dolosè omittat in calculi parte, quam onerationem, ſeu introitum, vel *Cargo*, vocamus aliquam ſummam, vel partitam, vel eam addat in exoneratione, aut exitu, incurrit pœnam tripli, cujus tertia pars applicatur Auditoribus tribunalis ratiociniorum regiorum cauſam definientibus, juxta *dict. leg.* 18. & ordinationes Conſilii Regii patrimonii, & computorum ejus, tametſi ab eis non ſit recurſus ad aliud tribunal, quod ita uſu receptum eſt, ut ſæpè vidimus, etiam ſi non careat ſcrupulo.

9 Ratio verò decidendi *dict. leg.* 15. cur prohibitum fuerit ne judices ſuperiores partes pœnarum percipiant iis caſibus, quibus ab eis non eſt recurſus ad ſuperius tribunal, duplex eſt judicio meo, tametſi neminem ex noſtris eam videam attigiſſe. Prima, quoniam duriſsima res eſt (negari non poteſt) judicem ex cauſa, quam judicat ullum percipere commodum, & in ea verſari ejus intereſſe. Id enim planè eſt in ſua cauſa ſibi ipſi jus dicere, quod repugnat cum naturali dictamine rationis, ex quo provenit, ne quis valeat ulciſci de propria injuria, ne ſit idem judex, & actor, & cum regulis juris civiles *in Rubr. C. ne quis in ſua cauſa judicet, vel ſibi jus dicat.* Ideò rectiſsimè *in leg. unica, eodem tit.* dixerunt Imperatores *in re propria iniquum admodum eſt alicui licentiam tribuere ſententiæ*, & elegantiſsima fuit obſervatia Bartoli *in leg. de jure* 37. *in princ. n.* 1. poſt gloſſam ibi, *verbo, Provinciæ, ff. ad municip. & de incol.* dicentis: *Ex hac mirabili gloſſ. nota, quod quando judici applicatur decimum, quod ipſe non poteſt cognoſcere, an ipſe ſit judex competens,* & plurima ad eam rem cumulavit Surdus *conſil.* 193. *n.* 6. *lib.* 2. Tametſi Baldus *in leg. ex quacumque, n.* 7. *ff. ſi quis in jus vocatus non jerit,* dicat commodo ſportularum, vel

alio

alio lucro incidenter pervenienti judici non reddi illum ſuſpectum, quominus poſſit pronuntiare incidenter de juriſdictione, (& eum ſequitur Romanus *ibid. n.* 4. *verſic. ego dico, quòd utroque caſu*, & Jaſon *n.* 19. *idem* Baldus *in cap. litteras* 14. *n.* 1. *circa finem, de præſumptionibus*, Oldradus *conſ.* 202. *n.* 6. *inclinat*, Rovitus *deciſ.* 80. *n.* 3. tametſi multos pro contraria parte referat. Notat Valenzuela *conſil.* 94. *ex n.* 9.) in quam rem legatur Carraſco *ad novam Recop. cap.* 9. *n.* 68. *& n.* 226. & Philippus Franchus *in cap. ad audientiam* 34. *n.* 3. *de appellat.* Barboſa *in leg. ſi quis ex aliena, ex n.* 111. *& propriè ex n.* 117. cum textu ibi, *ff. de judiciis.* Cauſa autem propria alicujus dicitur, in qua ejus utilitas, vel intereſſe vertitur, *l.* 1. *§. in propria, l.* 2. *§. ult. ff. quando appellat. ſit*, Heringius *tract. de fidejuſſorib. cap.* 29. *n.* 12. in qua non ſolùm judex, quod magis eſt, ſed nec teſtis, quod eſt minus quis eſſe poteſt, *l. nullus, ff. de teſtib. l. omnibus, C. eod. tit.* Maſcardus *de probat. concluſ.* 1364. teſtes in cauſa, *ex n.* 1. *volum.* 3. Farinacius *latiſsimè in praxi crimin. quæſt.* 60. *ex n.* 1. Cardinalis Thuſcus *lit. T. concluſ.* 197. *vol.* 8. Unde fit, ut juſtiſsima ſit cauſa recuſationis, ſi damnum, vel emolumentum litis ad judicem quocumque modo pertineat, ex quo poſsit dici cauſa propria, Maranta *in praxi* 6. *part. tit. de apellatione, n.* 32. Auferius *de recuſationibus, n.* 76. Cavalcanus *deciſ.* 28. *n.* 114. *cauſ.* 78. 2. *part.* Thuſcus *lit. S. concluſ.* 908. *n.* 1. neque ſolùm ſi cauſa ipſum tangat, verùm ſi ſimilem cauſam habet, *cap. cauſam quæ, de judiciis*, Farinacius *in in fragment. crim. lit. I. n.* 784. qui multos allegat. Verùm cùm in hac regula verſetur dumtaxat intereſſe privatum, & ex alia parte publicè interſit puniri maleficia legibus prohibita, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. l. locatio, §. quod illicitè, ff. de public. & vectig. cap. ut famæ de ſentent. excommunic.* Thuſcus *lit. D. concluſ.* 157. ad quorum punitionem quibuſdam caſibus non aliud commodius medium potuit adhiberi, quàm facere judicem participem pœnæ imponendæ pecuniariæ, quo moveatur acriùs ad eorum vindictam proprio commodo, & utilitate, ſtimulatus (ut ſuperiùs advertimus hac eadem diſputatione *n.* 1.) inſuper habenda fuit iniquitas iſta privativa victa ab utilitate communi, quod in jure novum non eſt, utilitas enim publica præfertur privativæ, *l. unic. §. fin. C. de caduc. tollend. Authent. res quæ, C. commun. deleg. leg. utilit. public. C. de primipilo, lib.* 12. & ob eam multa in jure civili contra ſtrictam irationem diſputandi recepta eſſe innumerabilibus exemplis probari poteſt, *dict. l. ſi ita vulneratus, §. æſtimatio, ff. ad l. Aquil. l. ſunt perſonæ, ff. de Relig. & ſumpt. funer.* temperanda tamen res fuit, & quod utilitas publica ſuadebat, in prima inſtantia ſequendum fuit, in qua judex particeps fit pœnæ pecuniariæ imponendæ per ſuam ſententiam, cui ſi reus acquieſcat, & ſua ipſius conſcientiæ convictus condemnationi conſentiat benè acta res eſt, ſatis enim juſta eſt condemnatio, quam reus ipſe illi acquieſcendo juſtam putat, quod ſi ſe reus gravatum judicet, provocetque ad ſuperius tribunalia apellatione interpoſita res devoluitur ad judices ſuperiores, ad quos cauſa nullatenus pertinet, qui ab omni affectu vacui, & intereſſe liberi, de cauſa cognoſcunt, utpotè qui ex ſententia nullam utilitatem poſſunt captare. Qua ad eos devoluta tandem non offenditur prior illa ex jure naturali deducta regula, ne judex propriam cauſam judicet, ubi reſtauratur jus rei, ſi læſum eſt apud judicem inferiorem. Itaque nullum reputatur incommodum, quod reus lædi poſsit à judice, cujus ſententia non eſt exequenda, niſi reo ipſo conſentiente; eſſet verò magnum, ſi judices, quorum ſententia mandanda eſt exequutioni ſine ullo recurſu, participes forent lucri ex ſententia præcipiendi. Quæ ratio extendit ſe ad eas etiam cauſas, quæ ad ſuperiora tribunalia deveniunt in prima inſtantia, quas lex ipſa ſe amplians complectitur.

10 Secunda ratio eſt, quoniam ſequuta confirmatione primæ ſententiæ latæ in prima inſtantia, non agitur ex prima ſententia, quæ appellationis remedio videtur extincta, *l.* 1. *§. ultimo, ff. ad Turpillian.* ſed ex ſe-

secunda sententia lata in gradu appellationis confirmatoria, ut docuit Accursius *in l. eos, verb. Vel injustam, in fin. C. de appellation. & in l. furti, verb. Hodie, ff. de iis, qui not. infam. & in l. si quis priore 29. verb. Sed teneri, ff. ad Trebellian. & in l. chirographis 58. §. ultimo, schol. penultimo, ff. de administr. tutor.* & Glossa Bernardini *in cap. pastoralis, §. præterea, verb. Discussa in fin. de offic. delegat.* & est recepta sententia ex Alexandro *in l. 1. n. 5.* Jasone *n. 11. ff. de re judic.* quos sequitur Barbosa *in l. divortio 8. §. si vir, n. 51. in fin. ff. solut. matrimon.* & Fulvius Constantius *in l. 1. ex n. 29. C. pœnis fiscalib. creditor. præferri, lib. 10.* Si igitur Judices appellationis perciperent partes pœnæ pecuniariæ per suas condemnationes impositæ, numquam Judices inferiores, à quorum sententiis condemnatoriis ferè semper interponitur appellatio ad superius tribunal, illas perciperent, sed suo loco fraudarentur, & illorum labor in persequendis delinquentibus, & puniendis delictis foret irritus, & inanis, lucrum enim omne ad superiores devolverent, & in eos rectè caderent Virgiliana carmina: *Sic vos, non vobis.* Item leges distribuentes pœnas pecuniarias, earumque partem Judicibus sententias ferentibus adscribentes, & attribuentes, suo fine frustrarentur: id enim lucrum Judicibus proponunt (ut initio hujus disputationis advertimus) quò eos ad inquisitionem, & punitionem delictorum permoveant, non moverentur autem, si scirent lucrum à legibus propositum ipsis, non ab ipsis, sed à superioribus sententias suas confirmantibus capiendum esse. Necessarium igitur fuit, ut tribunalia superiora, ad quæ causæ in gradu appellationis devolvuntur, & in quibus terminantur sine ullo alio recursu, nihil ex istis pœnis pecuniariis participarent, aut perciperent, quod sensit Parladorius *in sesquicenturia, different. III. n. 17. confirmans ex l. 6. tit. 14. lib. 2. Recopilat.*

Quæ rationes planè non militant in casu, quo Judices alioqui superiores cognoscunt de causis tanquam inferiores delegati, à quorum sententiis ad tribunalia superiora reis conceditur appellatio, & recursus.

11 Reliqua est igitur difficultas, quam disputandam proposuimus de Judice delegato salariato, utrùm possit partes pœnarum pecuniariarum, & sportulas actorum ultra salarium percipere.

12 Prima sententia negat Judicem delegatum salariatum posse percipere sportulas, aut partes pœnarum pecuniarum, quas leges Judicibus designant, & attribuunt, aut ulla alia emolumenta præter salarium. Hanc amplectuntur Bobadilla *lib. 2. Politic. cap. 21. n. 35. & lib. 3. cap. 1. n. 243.* Rodriguez *tract. de exequutione, cap. 7. n. 10.* Joannes Hevia Volaño *in Curia Philippica, 2. p. del juicio executivo, §. 23. n. 8.*

13 Quæ sententia probatur primò ex *d. l. 31. tit. 6. lib. 3. Recopil.* qua præcipitur Judicibus ordinariis, ne permittant Judices delegatos ad aliquam exequutionem designato salario, aliquid ultra salarium percipere, ibi: *Que no consientan à nuestros Comissarios, ni à otros Juezes algunos, ni executores, llevar derechos algunos de execucion, ni assessorias, ni vistas de processos, ni otro salario alguno salvo lo contenido en nuestras cartas.* Ergo Judices salariati delegati dumtaxat possunt salaria sua percipere.

14 Secundo probatur ex *l. 11. tit. 21. lib. 4. Recopil.* ibi: *Ningun Alguacil, ni Executor, ni otra persona que embiaremos con nuestras cartas, y poderes, ò embiaren los del nuestro Consejo, y Oidores de las nuestras Audiencias, ò los nuestros Contadores mayores à quien mandaremos dar salario señalado en nuestras cartas, agora sea por cada dia de los que ocupare, ò por tiempo señalado, ò por todo el tiempo que ocupare en lo que huviere de hazer, no lleve otros derechos de execucion, ni de meajas, ni otros derechos algunos de mas de su salario, ni los Concejos, ni personas particulares à quien tocan, se los dèn, ni las nuestras justicias se los consientan llevar; y si el tal Executor, ò Alguazil de hecho lo llevare, por la primera vez lo buelva con el quarto tanto, y por la segunda vez con las setenas,* cum similis est textus *in l. 13. in fin. tit. 7. lib. 9. Recopil.* Ecce leges prohibentes Comissarios salariatos quid ultra salarium percipere.

15 Tertio probatur, quoniam regula

est

UAB Biblioteca de Ciències Socials

eſt Judicem nihil commodi percipere poſſe, niſi quatenus illi per leges attribuitur expreſsè, *l.* 11. *in fin. tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil. l. unica cap.* 10. *tit.* 10. *eod. lib.* 3. *Recop. Gloſſ. in verb. Qualitercunque, in cap. ſtatutum, §. inſuper, de reſcript. lib.* 6. Sed leges Regni non applicant ſportulas Judicibus delegatis, ſed dumtaxat ordinariis, *l.* 7. *tit.* 6. *d. lib.* 3. *& d. tit.* 10. *eod. lib.* qui inſcribitur, *del Aranzel de los derechos de las juſticias ordinarias*: nuſquam vero repetitur taxa ſportularum delegati apud leges regias. Ergo delegatus non poteſt ſportulas percipere.

16 Quarto probatur à Bobadilla *d. lib.* 2. *Politicæ, cap.* 21. *n.* 42. *circa finem*, & cenſet eſſe rationem à priori hujus diſcriminis inter delegatum, & ordinarium, quoniam delegatus dumtaxat habet uſum officii Judicis, ordinarius vero habet uſumfructum, ut videtur probari *in l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de eo, cui mand. eſt juriſd.* & ex traditis à Doctoribus ibi, *& in Rubr. ejuſdem tit.* Ita fit, ut ordinarius poſsit frui omnibus commoditatibus juriſdictionis, non verò delegatus.

17 Secunda ſententia affirmat delegatum poſſe præter ſalarium recipere ſportulas eaſdem, quas accipit ordinarius. Ita videtur ſentire Gloſſa *in verb. Pedaneis, in Authentic. de judicibus, §. ne autem*, & ibi Bartolus *n.* 1. *&* 2. ſequitur Matienzus *in dialogo relatoris, 3. p. cap.* 24. *n.* 6. Joannes Garcia *de expenſis, cap.* 21. *n.* 10. *in fin. cum ſeqq.*

18 Quod verò attinet ad partes pœnarum, quas leges applicant Judicibus, nullum hucuſque inveni Doctorum, qui earum percipiendarum facultatem concedat delegato ſalariato, niſi quod Villadiego *in ſua inſtructione Politica, cap.* 5. *§.* 32. *n.* 40. *&* 41. *& ſeqq.* ait, pertinere ad Judices extractionum, quos Hiſpanè dicimus, *Juezes de ſacas*, partes pœnarum in denunciationibus, quæ apud ipſos fiunt extractionum rerum prohibitarum extrahi à Regno. Iſti autem Judices ſunt delegati, & ſalariati.

Compellor referre quoſcumque ſcriptores Hiſpanos, tùm quòd hæc difficultas verſetur in patriis noſtris legibus, de qua tractant ſolùm ferè ii, quos retuli, qui eam cum aliis ad vulgus vulgata lingua detulerunt, ne noſtra ætate deeſſent multi Flavii, qui juriſconſultorum myſteria ennuntiarent, & publicum ederent, tùm etiam, quod nulli Scriptorum ſuam invideam gloriam qualemcumque, ſciamque deberi multum iis, qui quoquomodo ſtudia invenerint.

19 Hæc ſunt, quæ noſtri Caſtellani de propoſita difficultate tradiderunt. Nos verò ut eam commodius reſolvamus, credimus diſtinguendos eſſe multos caſus.

Primus caſus eſt, cùm Judex delegatur ad unam aliquam ſingularem cauſam, ſeu civilem, ſeu criminalem, in qua ſi procederet ordinarius, haberet juxta leges certa emolumenta, veluti ſi delegatur ad exequutionem faciendam in loco, in quo juxta conſuetudinem, ſtatutum, aut legem debetur decima, aut ſi delegatur ad puniendum delictum, cum impoſita eſt à lege pœna pecuniaria, cujus pars applicatur Judici, & iſto caſu deſignatur ſalarium expenſis debitoris moroſi, vel delinquentis, ut ſolet ferè ſemper aſsignari ejuſmodi delegatis.

20 Prima concluſio, cùm Judex delegatur ad exequendum cum ſalario præſtando à debitore moroſo, vel ad puniendum aliquod delictum expenſis delinquentis, non poteſt ultra ſalarium exigere ſportulas actorum, aut partem pœnæ impoſitæ ejuſmodi delicto, quam lex Judici applicat. Hæc concluſio eſt conformis primæ ſententiæ, quæ juxta eam eſt intelligenda, & non aliter, & in ejus terminos eſt arctanda, & limitanda, ut ſit vera, alioqui erit falſa, & prorſus inveriſimilis, ut ſtatim inferiùs oſtendemus.

21 Probatur primò, quia laboris, & præmii commodi, & oneris perpetua eſt, & mutua proportio, juxta omnia jura naturalia, & poſitiva, *l. ſecundum naturam, ff. de regulis juris, l. unica, §. pro ſecundo, C. de caduceis tollen. cap. ultimo*, & ibi *Gloſ. ultima*, 7. *quæſt.* 2. *cap. rationi congruit, de regulis juris in ſexto, §. ne autem, in authent. de Judicibus, collat.* 6. notat Surdus *conſ.* 42. *n.* 22. *§. ultimo, non adverſatur, lib.* 1. unum igitur laborem, & onus unum tantum debet ſequi præmium, & commodum, ut ſic ſervetur de-

debita proportio. Quemadmodum enim bona fides non patitur, ut idem debitum bis exigatur, sed unum debitum, & una obligatio, unica solutione tollitur, *l. bona fides, ff. de regulis juris, cap. bona fides* 83. *de regulis juris in sexto, l. qui his idem* 18. *ff. de verborum obligation.* juxta interpretationem Accursii ibi, Petri de Bellapertica, Dini, & Baldi, Cujacii *ad Africanum, tract.* 7. Heringii *de fidejussor. cap.* 24. *n.* 116. *&* 117. cui favet Fulgosius *in l. ultima, C. de novation. n.* 1. ita uni officio, unum dumtaxat præstatur salarium, & unus labor, una solùm mercede compensatur, *cap. felicis, vers. Adjicientes, de censibus, lib.* 6. *l.* 10. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil. l.* 7. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil.* ubi cavetur ne ob unius debiti exactionem solvantur duplicata exequutionis jura, seu sportulæ. Confirmat hoc quod tradunt Doctores, nempè salarium misivi pro rata minuti laboris, ut observarunt Magonius *decis. Lucensi* 12. *n.* 18. Costa *de portione rata, q.* 13. *n.* 2. Cardin. Thuscus *litt. S. conclus.* 15. *n.* 5. *&* 6. *volum.* 7. Ex quo eodem *cap. provenit,* ut ei, qui habet licitè duplex officium, duplex quoque debeatur salarium, *l. his scholaribus, C. de erogatione militar. annonæ, lib.* 12. notat Baldus *in l.* 4. *n.* 2. *C. de appellat.* est textus ubi notat Bartolus *in Authentic. ut judices sine quoque suffragio, §. illud tamen,* meminit Gregorius Lopez *in leg.* 6. *tit.* 5. *p.* 1. *gloss.* 3. ubi plures refert Felinus *in cap. cum olim* 12. *n.* 1. *de sentent. & re judicat.* Menochius *de arbitrariis, lib.* 2. *centur.* 3. *casu* 223. *n.* 8. Gail *observationum practicarum, lib.* 1. *observat.* 44. *n.* 8. Gratianus *decis. Marchiæ* 101. *n.* 1. *& seqq.* Costa *ubi sup. n.* 3. Thuscus *d. conclus.* 15. *n.* 1. *& seqq.* Caballus *resolut. criminal. centur.* 4. *casu* 229. *n.* 14. Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 20. *n.* 69. (Ponte *de potest. Proreg. tit.* 2. §. 6. *ex n.* 11.) quia ubi crescit expensa, & labor, debet crescere pretium, seu salarium, cùm tàm labor, quàm pecunia divisionem recipiant, *l. Sejo amico, in princip. ff. de annuis legatis,* & ibi notant Doctores, Cæpolla *de servitutib. urban. cap.* 50. *n.* 26. *&* 27. (Romanus *cons.* 25. *viso facto,* Surd. *cons.* 66. *n.* 6. Menochius *de arbitr. lib.* 2. *casu* 223. *n.* 7. *& casu* 514. *n.* 20. *&* 21. Barbosa *in leg. de divisione* 5. *num.* 7. *ff. solut. matrimon.*) Ita fit, ut simplici labori, simplex merces, simplici officio, simplex salarium, simplici merito, simplex respondeat præmium, duplici verò, duplex. Planè cùm alicui committitur aliqua exequutio cum salario, vel punitio alicujus delicti, designatur illi merces, quam ex ejusmodi negotio, & occupatione debet percipere. Ergo ne videatur ob unum laborem accipere duplicem mercedem, & ob unum debitum duplicem solutionem, non potest ultra salarium taxatum habere sportulas, decimam, aut partem pœnæ, quæ commoda lex defert Judicibus non salariatis, ob pœnam quidem morosorum, & delinquentium, tanquam ob finem præcipuum, & magis intentum, sed simul in præmium, & satisfactionem laboris, & diligentiæ, quam Judex adhibet, seu in exactione debiti, seu in punitione delicti.

22 Ex quo fundamento, quod verissimum est, infertur ratio decidendi, *ad l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *Recopil.* qua cavetur ne Judices ordinarii, aut eorum substituti accipiant aliquid ob judicandas lites, aut videndos processus. *No lleven cosa alguna de los pleyteantes, ni de otro por ellos, por razon de assessorias, ni vistas de processos que vieren, para sentenciar, y sentenciaren en difinitiva, ò interlocutoria, en las causas que ante ellos pueden,* cujus meminit Aviles *in cap.* 9. *Prætorum, verb. Assessorias, & verb. Comision, & verb. Ley,* Avendañus *de exequend. mandat.* 2. *p. cap.* 10. *n.* 6. Matienzus *in dialogo relatoris,* 3. *p. cap.* 24. *n.* 6. Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 20. *n.* 59. Florez de Mena *lib.* 1. *variarum, quæst.* 8. §. 4. *n.* 1. *& seqq.* Segura Davalos *in directorio Judicum Ecclesiasticorum,* 1. *p. cap.* 14. *n.* 38. 39. *& seqq.* tradit Azevedus *in ejus commentario, n.* 1. *& in l.* 9. *n.* 1. *& seqq. tit.* 6. *d. lib.* 3. *Recopil.* quæ concordat cum *d. l.* 9. *tit.* 5. ejusque similis est, *l.* 12. *tit.* 7. *lib.* 9. *Recopil.* quam tamen decidendi rationem Scribentes isti non expenderunt. Est itaque decisionis harum legum ea ratio, quoniam causarum definitio, & processuum examen est præcipuum munus Judicis, & ad ejus officium directo pertinet,

net, Hostiensis *in summa, tit. 4. de offic. ordinarii, n. 3. & seqq.* (Caravita *ad Ritum* 14. *n.* 1.) Quò fit, ut salarium, quod Judici assignatur ob officium, comprehendat hoc onus, & ejus intuitu solvi censendum sit, ac per consequens Judex non potest ob eam rationem aliquid ultra à litigatoribus accipere, quibus non incumbit Judicem sibi constituere, & ei stipendia præstare, *Glossa in cap. cum ab omni, verbo, Præter expensas, de vita, & honestate Clericorum*, (Menchaca *quæst. illustrium, lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 1.) Mastrillus *de Magistratibus, lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 16. *&* 17. *cap.* 21. *n.* 18. *& seqq.* Joannes Garcia *de expensis, d. cap.* 21. *n.* 20. secluſa contraria consuetudine, aut statuto, juxta quam contrarium dicendum esset cum Decianus *consil.* 41. *n.* 74. *& seqq. lib.* 2. Menochio *cons.* 1047. *ex n.* 1. *lib.* 11. Aviles *in cap.* 1. *Prætor, verbo, Salario, n.* 2. ut utrumque notavit Florez *lib.* 1. *variarum quæst.* 8. §. 1. *n.* 6. *& seqq.* Non potest inquam Judex ultra accipere, ne videatur, aut duplicem sui muneris mercedem exposcere, si ultra salarium postulet assessoriam (liceat uti ea voce) quæ ratio in salariato ordinario procedit, aut stipendium exigere ab eis, qui stipendium non debent, quæ ratio militat in non salariatis, qui tamen sibi imputent si suis expensis voluerunt militare, & gratis Judicum munus obire, eo enim casu gratis suo officio satisfacere tenebuntur, quidquid dicat Antonius à Corduba *in summa Casuum Conscientiæ, quæst.* 110.

23 Quam rationem decidendi, & fundamentum confirmat egregia doctrina Bartoli *in l. si quis in gravi* 3. §. *utrum, n.* 2. *ff. ad Sillanianum*, ubi ait : *Et per hoc dico, quòd præmium, quod debetur capientibus exbannitos, non debetur officialibus, vel familiæ potestatis capientibus, non enim ultro faciunt, sed ex necessitate eorum officii, quod est purgare Provinciam malis hominibus, l. congruit, ff. de offic. Præsid. ergo non ultro, & sic non habebunt præmium, ut hic præterea qui gratis facere tenetur si præmium accipit turpiter facit, l. fin. de condict. ob turp. caus.* Bartolum sequitur ad eum locum, Albanus *n.* 2. *&* 3. addit: *Pari ratione ex hoc Bartoli documento infertur, Præfectis triremium non deberi præmium statutum capientibus piratas, vel alios prædones maria depradantes, quia hoc faciunt ex debito officii eorum, cum ad id potissimum fuerint destinati*, idem tenet Felinus *in cap. de hoc* 11. *n.* 7. *de simonia*, allegans Bartolum *ubi supra*, & addit : *Rem facit notabile dictum Petri de Ancharrano consil.* 197. *incipit : Præmittendum est* (aliàs est *cons.* 201.) *ubi consuluit, quod si Papa delegat causam ordinario, qui in eadem causa erat ordinarius, non debetur sportulæ, quia omninò tenebatur de causa cognoscere.* Hucusque Felinus idem Decius *in l.* 1. *n.* 2. *C. de bonor. possess. contra tab. libert. quæ, &c.* Angelus *de maleficiis, verbo, Quod fama publica, n.* 74. Corsetus *singul.* 309. *verb. Statutum* 7. & Petrus Gerardus *singul.* 14. *n.* 9. *&* 10. Silvester *in summa, verb. Dignitas, n.* 9. Bobadilla *lib.* 5. *Politic. cap.* 7. *n.* 18. Cavallus *resolut. crim. cent.* 3. *casu* 279. Additio ad Decium ultima *in l. qui cum alio* 19. *ad n.* 11. *in verb. Ex propria voluntate, ff. de regul. jur.* Peguera *decis.* 67. Ponte *consil.* 59. *ex n.* 15. *volum.* 1. Baldus *consil.* 64. *volum.* 2. idem Ponte *de potestat. Proreg. tit.* 5. *ex n.* 24. Menochius *cons.* 112. *n.* 44. *lib.* 2. Pinellus *in l.* 1. 3. *p. n.* 62. *vers. Infertur* 13. *C. de bonor. matern.* Joannes Lupus *in Rubric.* §. 50. *ex n.* 32. *de donation. inter*, Cardinal. Thuscus *litt. P. concl.* 516. *tom.* 6. Farinacius *in praxi crimin. q.* 103. *n.* 356.

24 Secundo probatur eadem conclusio, quoniam non debet quis duplici damno onerari, *l. navis, §. cum autem ff. ad l. Rhodiam, de jact. l. jure succursum* 7. *ff. de jur. dot. cap. at si Clerici, §. fin. in fine, de judiciis*, Tiraquellus *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 18. *n.* 9. Franchis *decis.* 87. *n.* 5. Monterus *decis.* 14. *n.* 97. imo verò, qui in uno gravatur, in alio debet relevari, *l. eum qui, ff. de jurejurand.* Sed reus debitor, seu delinquens, cum creatur Judex ad eum exigendum, aut puniendum, oneratur onere salariorum, quæ solvere debet Judici. Ergo non debet simul onerari onere decimæ, aut pœnæ solvendæ Judici, imo verò quoad hoc debet relevari.

25 Has duas rationes existimo fuisse fundamenta Legislatoris, & rationes decidendi *in dict. l.* 31. *tit.* 6. *lib.* 3. *& in l.* 11. *tit.*

21. *lib.* 4. *& in l.* 13. *in fin. tit.* 7. *lib.* 9. *Recop.* quas adduximus in comprobationem primæ ſententiæ *ſupra, n.* 13. 14. *&* 15. tùm inquam ne eidem debito bis ſatisfieret, tùm ne ſubditi duplici onere gravarentur. Quæ tamen rationes (ut planum eſt) non militant in Judicibus delegatis non ſalariatis, in quibus per conſequens, neque illæ leges ſervandæ ſunt, neque de eis propoſita concluſio intelligenda, ut & ſuperius ex *n.* 3. adnotavimus.

26 Secundus caſus eſt, cùm delegatur Judex ad multas cauſas deſignato ſalario expenſis moroſorum, vel delinquentium, qui Judex vocatur delegatus ad pluralitatem cauſarum, ut notat Salicetus poſt Baldum *in l. à Judice, n.* 3. *&* 4. *C. de judiciis,* & æquiparatur delegato ad generalitatem, non ad univerſitatem cauſarum.

27 Secunda concluſio, Judex delegatus ad multa debita exigenda à multis debitoribus, aut ad multos delinquentes puniendos, non poteſt ex ejuſmodi negotio ulla alia emolumenta percipere, quàm ſalarium in reſcripto ſuæ commiſsionis à Rege præſcriptum, & taxatum. Hæc concluſio eiſdem prorſus rationibus, ac fundamentis nititur, quibus præcedens inter caſum enim iſtum, & primum nulla eſſe poteſt ratio diſparitatis, eadem erit igitur juris diſpoſitio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio* 108. *ff. de verbor. oblig. §. ſi igitur juſſu, inſtitut. quod eum eo.*

28 Tertius caſus eſt, cùm delegatur Judex ad aliquod univerſale negotium principaliter tractandum expenſis delegantis, vel etiam ad univerſitatem aliquam cauſarum injuncto mandato ut cognoſcat de incidentiis, & dependentiis, & puniat quos invenerit reos, ut cùm quis delegatur ad adminiſtrationem gabellarum, ſeu ad exactionem vectigalium, quæ barbarè appellantur portagia, eorumque adminiſtrationem, qui Judices puniunt fraudantes regios redditus, & extrahentes res prohibitas, incidenter, & propter connexionem quam habent iſta delicta cum principali negotio. Neque ideo minus cenſendi ſunt delegati ad univerſitatem cauſarum, quod videantur delegati ad cauſas unius generis, ſiquidem delegatus ad cauſas mutui vertentes in aliquo caſtro, ſine limitatione aliqua perſonarum, cenſendus eſt delegatus ad univerſitatem cauſarum, ut docet Baldus *in l. ſolet* 16. *n.* 2. Alexander *n.* 9. qui dicit communiter teneri, *ff. de juriſdict. omn. judic.* Bartholomeus Socinus *in l. more majorum, n.* 40. *ff. eod. tit.* Decius *in cap. cauſam matrimonii, n.* 43. *de offic. deleg.* Barboſa *in l. cum Prætor* 12. *§.* 1. *n.* 46. *ff. de judiciis.*

29 Tertia concluſio. Tertio iſto caſu, Judex delegatus ad negotia aliqua principaliter tractanda expenſis delegantis, aut ad univerſitatem cauſarum deſignato ſalario, ſimili modo ex bonis delegantis, nempè fiſci, injuncto mandato, ut incidenter cognoſcat de delictis, & puniat quos invenerit reos, ut accidere ſolet in reſcriptis commiſsionum Judicum adminiſtratorum gabellarum, aut vectigalium, ſeu portagiorum, ſi aliquem inveniat deliquiſſe aliquo genere delicti, cui impoſita ſit pœna pecuniaria, cujus pars applicatur Judici ſententiam ferenti, poterit in ſententia, quam protulerit applicare ſibi ejuſmodi partem pœnæ, & eam accipere, atque in cauſis civilibus executivis, de quibus incidenter tractat poterit percipere quælibet commoda, & ſportulas, quæ in ejuſmodi cauſis lex, vel conſuetudo Judicibus defert. Hæc concluſio eſt conformis ſecundæ ſententiæ, quæ hactenus, & non ulterius eſt exiſtimanda vera.

30 Probatur autem efficaciter, quoniam omnia commoda, quæ lex judicibus defert licitè ab eis percipiuntur, niſi alioqui prohibeantur. Sed iſtæ partes pœnatum, & ſportulæ applicantur judicibus in punitione delictorum quorundam, & cauſis executionum, & nulla alia lege prohibentur ea accipere: ergo juſtiſsimè eis fruuntur. Minor probatur, quoniam leges, quæ partes pœnarum applicant judicibus, non loquuntur in ſpecie de judicibus, ordinariis, ſed genericè de judicibus quo nomine comprehenduntur, tùm ordinarii, tùm delegati, juxta doctrinam Gloſſæ *in rubric. ff. de juriſdict. omn. judic.* & Alexandri

dri ibi *n.* 1. Decii *n.* 2. qui jurisdictionem in genere prolatam, docent comprehendere ordinariam, & delegatam. Succedit igitur vulgaris regula, ubi lex non distinguit, neque nos debere distinguere, sed generaliter, & sine exceptione accipere leges generaliter loquentes, *l. non distinguentes, ff. de recept. arbitr. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l.* 1. *§. quod autem Prætor, ff. de aleatoribus, l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præstand. l. in fraudem, §. fin. in fine ff. de testament. milit. l. ult. C. de hæred. vel action. vend.* notat Castillo *de usufruct. cap.* 3. *n.* 81.

31 Neque verò occurri potest esse diversam rationem quoad hunc juris articulum in ordinario, quàm in delegato, quoniam id falsum est, & sine fundamento, neque enim leges magis consulunt commodis ordinariorum, quàm delegatorum, neque Principes intendunt, ut ordinarii magis ditescant, quàm delegati, ut ordinariis salariatis ista commoda concedant; delegatis verò salariatis denegent, imò vero (ut superiùs advertimus *n.* 1.) leges, quæ applicant pœnas judicibus, non eum finem respiciunt, ut judices habeant majus lucrum in præmium suorum laborum, sed ut homines à maleficiis deterreantur pœnarum metu, & judices quæstus sui avidi in delinquentium punitionem incitentur. Quæ ratio æquè militat in judicibus ordinariis, & delegatis.

32 Accedit, quod delegatus ad universitatem causarum; qualis est judex, de quo modò loquimur est instar ordinarii judicis ferè quoad omnia, ut animadvertit glossa *in verbo, deleg. in cap. super, quæst.* 27. *§. si verò, de offic. deleg. & in cap. cùm causam* 62. *de appellat. verb. deleg. in fine,* item Glossa *in verb. non habet, in fine, in leg. à judice* 5. *C. de judiciis,* ubi notat Baldus *n.* 2. Alexander *n.* 6. Jaso *n.* 7. Gail *observat. pract. lib.* 1. *observ.* 97. *n.* 12. Menochius *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 67. *n.* 59. Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disput.* 31. *n.* 1. *versic.* 2. *fundament.* ubi plurimos refert. Ex quo fit, ut idem concedendum sit isti delegato, quod ordinario conceditur, Glossa *in verb. moderatas, in fine, in cap. statutum, §. insuper, de rescriptis in sexto,* Cardin. Thusc. *lit. I. concl.* 426. *n.* 3. *& seqq. tom.* 4.

33 Imò verò est cur judices Commissarios pluris æstiment Principes, quàm ordinarios, curque eis magis faveant, & consultum velint, siquidem delegati sunt manus, & brachia regia, quæ ordinariorum defectus supplent, quippè cùm juxta patria nostra jura creandi non sint, nisi cùm ordinarius, aut est negligens in administranda justitia, aut metu potentium imbecillis, & impotens, quibus casibus delegatorum industria succurritur ordinarii negligentiæ, audacia autem, & fortitudine imbecillitati, *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recop.*

34 Non est autem lex, quæ prohibeat delegatos ista lucra adquirere, nam leges illæ videlicet, *l.* 31. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recop. & l.* 11. *tit.* 21. *lib.* 4. *& l.* 13. *tit.* 7. *lib.* 9. superiùs allegatæ *n.* 13. *&* 14. *&* 25. non sunt extendendæ ultra casus, quos continent, de quibus diximus *in* 1. *&* 2. *conclusione*, & rationes decidendi earum, quas *supra* assignavimus *n.* 21. *& seqq. ad* 25. non se extendunt ad casum, de quo modò est sermo: nam iste judex non accipit salarium ob istas incidentias, & dependentias, quæ fortasis numquam contingent, ac per consequens non veniunt in considerationem designantis salarium, sed accipit illud ob negotium principale, atque ita non fit, ut ob unam occupationem judex habeat duplicem satisfactionem. Neque item oritur hoc casu alterum incommodum, ut quis oneretur duplici damno: nam delinquens, qui punitur pœna pecuniaria, non solvit judici salarium, sed solvi ipse delegans. Hoc igitur casu quemadmodum ordinarius ultra salarium adquirit ista commoda, ita potest ea justè adquirere iste delegatus.

35 Ex hoc intelliges, quodnam sit fundamentum ejus consuetudinis, quam receptam semper vidisse se testatur Bobadilla, *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 21. *n.* 42. tametsi ipsi eam sine ulla ratione improbet, ut videlicet delegati, etiamsi sint Judices Curiæ, quos *Alcaldes* vulgò vocamus, ultra salarium percipiant commoda quædam ex bonis delinquentium, contra quos proceduut in pœ-

nam contumaciæ, aut præmium capturæ. Sunt autem ista, arma delinquentium, quæ *l.28.tit.23.lib.4. Recopil.* applicat capienti delinquentem, & *l.21.tit.7. lib.2. Recopil.* id extendit ad Alcaldos Cancellariarum,& aliæ sportulæ,quas vocamus. *Derechos de despreces, omecillos, y sangre.* Est autem hujus consuetudinis eadem ratio, quæ nostræ hujus tertiæ conclusionis. Quoniam inquam ista commoda capiuntur ex incidentibus in negotio principali, quæ quidem per accidens contingunt, & possent non accidere, ac per consequens Princeps, qui Judici constituit salarium ob prosequutionem principalis negotii non respicit ea, neque habet in consideratione, ut censendus sit ob ea salarium assignasse, aut eorum intuitu, ut ea censenda sint compræhensa sub salario causæ principalis. Contumacia enim delinquentis, ob quam imponuntur quædam ex dictis pœnis, conjungitur per accidens cum delicto,& posset non conjungi, quia posset delinquens non esse contumax, præterquam quod cum sint modica, seu minima potius ista lucra, de illis non curat lex, quæ de minimis non curat,ut latè prosequitur Peregrinus Janinius *tract. de citatione reali, lib.2.cap.2.n.94.cum seqq. & n.247.cum seqq.* Nevizanus *in silva nuptiali, lib.5. n.98.*

36 Reliquum est, ut satisfaciamus argumentis pro prima sententia adductis, quatenus videntur pugnare cum tertia conclusione à nobis proposita. Ad primum, & secundum argumentum desumpta ex textu *in l.31.tit.6.lib.3.Recopil.& in l.11.tit.21. lib.4.& in l.13.in fine,tit.7.lib.9.* constat ex dictis à nobis leges illas dumtaxat probare non posse Judicem, cui ob unum negotium stipendium designatur aliud ullum stipendium quærere ob illudmet negotium, & subditos gravare: cùm vero contingit conjungi aliquid cum negotio principali, ob quod constituitur Judici salarium, quod posset quidem non conjungi,ac per consequens non potuit constituens salarium assignare ipsum intuitu ejus,quod fore ut contingeret, ignorabat, ex quo incidenti negotio leges aliquod lucrum Judici deferunt, poterit delegatus salariatus non minus, quàm ordinarius salariatus id lucrum percipere; eadem enim prorsus ratio in utroque viget,ut id possint,aut non possint.

37 Ad tertium argumentum dicendum est, verum quidem esse leges regias non præscripsisse sportulas delegatorum, quoniam leges respiciunt casus frequentiores, *l.nam ad ea, ff.de legibus*, verum ubi justum fuerit delegatos accipere sportulas, juxta distinctionem à nobis traditam,accipiendæ sunt juxta constitutionem, & taxam sportularum ordinariorum, ut insinuat, *d.l.31. & d. l.11.* neque novum est leges ad similia trahi, *l. non possunt 12. & l. nam ut ait 13. ff.de legibus.* Judex verò, qui juxta leges,seu expressas, seu interpretatione extensas suas commoditates percipit, justissimè procedit.

38 Ad quartum argumentum dicendum est, inter Judicem ordinarium,& delegatum, multa quidem esse discrimina,de quibus consulendi sunt Doctores Legistæ *in Rubric. ff.de eo,cui mand.& jurisdict.& per totum titulum*, & Canonistæ *in Rubrica de offic. & potestat. Judic. delegat. & de offic. ordinarii.* Maranta *in praxi, 4.p. distinct. 5.* Thuscus *lit.I. conclus.426. tom.4.* Trivisanus *decis.1.lib.1.* Alexander Raudensis *lib. 1.variar.resolut.cap.67.* Parladorius *in sesquicenturia, different.129.* Janinius *de citatione reali,lib.1. cap.1. ex n.492.* qui enumerat quadraginta differentias; tametsi non meminerim vidisse usquam præterquam apud Bobadilla illam æquiparationem usufructuarii ordinario, & usuarii delegato. Verum est Angelum *in l.more majorum,n. 1. ff.de jurisdict.omn.judic.* comparare ordinarium proprietario, delegatum autem usuario: quæ tamen similitudo displicet Fulgosio ibi,*n.6.* licèt eam defendere conetur Jaso *n.1.* sed similitudo est in articulo multùm diverso ab isto, præterquam quòd comparatio Angeli procedit inter ordinarium delegantem, & delegatum ab ipso, non inter ordinarium, & delegatum absolutè. Sed sivè sint similis, sivè non sint, (de quo modò non curo) nihil ad rem: non enim ex eo colligitur posse ordinarium

frui

frui commodis, quibus non posſit frui delegatus quemadmodum ex eadem diſsimilitudine non colligitur non posſe delegatum habere ſalaria, quia ordinarius ſalariis fruatur, ſed id dumtaxat colligitur delegatum pro termino ſolum commiſsionis ſuæ, iis commodis frui, aut uti, quibus utitur, & fruitur ordinarius pro tempore ſui officii.

39 Illud admoverim, nè quis exiſtimet me, qui videar judicum poteſtatem extendiſſe, ac dilataſſe aliquantò magis, quàm ſcrupuloſos, minutoſque quoſdam, ac nimis Religioſos Scriptores Hiſpanos, ea ampla poteſtate uſum, dum exercui munus Judicis delegati per multos annos, quo juvante Deo jam functus ſum, permiſsiſſeque mihi, quæ aliis licita eſſe judicavi. Scio docente Paulo 1. *Corinth. 6. n. 12. & cap. 10. n. 12.* non omnia, quæ licent expedire; ego autem ſic me geſsi ne facta mea poſſent ad diſputationem trahi, ut ſentiret de illis, quiſque ut liberet, mihi ſcrupuloſus, & undequaque cautus vixi, cum aliis autem mitiùs ago, mihi tutiorem parte elegi, aliis quænam ſit magis probabilis, ac judicio meo vera oſtendo, alios ego ita judicarem, ab aliorum autem judicio ſemper cavi. Tametſi ingenuè fatear, quod alii, aut fateri verebuntur, aut falsò, & fraudulenter negabunt, me lucri cupidum eſſe, nam omnes homines lucri cupidos eſſe didici à Platone *in fine dialogi de lucri cupiditate*, qui inſcribitus Hiparchus, quem ita concludit: *Nemo igitur rectè vituperabit lucri, cupidos, cum ipſe quoque lucri cupidos ſit*, & ab Ariſtotele eidem conſentiente, *lib. 2. Politicorum, cap. 3. aliàs cap. 5.* Innatum eſſe à natura ipſa omnibus hominibus lucri appetitum, animadvertit inſignis Author aurei libelli ſummo in pretio apud pios habiti, ac ferè Canonici reputati: Contemptum mundi dico, ſeu de imitatione Chriſti, *lib. 3. cap. 59.* quod non latuit Accurſium, qui *in l. cura 4. §. deficientium, verb. Si ex voto, ff. de muner. & honor.* textum interpretatus eſt dicens: *Quilibet anhelat ad lucrum, ut hic, & C. arbitrar. tutel. l. ſi defunctus*, nè quis ſe tàm Curium ſimulet, ut ab hoc appetitu prædicet alienum; ſat erit prudenti, ac temperanti viro, ſi appetitum iſtum intra rationis, ac legum divinarum, & humanarum metas cohibeat, ac moderetur; ſed vituperandus non eſt, qui juſtum ſectetur lucrum. Neminem certè hucuſque novi, qui lucrum non ſectetur, tametſi noverim nonnullos, qui cum ipſi eſſent lucri cupidiſsimi, abhorrebant ab aliis moderatiſsima commoda ſectantibus, qui alimentis neceſſariis contenti viverent. Huc pervenit noſtrorum temporum hypocriſis.

SUMMA DISPUTATIONIS QUINTÆ.

1 *CAſus frequentiſsimus, infrequens apud Scriptores noſtros.*

2 *Salarium diviſim exigitur, ſi rei ſit ſolvendo. In exactione quis modus ſervandus.*

3 *Diſtinguuntur multi caſus, & proponitur primus de multis reis obligatis, ſimpliciter ex uno contractu, & primitiva ejus obligatione ad ſolutionem ſalarii.*

4 *Ex contractibus oritur duplex obligatio, & actis.*

5 *Obligatio ſecundaria contrahitur aliquando tacitè, & aliquando expreſsè.*

6 *Reſolvitur primus caſus.*

7 *Amplia, ut reſolutio procedat, tàm in reis principalibus, quàm eorum fidejuſſoribus.*

8 *Id tamen procedit juxta jus Regium.*

9 *Secundus caſus de multis obligatis inſolidum ad ſolutionem ſalarii ex primaria obligatione unius contractus; quo iſti inſolidum conveniuntur, & ſolvit idoneus pro non idoneo.*

10 *Fidejuſſores non gaudent beneficio diviſionis, cùm inſolidum obligantur, attento jure Regio.*

11 *Tertius caſus, cum multi obligantur ex ſecundaria obligatione unius contractus, quo inſolidum conveniuntur, & ſolvit idoneus pro non idoneo.*

12 *Secundaria obligatio non oritur ex contractu niſi interveniente dolo, vel culpa debitoris.*

13 *Qui obligantur ex dolo, obligantur inſolidum, quia dolus pro parte committi non poteſt.*

Tex-

14 *Textus id probantes.*

15 *Qui ex mora obligantur, obligari insolidum.*

16 *Quartus casus, cum multi obligantur ex officio obligatione primaria, vel secundaria.*

17 *Ex obligatione officii primaria, multi obligantur insolidum.*

18 *Limita si administratio sit legitimè divisa.*

19 *Ex obligatione officii secundaria multi tenentur insolidum, & quoties à multis incurritur obligatio insolidum, solvit idoneus pro non idoneo.*

20 *Quintus casus, cum multi obligantur ex uno delicto ad salarium, & isto tenentur singuli insolidum.*

21 *In pœna, quod unus solvit alterum non liberat secus in interesse.*

Expensæ processus criminalis magis sunt reputandæ tanquam interesse, quam quasi pœna.

22 *Officiales in officio delinquentes ad pœnam conventi gaudent beneficio divisionis.*

23 *Sextus casus, cum multi obligantur ex multis delictis ad solutionem salarii alicujus Judicis, quo singuli insolidum tenentur.*

24 *Judex à quolibet delinquente cateris existentibus non solvendo exigit sua salaria insolidum.*

25 *Ex quo capite proveniat individuatio delictorum, remissivè.*

26 *Declara ut debeat Judex simul procedere adversus omnes reos.*

27 *Declara secundò, si Judici designetur unum salarium quotidianum, sivè procedat contra unum sivè contra plures; secus si salarium divisim assignetur ex bonis multorum.*

28 *Septimus casus, cum multi obligantur ad salarium ex secnndaria obligatione multorum contractuum, quo etiam singuli insolidum tenentur,* & n. 29.

30 *Id tamen tunc procedit, quando Judex simul format processum coutra plures.*

31 *Notatur discrimen inter duos casus, quo Judex procedit adversus reos unius obligationis, vel reos plurium.*

32 *Ad exigenda plura debita in uno loco, non plures, sed unus solum exactor mittendus est.*

33 *Objectio adversus prædicta.*

34 *Solutio, & verba ad executionem relata non immutant dispositionem.*

35 *Verba accipienda sunt cum effectu.*

Ubi forma à lege inducta præcisè impleri non potest, illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur.

36 *Expenditur textus* in l. 1. C. si plures una sententia.

37 *Octavus casus, cum multi obligantur ad salarium ex sententia distinguitur in alios diversos.*

38 *Damnati insolidum, insolidum conveniuntur.*

39 *Præceptum de solvendo factum pluribus in exequutionem obligationis insolidum contractæ, tenet insolidum eos, & facit, ut insolidum exigantur.*

40 *Sententia diffinitiva condemnatoria plurium lata in exequutionem obligationis pœnalis, ex maleficio tenet omnes insolidum.*

41 *Sententia condemnatoria lata simpliciter contra multos in exequutionem obligationis contractæ non insolidum, sed pro virili, obligat multos pro virili.*

42 *Rei damnati simpliciter, ut solvant quantitatem, ad quam omnes insolidum tenebantur, si conveniuntur ex actione judicati, exiguntur pro virili.*

43 *Si verò conveniantur ex actione primitiva in judicium deducta (quod possunt) conveniri possunt insolidum sine metu exceptionis rei judicatæ.*

44 *Beneficium divisionis, & utilis actionis conceditur multis reis ex obligatione civili, sivè primaria, sivè secundaria.*

45 *Beneficium cessionis, & utilis actionis denegatur reis ex delicto, vel quasi dolo, aut culpa dolo simili.*

46 *In foro interiori reus delicti, qui solutione alterius correi liberatus est ab interesse, tenetur ei satisfacere pro rata.*

47 *Beneficium divisionis an concedatur reis ex delicto, vel quasi, res controversa, & multi negant.*

48 *Multi affirmant, & vide, remissivè.*

DIS-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DISPUTATIO V.

Utrum Judex delegatus, cui per commissionem designatur certum salarium exigendum à multis reis, contra quos simul procedit exequutivè, vel criminaliter, & dividendum inter ipsos, possit ab unoquoque, cæteris existentibus non solvendo, salarium insolidum exigere?

Ad l. 32. tit. 6. lib. 3. Recopil. & ad l. 1. §. 3. tit. 31. lib. 4. Recopil.

1 FRequentissimus casus, sed satis infrequens apud nostros Scriptores ex facto aliquando venit in disputationem, & apud graves viros de eo dubitatum est, in quo, ut incipiamus à certis, & indubitatis quædam præsupponenda sunt.

2 Statuo in primis, si rei omnes solvendo existant, salaria debere exigi per partes diviso toto in singulos pro rata, ita ut nemini fiat injuria, si ab eo exigatur; quod ab alio exigi posset, quoniam eum effectum habere debet clausula commissionis, qua hæc divisio fieri jubetur, cui obedire debet Judex quantum fieri possit. Idem prorsus dicendum est, si aliquis ex reis, à quibus salarium exigendum est, etiam si non habeat pecuniam promptam ad solutionem salarii, habet tamen bona, ex quorum fructibus, vel venditione, sperare potest Judex de proximo fore, ut redigatur pecunia sufficiens ad solutionem salarii debiti: nam sic se Judices cum subditis gerere debent, quemadmodum vellent si essent subditi, ut cum eis se gereret Judex, *cap. quorumdam, dist. 74.* Abbas *in proœmio Gregoriano, verb. Rex pacificus, ante n. 1.* memores parabolæ conserui Matthæi 18. *ex n. 23.* ubi monemur tales nos præbere erga proximos qualem se nobis exhibet pater misericordiarum, Seneca *lib. 1. de clementia, cap. 7.* Principes monet tales se civibus, quales sibi Deos velle debere, neque exactio facienda est tàm amarè, & tanquam inter infestos, ut aliàs dicebat Jurisconsult. *in l. si id quod 28. §. si quas, ff. de donationibus inter virum. Oportet enim exactorem non esse acerbum, & contumeliosum, sed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum, l. si bene 33. ff. de usuris, etenim ut debitor delicatus ferendus non est, ita neque oneros us creditor debet audiri, l. si servus 25. ff. de pignor. action.* notat Escobar *de ratiociniis, 1. p. cap. 19. num. 29.* quoniam in mora modici temporis parvum est præjudicium, *l. si debitori 21. ff. de judiciis:* nam & ipsum jus quadrimestres inducias ad parendum judicatis indulsit, *l. 2. & 3. C. de usur. rei judic.* & moderatam dilationem debitoribus ipsis fiscalibus eam ad comparandam pecuniam petentibus negari non permisit, *l. in fraudem, §. fiscalibus. ff. de jure fisci.* Est igitur difficultas pertractanda, eo casu, quo constat solvendo non esse aliquem, vel aliquos ex reis.

3 Secundo statuendum est, quod attinet ad præsentem difficultatem multos casus distingui posse. Primus casus est, cùm multi obligantur ad solvendum salarium Judicis in uno contractu simpliciter, & non insolidum ex primitiva contractus obligatione, quæ parit primitivam actionem ad ejusmodi salarium exigendum.

4 Pro cujus casus, & sequentium explicatione notandum est, in quolibet contractu duplicem obligationem spectari posse ex qua oritur duplex actio. Prima obligatio est illa, quæ resultat ex natura ipsa contractus ad implendum id, quod partes consentiunt, & principaliter intendunt, quæ vocatur obligatio primitiva, & ex ea oritur actio ex utraque parte ad compellendam alteram, ut impleat istam primitivam obligationem, quæ item vocatur actio primitiva. Secunda obligatio est secundaria, quasi per accidens ex contractu orta, ex eo, quod aliquis ex contrahentibus non impleat contenta in prima illa obligatione: succedit enim ista subsidiaria ad supplendum defectum primæ: item actio secundaria ad resarciendum jus læsum ex defectu implementi primę illius obligationis. Exemplo res plana fiet. In commodato, vel depositio primæva obligatio est, ut restituatur suo tempore res commodata, vel depositia, talis qualem recepit depositarius, vel commodatarius, quod si ille non impleat, ut debet,

ori-

oritur ex eodem contractu obligatio secundaria solvendi interesse deponenti, vel cõmodanti: atque eodem prorsus modo ex primæva contractus obligatione oritur primæva actio ad recuperandam rem depositam, vel commodatam; sed interveniente dolo, vel lata culpa depositarii, vel commodatarii qui vel rẽ restituere non possit, vel deteriorem reddiderit, datur deponenti, & commodanti actio secundaria, quia prosequatur suum jus circa damnum illatum sibi dolo, vel culpa depositarii, vel commodatarii. Hæc doctrina apertè colligitur *ex l. 1. ff. depositi*, in multis paragraphis, & legibus sequentibus, *& ex l. si ut certo, l. in commodata, l. in rebus, ff. commodati.* Item in verborum obligationibus primitiva obligatio est, quæ verbis continetur, ut impleatur statuto tempore, & primitiva actio est ad implementum istius obligationis: ea verò suo tempore non impleta succedit obligatio secundaria ad damna, & interesse, orta ex non implemento, & actio ad exigendum ejusmodi interesse, & resarciendum damnum, quæ vocatur secundaria. Huc pertinet, *l. si insulam cum materia, ff. de verbor. obligationibus*, & multi alii textus. Pertinet item communis conclusio, quòd in obligationibus facti post moram succedit obligatio ad interesse, quæ est obligatio secundaria, & subsidiaria, de qua conclusione latè Bartolus *in l. stipulationes non dividuntur, ex n. 36. ff. de verb. obligationibus.* Gratianus *regul.* 184. Item alia communis conclusio, quòd debitor, qui est in mora dandi, seu solvendi pecuniam suo creditori, tenetur ipsi ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, de qua Decius *in cap. cum venerabilis, n. 55. cum sequentibus, de exceptionibus*, Plotus *de in litem jurando, §. 11. in dotis actione, n. 30. & 31.* qui id intelligunt quòad lucrum cessans in solito negotiari, *& in §. 27. per totum*, Bellonus *decision. 139. n. 7.* qui dicit hanc sententiam ita esse canonizatam in scholis, & palatiis, ut ab ea recedere nefas esse videatur, Thuscus *lit. I. concluſ.* 303. Bertazolius *consil. criminali* 264. *n. 1. & sequent. lib. 2.* Hondedeus *consil.* 50. *vol. 1.* Surdus *de alimentis, tit. 1. q. 45. ex n. 27.* Atque hanc doctrinam de duplici actione, videlicet, primitiva, & secundaria, ortis ex contractibus, tradunt Bartolus *in l. eandem 9. in princip. n. 3. ff. de duobus reis*, & ibi Angelus *n. 2.* Paulus *n. 2.* Ronchegallus *n. 254. cum seqq.* Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 9. tit. 2. n. 10. 11. & 12. & tit. 4. n. 5. & lib. 15. tit. 2. n. 6. tom. 2.*

5 Illud tamen obviter addendum est, obligationem istam secundariam, de qua agimus, cui locum dat dolus, culpa, aut mora alterius contrahentis, aliquando contrahi tacitè, cùm videlicèt in ipso contractu, nihil aliud exprimitur, quàm quòd pertinet ad principalem, & primitivam obligationem, quemadmodum in obligationibus facti, post moram tacitè contrahitur obligatio ad interesse: aliquando verò expresè, cum in contractu non solum exprimitur, quod principaliter agendum est, sed etiam qui præstandum sit interveniente mora, vel dolo, aut culpa alterius, vel utriusque contrahentis, quemadmodum cùm adjicitur stipulationi principali stipulatio pœnalis, sub conditione si principalis stipulatio non impleatur. Docet id apertis verbis optimus textus *in l. si pœnam 68. ff. de verbor. obligation.* item *in l. si fundum certo die 114. ff. eod. tit.* qui agit de tacita obligatione secundaria post moram, notat doctè, ut alia, Mantica *de tacit. & ambig. conventionib. lib. 14. tit. 9. n. 28.* Hæc autem expressio plerumque fit in contractibus, cum in eis intervenit scriptura; promittitur enim, aut interesse in genere, aut certe quantitas loco interesse, verbi causa promittitur salarium exactori præstandum in casu moræ, ut dicitur *in l. 20. tit. 21. lib. 4. Recopil. vers. Otrosi, el primo*, & advertit Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. q. 6. n. 9. & 10. & lib. 3. q. 5. n. 10.*

6 Igitur (ut eo redeamus, unde digressi sumus) primo isto casu resolvendum est, multos reos obligatos obligatione primitiva ad solvendum salarium judicis simpliciter, & non insolidum, non posse insolidum exigi; sed unusquisque solvere debet pro virili parte, sive alii idonei sint, sivè non sint. Quod ex eo probatur, quoniam obli-

ga-

gatio à principio divisa est pro rata inter omnes, & unusquisque tantum obligatur pro parte ipsum tangente; & non pro parte alterius, *l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis.* Ergo unus pro alterius debito conveniri non potest, neque exigi ab uno, quod alius debet, *l. 3. in fin. C. ne uxor pro marito*, ibi: *Certissimum enim est ex alterius contractu neminem obligari, l. legatorum, in princip. ff. de legat. 2. l. solent, in fin. ff. de aliment. & cibar. leg.* Regula enim juris est, non debere alteri per alterum, iniquam conditionem inferri, *l. non debet alteri, ff. de regul. jur.* Thuscus *lit. A. conclus.* 313.

7 Declaratur hæc resolutio, ut sit intelligenda, non solùm de reis principalibus simpliciter obligatis, sed etiam de fidejussoribus obligatis eodem modo, quoniam inter fidejussores simpliciter obligatos, dividitur à principio ipso jure obligatio fidejussoria, quemadmodum inter reos principales. Decisionem enim textus *in d. l. reos, §. cum tabulis*, extendit jus Regium ad casum fidejussorum *in l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopil.* ut ad eam explicant Castellani Doctores, Azevedus ibi, *n. 1.* Matienzo *gloss. 1.* & ante eos Gregorius Lopez *in l. 8. tit. 12. part. 5. gloss. 5.* & Villalobos *in antimonia, lit. F. n. 14.* Olanus *dict. lit. F. n. 35.* sequitur Gaspar Rodericus *de annuis redditibus, lib. 2. q. 5. n. 6.* & alii ab eo relati.

8 Limitabis tamen hanc declarationem, ut accipienda sit, juxta jus Regium, nam communi jure attento, tametsi quod attinet ad reos principales, id ita verum sit, nempè obligatos esse dumtaxat pro virili parte, cùm obligantur simpliciter, juxta textum *in d. l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis*, secus tamen est in fidejussoribus obligatis simpliciter, qui non pro virili, sed insolidum obligantur ipso jure *l. non rectè 3. C. de fidejussor. §. si plures, instit. de fidejussor.* tametsi indulgebatur illis beneficium epistolæ Divi Adriani, si omnes erant idonei, ut unusquisque pro virili portione conveniretur, *d. l. non rectè, & d. §. si plures*, de quo tamen alibi latius agemus Deo volente.

9 Secundus casus est, cùm multi obligati sunt ad solvendum salarium judicis primitiva obligatione unius, & ejusdem contractus, qui se insolidum obligarunt, veluti cùm multi debitores insolidum se obligant ad solvendas creditori expensas exactionis. Quo casu dicendum est, posse unumquemque insolidum conveniri pro tota quantitate salarii, si cæteri solvendo non existant. Ratio est, quoniam hoc casu isti debitores sunt multi rei debendi: porrò cùm multi rei debendi sunt, potest creditor ab unoquoque solidum exigere, *l. in duobus, §. ubi duo, ff. de duobus reis, l. creditor. Cod. eod. tit.* Si vero cæteri idonei sunt inter eos, debet dividi obligatio, & non sunt insolidum exigendi, idque duabus rationibus, in casu de quo modo agimus. Prima est, quoniam præsupponimus in rescripto commissionis statui, ut salarium divisim exigatur inter istos reos, & ne totum ab unoquoque, quod ita servandum est, quantum fieri possit. Secunda, quoniam etiam si cessaret ista ratio, jus ipsum indulget multis reis principalibus insolidum obligatis beneficium divisionis, quando omnes idonei sunt solvendo, *Authent. hoc ita, C. de duobus reis, l. 10. tit. 12. part. 5.* ac per consequens multi rei idonei non sunt exigendi insolidum, sed pro virili.

10 Observandum autem est, attento jure Regio, tametsi constituenda sit quoad hoc differentia inter reos principales insolidum obligatos ex una parte, & fidejussores obligatos insolidum ex altera, quod illi gaudent beneficio divisionis, juxta textum *in dict. l. 10. tit. 12. part. 5.* & explicationem Gregorii *in l. 8. tit. 12. part. 5. gloss. 1. in fin.* isti tamen nullo divisionis beneficio potiuntur, juxta textum *in d. l. 8.* & præter Gregorium modo relatum, adnotarunt Villalobos *apud Olanum in concordia antinomiarum, lit. F. n. 32.* & ipse Olanus ibi *n. 33.* & est verissima animadversio, quidquid alii dixerint. Verùm quod attinet ad casum, de quo loquimur, si fidejussores obligati insolidum ad solutionem salarii sunt omnes idonei, non *sunt insolidum conveniendi, quoniam* beneficium divisionis, quòd jus Regni illis denegat, concedit rescriptum commissionis judicis istius delegati, de quo agimus, cui mandatur, ut salarium divisim exigat ad obli-

obligatis pro virili portione exigendo ab unoquoque eorum.

11 Tertius casus est, cùm multi sunt obligati ad solvendum salarium ex secundaria obligatione unius, & ejusdem contractus, sivè tacitè, sivè expresè. Exemplum est, si multi, sivè rei, sivè fidejussores intervenerunt in mutuo, vel locatione Regiorum reddituum, qui in casu moræ, & cessationis obligati sunt, sivè tacitè ex natura contractus, sivè expresè, quia in scriptura ita expressum est, ad expensas exactionis, videlicèt salaria exactorum, & exequutionis sportulas, & expensas factas in venditione bonorum, & eorundem subhastationibus. Quo casu resolvendum est, quibusdam non existentibus idoneis, & solvendo posse unumquemque insolidum exigi, & conveniri idoneum pro non idoneo.

12 Fundamentum istius resolutionis est, quoniam hæc secundaria obligatio nunquam oritur ex contractu, nisi cum intervenit dolus, culpa, vel mora debitoris, ita ut suppositio contractu ipso tanquam semine, & primo principio ipsius, nascatur ista obligatio, & actio secundaria, tanquam ex radice immediata, & causa proxima, ex dolo, culpa, aut mora contrahentis, juncta anteriori contractui, & cùm minimùm, ut debitor isti secundariæ actioni, & obligationi maneat obnoxius incurrit moram, quæ in sui ratione, & essentia includit culpam, cùm mora sit dilatio debitoris culposa in debito solvendo, vel creditoris in debito recipiendo, ut docuit Salicetus *in l. quod te* 5. *n.* 2. *ff. si cert. petat.* Socinus ibi, *n.* 2. Decius *in* 2. *lectur. n.* 3. & 4. Jaso *in l. si ita quis* 131. §. *Seja cavit, n.* 18. 19. & 20. *ff. de verbor. obligation.* Mascardus *de probationibus, conclus.* 1071. *mora cum sit facti, n.* 2. *volum.* 2. Barbosa *in l. si mora* 10. *ante n.* 1. *ff. solut. matrimon.* Pichardus *disputatione de mora n.* 10. imò verò mora delictum est, ut notat Jaso, & Mascardus locis relatis post alios, & probatur ex textu *in d. l. quod te*, & *in l. qui fine* 63. *ff. de regul. jur.* & qui est in mora solvendi, quòd debet, suspectus est de dolo, ut notat Glossa *in verb. Non tenetur, in l. mora* 32. §. 1. *ff. de usuris*, & colligitur *ex l. si Procuratorem* 8. §. *fin. ff. mandati*, cujus Glossæ opinionem sequuti sunt Paulus *in d. l. quod te, n.* 4. Decius ibi, *in* 1. *lectur. n.* 2. & *in* 2. *lectur. n.* 5. & 6. & certum est moram non incurri sine lata culpa, quæ dolo æquiparatur, juxta *l. quod Nerva, ff. de positi*, ut post Bartolum, Fulgosium, Alexandrum, Jasonem, Decium, Ripam, Purpuratum, Cagnolum, Petrum, Gregorium, Curtium, animadvertit Barbosa *in d. l. si mora* 10. *n.* 1. *ff. solution. matrimon.*

13 Succedit igitur elegans doctrina Bartoli *in l. eandem* 9. *in principio, n.* 3. *in fine ff. de duobus reis*, quam ipsum sequuti tradiderunt Angelus ibi, *n.* 2. & *in l. reos, in princip. n.* 2. *eod. tit.* Joannes de Imola *in d. l. eandem, n.* 1. *vers. Unde potest attentari*, & *n.* 2. *vers. Secundum est*, & *in d. l. reos, n.* 1. *circa finem, versic. Item adverte*, & *in l. cum duo* 19. *n.* 3. *in fine*, & *n.* 4. & 5. *ff. eod.* Paulus Castrensis *in d. l. eandem, n.* 2. & *in d. l. reos, n.* 5. Ronchegallus *in d. l. eandem, n.* 254. & *seqq.* & *n.* 258. & *seqq.* & *n.* 271. *cum. seqq.* Cardinalis Mantica *de tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 15. *tit.* 2. *n.* 6. videlicèt eos, qui obligantur ex contractu ratione secundariæ obligationis ex dolo, aut culpa teneri insolidum, non solum si id actum est: tunc enim erunt propriè duo rei debendi, sed etiam ex natura ipsa doli, & culpæ, quæ cum non possint pro parte committi, sed insolidum, ideò suos actores tenent, & obligant insolidum, & se habent tanquam duo rei debendi. Dixi, *se habent tanquam duo rei debendi*, quia quòad obligationem solidi, ipsis similes sunt, sed sunt dissimiles quòad alia: diversum enim est in jure esse reos debendi & esse insolidum obligatos, ut latè prosequuntur Doctores cum Bartolo *in l. in duobus* 3. §. 1. *ex n.* 6. ubi notat Ronchegallus *n.* 87. & *in d. l. eandem* 9. *in princip. n.* 268. & *in l. reos*, §. *cum tabulis, n.* 66. *ff. de duobus reis.*

14 Probant autem egregiam istam doctrinam textus notatu digni à Bartolo in ejus probationem adducti. Primus *in l.* 1. §. *si apud duos, ff. depositi. Si apud duos* (aut Jurisconsultus) *sit deposita res adversus unumquemque eorum agi poterit, &c. Proinde si ambo*

bo dolo fecerunt, & alter, quod intereſt præſtiterit, alter non convenietur, exemplo duorum tutorum, quòd ſi alter, vel nihil, vel minus facere poſsit, ad alium pervenietur, item textus *in l. depoſiti 9. ff. eodem, in depoſiti actione ſi ex facto defuncti agatur adverſus unum ex pluribus hæredibus pro parte hæreditaria agere debeo; ſi verò ex ſuo delicto pro parte non ago: meritò, quia æſtimatio refertur ad dolum, quem inſolidum ipſe hæres admiſit, & in l. ſi duo hæredes 22. ff. eodem. Si duo hæredes rem apud defunctum depoſitam dolo interverterint quo dam utique caſu in partes tenebuntur: nam ſi diviſerint decem millia, quæ apud defunctum depoſita fuerant, & quina millia abſtulerint, & uterque ſolvendo eſt, in partes obſtricti erunt, neque enim amplius actoris intereſt, quod ſi lancem conſtaverint, aut conſtari ab aliquo paſsi fuerint, aliavè quæ ſpecies dolo eorum interverſa fuerit, inſolidum conveniri poterunt, ac ſi ipſi ſervandam ſuſcepiſſent: nam certè verum eſt inſolidum quemque dolo feciſſe, & in l. ſi ut certo, §. ſi duobus vehiculum, in fine, ff. commodati*, ibi: *Sed eſſe veriùs ait, & dolum & culpam, & diligentiam, & cuſtodiam in totum me præſtare debere: quare duo quodam modo rei habebuntur, & ſi alter conventus præſtiterit liberavit alterum.* Qui textus planè agit de ſecundaria obligatione contractus commodati.

15 Ex quibus tandem planè colligitur eos, qui ex ſua mora virtute ſecundariæ obligationis unius, & ejuſdem contractus incurrunt reatum ſolvendi ſalarii, eſſe inſolidum obligatos ad ſalarii ſolutionem, ac per conſequens loco eorum, qui ſolvendo non ſunt, conveniri poſſe idoneos, & inſolidum exigi, quibus nulla fit injuria ſiquidem non amplius ab eis extorquetur, quam ipſi debeant, cum quilibet totum ſalarium debeat. Quæ verò adverſus hanc reſolutionem objici poſſunt, & difficultatem faciunt, inferiùs *n.* 33. oportuniore loco diſſolvenda ſunt.

16 Quartus caſus eſt, cùm multi obligantur ad ſolvendum ſalarium ex officio, ſub quo rurſus ſubdiſtingui poſſunt alii duo. Primus cùm multi obligantur ad ſolvendum ſalarium, aliquod ex primitiva, ſeu primaria obligatione officii. Secundos cum multi obligantur ad ſolvendum ſalarium ex obligatione officii ſecundaria; etenim quemadmodum ex contractu oritur duplex illa obligatio primitiva, & ſecundaria: ita ſimiliter ex officio quolibet, & ejus acceptatione oritur duplex obligatio primitiva inquam, quæ comprehendit ea, quæ pertinent ad munus, & onus officii, ad quæ quis obligatur ex officii ſuſceptione. *Qui enim officium deſiderat bonum opus deſiderat*, ut de Epiſcopatu dixit Paulus 1. *ad Timoth.* 3. *n.* 1. ubi enumerat, quæ pertinent ad officium Epiſcopi, ut eleganter animadvertit Divus Auguſtinus *lib.* 19. *de Civitate Dei, cap.* 19. Divus Gregorius 1. *p. paſtoralis, cap.* 8. Divus Thomas *quodlibet* 5. *art.* 22. *in corpore*, & egregiè interpretatur Cornelius à Lapide, in eum locum Pauli: docet enim Apoſtolus juxta horum ſententiam Epiſcopatum nomen eſſe operis, non honoris, quod proportione ſua de quolibet officio poteſt intelligi ob eandem rationem. Secundaria autem eſt illa obligatio, quæ ex eo oritur, quòd quis primitivè obligationi non ſatisfecerit, ſeu omittendo per negligentiam, quæ facere debebat, ſeu committendo aliquid contra officii debitum; quam obligationem incurrit quicumque officium malè gerit. Quæ doctrina planè colligitur ex textu *in leg.* 1. *ff. tutel. & ration. diſtrab. & in l.* 2. *C. de divisend. tutel.* præterquamquòd rectè ducitur argumentum à contractibus ad quaſi contractus, teſte Everardo, *in locis legalibus, loc.* 37. quaſi contractus autem celebratur in officii ſuſceptione, *§. tutores, inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract.*

17 Primi caſus exemplum eſt, ſi quis minor debeat ſalarium, puta, minor eſt Comes, Marchio, vel Dux, & habet Judices deſignatos in Villis ſuæ juriſdictionis, quibus conſtituta ſunt ſalaria, vel habet Procuratores, vel familiares, quibus ſalaria ſunt conſtituta. Iſta enim ſalaria, & ſalaria Magiſtrorum minoris, tutores ipſius ex primitiva officii obligatione ſolvere tenentur, juxta *l. cum plures* 12. *§. cum tutor, ff. de adminiſtrat. tutor.* Item adminiſtratores Regio-

giorum reddituum ex primitiva officii obligatione tenentur ſolvere ſalaria officialium inferiorum, ita enim continetur in titulis ſuorum officiorum,& proviſionibus Regiis ſuarum commiſsionum. Igitur hoc caſu, ſi plures ſint deputati alicui officio,veluti ſint plures adminiſtratores Reipublicæ, vel tutores minoris debentis ſalaria, poſſunt exigi inſolidum nomine ejus,qui ſalarium debet: nam quilibet inſolidum debet, & eſt obligatus ſolvere ejuſmodi ſalarium.Ratio eſt,quia ex officio redundat obligatio inſolidum in pluribus officialibus deputatis ad *officium publicum*, vel *adminiſtrationem* publicam, vel privatam, *l. creditor* 60. §. *duobus quis ff.mandat.l.ſi plures* 39. *ff.de adminiſtrat.tutor.l.* 1.§.*nunc tractemus,ff.tutel. & ration.diſtrahend.Imperator* 11. *ff.ad municipal.& de incol.l.*2.*C.de divid. tut.* 1. *C. quo quiſque ordin.conven. lib.* 11. & ibi Bartolus, & Angelus, Joannes de Platea *n.* 2. & Lucas de Pena, *& l.*2.& ibi Platea *n.* 1. *C. eod.tit.* Boerius *deciſ.* 59. *&* 60. tractat latè diſtinguendo Bartolus *in d.l.eandem,n.* 7.*& ſeqq. ff.de duobus reis*,& Ronchegallus ibi *in principio illius legis*, *ex n.*210. Baeza *de decima tutoris,cap.*2.*n.*132. Imò id quoque procedit in actione mandati contraria, ut colligitur ex notabili textu *in l. ſi mandato* 59. §.*Paulus* 2.*ff.mandati*,datur enim contra plures mandatores inſolidum.

18 Limita hanc reſolutionem,ſi adminiſtratio ſit diviſa interveniente authoritate Judicis, vel ejus,qui poſsit legitimè eam dividere, nam ratione hujus legitimæ diviſionis fit, ut plures officiales non teneantur inſolidum, ſed quilibet pro ſua parte ex obligatione primitiva, ut planè docet textus *in d.l.*2.*C.de divid. tutel.* & tradit Bartolus *in d.l.eandem,in princip. n.*7.

19 Secundi caſus exemplum eſt in minore, vel Republica debentibus aliquid uſuris, ſeu cum obligatione ſolvendi ſalaria exactori in caſu moræ, cujus tutores, vel *adminiſtratores ſint negligentes* in ſolutione ejuſmodi obligationis. In quo caſu ipſi poſſunt ratione ſuæ culpæ conveniri,& exigi inſolidum,& idoneus ſolvet pro non idoneo. Ita docet textus *in d.l.*2. *C. de divid. tutel. verſ. In diviſionem autem*, ibi: *Niſi per dolum,aut culpam,&c.* & colligitur ex textu *in d.l.* 1.§.*nunc tractemus,verſ.Planè,ff.tutel. & ration.diſtrah.* notat Bartolus poſt Gloſſam *in d.l.eadem,in princip.n.*9. facit textus notabilis *in l.ſi multis* 6.*ff.de public.& vectigal.* ſecundum expoſitionem Bartoli, & Joannis de Imola ibi, & textus *in l.ſi plures* 38. §.*ſi quidam,ff.de adminiſtrat.tutor.*notat Franciſcus de Claperis *cauſa* 62. *quæſt.*4.*n.* 2. *& ſeqq.*Obſerva tamen univerſim verum eſſe, quoties quilibet ex multis obligatis, conveniri poteſt inſolidum, quia eſt inſolidum obligatus, *tunc idoneum obligatum* inſolidum conveniri, & exigi pro non idoneo, ut colligitur ex dictis *ſupra*, *num.*13. *cum ſeqq.*

20 Quintus caſus eſt, cùm multi ſunt obligati ex uno delicto ad ſalarium,veluti occiſor,auxiliator,conſilium dans ad homicidium perpetrandum, tenentur ad ſolvenda ſalaria Judicis delegati ad punitionem ejuſmodi homicidii. Et dicendum eſt, i ſto caſu omnes delinquentes, & delicti participes,& complices teneri inſolidum,& conveniri poſſe idoneum pro non idoneo,compellique ſolvere expenſas iſtas, & ſalaria. Ratio eſt, quia delictum non committitur pro parte,ſed inſolidum, *d.l.in depoſiti* 9.*d. l.ſi duo hæredes* 22. *ff.depoſiti*, *l.ita vulneratus* 51. *in fin. ff. ad l.Aquil.* Ex quo fit, ut omnes delicti participes, & ſinguli ad pœnam inſolidum teneantur. Ita probat textus *in l.item Mela,§.ſed ſi plures, & §.ſi plures, ff.ad l.Aquil.l.* 1.§.*nunc tractemus,verſ. Planè,ff.tutel. & ration.diſtrah.l.ſi multi* 6.*ff.de public.& vectigal.l.qui ſervo,§.ſi duo,l.interdum* 56. §.*ſi duo, ff.de furt. l. vulgaris, §.ſi duo,ff.eodem tit. l.aufertur, §.ſi multi,ff.de jure fiſci,l.ſi plures,ff.arborum furtim Cæſar, l.*2.*C.de divid.tutel. l.*1. *C.de condict. furt.* apud nos *l.*20.*tit.*14.*p.*7. Notat Bartolus, & Doctores in iſtis locis,Boerius *deciſ.*310. Boſsius *variarum tractatuum,tit.de pœnis,n.* 1.Covarruvias *in regula peccatum,*2.*p.*§.12. *n.*2. 3. *&* 4. Theſaurus *deciſ.*254. Magonius *deciſ.Lucenſi* 27.*n.*53.*&* 54.Hieronymus de Laurentiis *deciſ. Avenionenſi* 112. Thuſcus *litt.D.concluſ.*186. Antonius Gomez

mez *tom. 3. variarum, cap. 1. n. 86.* Julius Clarius *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 84. n. 7.* & ad eum Bajardus, Caballus *resolut. crimin. centur. 2. cas. 198.* Farinacius *in praxi crimin. quæst. 167. n. 94.* Bobadilla *lib. 2. Politicæ, cap. 21. n. 251.* & esse communem regulam testatur Natta *cons. 79. n. 9. & 10. col. 1.*

21 Duo tamen sunt hac in re observatione digna. Primum est, quòd tametsi multi delinquentes teneantur singuli insolidum ad pœnam delicti, & quod unus solvit alterum non liberet, ut dixit Juriscons. *in d. l. item Mela, §. sed si plures, ff. ad l. Aquil.* (& notat Bartol. *in auth. hoc ita, n. 16. C. de duobus reis,*) verùm si plures ad interesse teneantur ex delicto, etiamsi singuli solidum debeant, & quisque possit per obligationem ex suo dolo contractam, insolidum conveniri, & exigi, quod unus solvit, liberat alterum, ut agnoscens hoc discrimen inter pœnam, & interesse, egregiè notavit Glossa *in d. §. sed si plures, verb. Pœna,* Joannes de Imola *in l. cùm duo, ultima, n. 4. ff. de duobus reis,* & probat textus, quem citat *in l. 1. §. si plures, ff. de eo, per quem fact. erit, & in l. si duo, ff. depositi*, ibi: *Neque enim amplius actoris interest, & in l. 1. §. si apud duos, ff. eod. tit. & in l. si ex duobus 15. ff. tutel. & ration. distrah. & in l. 1. C. de condict. furt.* apud nos *in l. 20. tit. 14. p. 7. circa fin.* docuit D. Thom. *2. 2. quæst. 62. art. 7. ad 2.* quem sequitur Covarruvias *in regula peccatum, 2. p. §. 12. n. 3.* quibus adde Antonium Gomez *lib. 3. variarum, cap. 1. n. 88. vers. Ex quo infertur.* Ex quo rursus fit, ut si unus ex delinquentibus solvat salaria Judicis, & litis expensas, cæteros liberet. Nam obligatio solvendi salaria Judicis, & expensas processus criminalis, quamvis oriatur ex delicto, non tàm reputanda est delicti pœna, quàm interesse Reipublicæ, & fisci, ad quem pertineret ista solvere, si delinquentes non essent idonei, juxta latiùs tradita à Peregrino *de jure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 193. cum seqq.* Caballus *resolut. crimin. centur. 3. cas. 201. ex n. 21.* Bajardo *ad Julium Clarum lib. 5. sent. §. fin. quæst. 78. n. 169.* Petro Gerardo *singul. 14. n. 13.* Joann. Lupo *in repetit. cap. per vestras, §. 39. n. 6.* & ad eum lo-

cum Barahona, Avend. *de exequ. mandat. 2. p. cap. 10. n. 14. & seqq.* Hieronymo de Laurentiis *decis. 121. n. 5.* Afflicto *in §. & bona commitentium, n. 47. tit. quæ sint Regalia, lib. 3. feud.* Thomas Sanchez *in summa, lib. 2. cap. 22. n. 93.*

22 Secundum est, quòd etiam si ex maleficio oriatur obligatio ad pœnam in singulis participibus delicti, quæ eos insolidum teneat, tamen quando crimen velari potest prætextu alicujus officii, idest quando delinquitur à multis in officio, & ex hoc delicto proceditur contra multos istos officiales in officio delinquentes, lex indulget illis beneficium divisionis ope exceptionis quoad exactionem pœnæ, mitiusque agit cum eis, quàm cum aliis, quorum crimen prætextu officii velari non potest, qui non gaudent isto beneficio. Consistit autem ejusmodi beneficium in eo, quòd singuli satisfaciunt præstando partem pœnæ, si cæteri solvendo sint: si verò cæteri non sunt idonei, pro non idoneis, qui sunt idonei conveniuntur. Ex quo rursus colligitur revera singulos ipso jure teneri insolidum, alioqui non posset exigi insolidum, etiam aliis existentibus *non idoneis, juxta l. 1. C. si plures una sententia,* & ea, quæ dicemus in fine hujus numeri. Item colligitur hoc beneficium non concedi eis ipso jure, sed ope exceptionis dumtaxat. Hoc verò discrimen inter duplex istud delinquentium genus assignat Juriscons. *in d. l. si multi, ff. de publican. & vectigal.* dum ait: *Si multi publicani sint, qui illicitè, quid exegerunt, non multiplicatur duplici actio, sed omnes partem præstabunt, & quod ab alio præstari non potest, ab altero exigetur, sicut Divus Severus, & Antoninus rescripserunt: nam inter criminis reos, & fraudis participes multum interesse constituerunt.* Vocat *criminis reos*, eos, qui delinquunt sine officii velamine, *fraudis* autem *participes*, eos, qui prætextu officii delinquunt, ut interpretatur ibi Bartolus, Angelus, Imola, Cumanus, Paulus, Romanus, deserta Glossæ sententia *in verbo, Reos*, aliter interpretantis, ut textus significet, inter eos, qui soli, & eos, qui cum sociis delinquunt, discrimen esse, quasi textus dicat,

re-

refert solus, an cum alio delinquas. Idem continet textus, & ibi iterato notavit Bartolus *in leg. aufertur* 46. *§. si multi, ff. de jure fisci. Si multi* (ait) *fisco fraudem fecerint, non ut in actione furti singuli solidum, sed omnes semel quadrupli pœnam pro virili portione debent, sanè pro non idoneis, qui sunt idonei conveniuntur.* Idem notat idem Bartol. *in l. qui in contractibus* 8. *n.* 2. *C. de jure fisci, lib.* 10. & Franciscus Aretinus eum sequutus *in d. l. eadem, n.* 4. *colum.* 2. *ff. de duobus reis.* Quod verò dicitur, *debere omnes pro virili portione,* non tàm ad obligationem ipsam, quàm ad exactionis modum refertur, ut paulò ante diximus, & doctè animadvertit Paulus Castrensis *in d. l. si multi, n.* 2. *in textu ibi* (inquit) *sed omnes partem præstabunt, intellige, quod quilibet tenetur insolidum, & condemnatur insolidum cum hac modificatione, quod una solutio sufficiat, & post latam sententiam si sunt omnes solvendo, quilibet exigitur pro parte, aliàs non procederet, quod sequitur in sequenti versiculo: quia si quilibet teneretur pro parte, vel condemnaretur pro parte, altero eorum reperto non solvendo alter, non teneretur pro illo, ut l. legatorum, in princip. ff. de legat.* 2. *& de aliment. & cibar. legat. l. solent, in fin.* Hactenus Paulus, eandem doctrinam tradit Franciscus de Claperiis *causa* 62. *quæst.* 4. *n.* 3. *&* 4. *& causa* 104. *q. unic. n.* 2. *&* 4.

23 Sextus casus est, cùm multi sunt obligati ad solvendum salarium Judicis alicujus, ob multa, & diversa delicta, puta deputatur Judex ad punienda varia, & diversa delicta, jubeturque ei, ut distribuat salarium ipsi designatum inter multos reos, contra quos procedit, atque ut id ab eis exigat. Quo casu dicendum est, singulos insolidum teneri ad solvendum integrum salarium, & conveniri posse idoneos pro non idoneis, exigique pro illis. Idque probatur apertè, quoniam ex multis delictis multi delinquentes tenentur singuli insolidum ad pœnam, *l. si quis id quod, §. hoc verò edicto, cum l. adeò sequenti, & l. si familia, ff. de jurisdict. omn. judic. l. item Mela, §. sed si plures, l. ita vulneratus, in fine, ff. ad l. Aquil. l. vulgaris, §. si duo, ff. de furt. l. si plures, ff. arborum furtim cæsar.* notat Alexander *in d. l. si quis id quod, n.* 12. Paulus *n.* 14. Decius *n.* 45. Jaso *n.* 39. Bartolus *in d. l. si familia, n.* 12. Baldus *n.* 6. *in* 2. *lectur.* Angelus *n.* 1. *&* 2. Paulus *n.* 1. *&* 2. Romanus *in princip.* Socinus *n.* 6. *&* 10. Decius *n.* 2. 15. *&* 18. Innocentius *in cap sicut dignum, n.* 5. *de homicidio,* Cinus *in l. is qui debitorem, n.* 7. *&* 8. *ff. ne quis eum, qui in jus vocat. vi exim.* Marianus Socinus *in d. cap. sicut dignum, n.* 16. *& seqq.* Antonius Gomez *tom.* 3. *variarum, cap.* 1. *n.* 88. Caballus *resolut. crimin. casu* 198. *num.* 9. *&* 10. idque manifesta ratione. Si enim multi, qui ad unum delictum concurrunt, tenentur singuli insolidum ad pœnam, & interesse, ex eo, quòd delictum non potest pro parte committi, sed committitur insolidum, ut diximus *supra, n.* 13. 14. *&* 20. multo magis id locum habebit, cùm delinquentes in delicto non communicant, sed singuli per se, & separatim delinquunt: nulla enim tunc excusatio esse potest, ne contrahant insolidum, reatum pœnæ delicto impositæ. Si igitur unusquisque ex multis istis delinquentibus ad pœnam insolidum obligatur, insolidum quoque obligabitur ad omne id, per quod ad istam pœnam devenitur, cùm non possit reddi major ratio unius, quàm alterius, argumento *l. oratio, ff. de sponsalibus.* Nam cùm in maleficiis qualisqualis reperiatur consensus ad pœnam, *l. Imperatores, ff. de jure fisci,* Paulus Castrensis *in l. omnem obligationem* 20. *ff. de judiciis,* & ibi Doctores per Glossam *in l.* 1. *§. bestias, ff. de postuland. in verb. Honorari,* Thuscus *litter. A. conclus.* 151. *n.* 5. *&* 11. & qui vult consequens, velit etiam antecedens, & è contra, *l. illud, ff. de adquirend. hæredit.* Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 2. Mantica *de conjecturis ultimarum voluntatum, lib.* 8. *tit.* 1. *n.* 32. ex iis enim, quæ inter se sunt connexa, non potest admitti unum sine altero, *l.* 2. *ff. de jurisdict. omn. judic.* planè fit, ut qui se ad pœnam per maleficium obligat, eique se subdit, obliget quoque se ad expensas processus, qui fieri solet, & debet ad maleficium puniendum, ac per consequens singuli ex multis delinquentibus incurrunt obligationem insolidum solvendi expensas salariorum officialium

lium, qui contra ipsos procedunt; ratione cujus obligationis jure posset Regium Consilium delegare Judices diversos, quorum singuli adversus singulos malefactores procederent: clementer tamen facit cùm justam suam potestatem moderatur, ne tàm magnis expensis delinquentium patrimonium consumat, eosque sumptuum magnitudine vexet, ac conficiat, & unum Judicem dat ad puniendos multos malefactores, & multa delicta, ut sumptus inter se dividant: id verò non tollit, quin singuli insolidum sint obligati, quemadmodum erant obligati à principio ex ipsa natura negotii.

24 Ex quo rursus fit, ut possit Judex à quocumque ex istis delinquentibus sua salaria exigere, cæteris existentibus non solvendo. Etenim, quando multi sunt insolidum obligati, & se habent velut multi rei debendi insolidum exigi possunt, nisi omnes sint idonei: tunc enim inter eos dividitur exactio, alioqui unusquisque potest pro non idoneo conveniri, & exegi, ut diximus *supra*, *n.* 9.

25 Ex quo autem capite proveniat delictorum individuatio (loquendo more Metaphysicorum) idest, ut delicta sint multa, vel unum, lege Bartolum, & Doctores *in d.l. si familia, ff. de jurisdict. omn. judic.* ubi latè Covarruviam *lib.* 2. *variarum, cap.* 10. *n.* 8. Boerium *decis.* 219. Cardinalem Thuscum *litt. D. conf.* 159. Menochium *remissivè, lib.* 2. *de arbitrar. judic. centur.* 6. *cas.* 591. *in princip.* (Farinac. *in praxi crim. quæst.* 22.)

26 Declaratur tamen primò, hæc resolutio, ut procedat quando Judex simul, & eodem tempore exercet suam commissionem contra multos delinquentes; tunc enim poterit ab unoquoque altero existente, non solvendo sua integra salaria exigere. Secus esset si diversis temporibus procederet adversus eos: nam salarium ejus temporis, quo Judex processit adversus eum, qui idoneus solvendo uon est, & non adversus idoneum, non poterit exigere ab idoneo. Ratio est, quoniam obligatio insolidum solvendi salaria in istis duobus delinquentibus, non complicibus, etiamsi ex delicto oriatur, quod singuli commiserunt insolidum; pendet tamen à concursu processus, & expensarum: nam nisi adversus eos procedatur, simul unus non debet, quod attinet ad expensas alterius, quod planè docet textus *in l. si multi, ff. de public. & vectigal.* secundum interpretationem Glossæ ibi, *verbo, Reos*, quæ constituit discrimen inter eos, qui soli, & eos, qui cum aliis delinquunt, ut in illis non teneatur unus pro alio; in istis verò contra res habeat. Estque id conforme regulis juris vulgatis: nam unus pro debito alterius non potest conveniri, *C. ne uxor pro marito, & C. ne filius pro patre* in rubricis, melior textus de jure *in l. unica, C. ut nullus ex vicaneis, lib.* 11. *Grave est* (ait Imperator) *non solùm legibus, verùmetiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari, cap. unic. de injuriis, & damno dato in sexto, l.* 15. *tit.* 10. *p.* 7. *l. nullam, C. de executoribus, lib.* 12. Cassiodorus *variarum, lib.* 4. *epist.* 10. notavimus *supra, hac eadem disputatione, n.* 6. *in fine.* Ergo ut possit ab idoneo exigi salarium non idonei, necesse est, ut simul fiat processus adversus idoneum: alioqui non poterit debere idoneus expensas, quas solus non idoneus separatè causavit. Quod ex eo quoque confirmatur, quoniam si Judex processit adversus idoneum, & eum condemnavit, & condemnationem exegit, post sententiam autem processit adversus inopem delinquentem, injustè exiget expensas processus ab idoneo jam punito, & pœnæ suæ solutione purgato; ut igitur possit justè exigerè salaria, & expensas à malefactore idoneo, necesse est, ut simul, & eodem tempore adversus idoneum, & non idoneum procedat. Quod non est accipiendum, ita ut omnibus horis, & momentis, diebus, ac noctibus sit simul procedendum adversus omnes reos, ut sit justa ista exactio, de qua loquimur, quod esset captare verba, & ea judaicè accipere, ut eleganter notat alio in proposito Bartolus *in l. quominus, n.* 11. *ff. de fluminibus*, sed intelligenda sunt humano, & civili modo, ita inquam, ut cum adversus unum inquiritur, processus adversus alterum non pœnitus quiescat, sed vel inquiratur adversus eum, vel admittatur ad probationem, & dilatio

si-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

simul currat, vel aliquis alter articulus proprocessus formetur; ita enim fit, ut simul utriusque delinquentis processus incrementum accipiat, quod satis est, ut ex doctrina Bartoli *in d. l. quominus, n.* 11. colligitur.

27 Declaratur secundò hanc resolutionem intelligendam esse eo casu qui frequens est, juxta usum nostri Regni, videlicet, quando Judici designatur idem salarium quotidianum, sive procedat adversus unum, sive adversus plures reos: tunc enim hoc salarium exigere potest ab idoneo pro non idoneis, contra quos simul processum format juxta superius dicta, & in hoc militant rationes adductæ ad eam resolutionem comprobandam; secus esset, si Judici designaretur quotidianum salarium quingentorum nummorum, verbi causa, ut procederet adversus Joannem; qui quidem erat idoneus, & aliorum quingentorum, ut procederet adversus Petrum, qui non erat solvendo: hoc enim casu ex bonis Joannis non posset exigere illud salarium, quod illi designatum esset ex bonis Petri, & ratione processus facti contrà Petrum ne Joannes solveret quod Petrus debet, id enim esset omnibus modis iniquum, ut diximus *num. præcedenti.*

28 Septimus casus est, cùm multi sunt obligati ad solvendum salarium judicis alicujus ex secundaria obligatione multorum contractuum, videlicet, quoniam multi contrahentes incurrerunt moram solvendi suis designatis temporibus, ob quorum moram judex aliquis deputatus est ad omnia ista debita orta ex diversis contractibus exigenda, & iste est casus, de quo dubitatum est, quoniam commissiones illæ, quas multis annis in Regia Curia exercui, datæ sunt ad exigenda multa debita orta ex diversis contractibus, & obligationibus, in quarum solutione singuli contrahentes morosi fuerunt; liceat enim id verbum ex mora deducere, & eo ad significandum eum, qui in mora fuit uti. In quo casu simili modo dicendum est, posse judicem delegatum ad ejusmodi debita exigenda exigere salarium à quocumque ex istis debitoribus idoneis, cæteris existentibus non solvendo. Ratio est, quoniam etiam si cæteri debitores non essent morosi justissimè procederetur adversus morosum idoneum, & ab eo exigeretur salarium ordinarium judicis delegati, & officialium ejus. Ergo non debet esse deterioris conditionis judex, & ejus officiales, quoniam illis multa negotia committantur, & major labor, & onus eis imponatur quoad suorum salariorum exactionem, quæ tantò difficilior, & deterior redditur, quò in plures debitores dividitur, *l. cum iis, §. causæ, ff. de transaction. l. planè, ff. famil. erciscund.* notat Thesaurus *lib.* 1. *quæstionum forensium, quæst.* 19. *n.* 2. ut ideò amittant partem salarii, quam non ideneus erat soluturus, aut exigant ab ipso creditore, qui similiter non minùs juris habet ad exigenda salaria officialium deputatorum ad sua debita exigenda ab ipsis morosis debitoribus, velut expensas necessarias exactionis, & verum interesse, quoniam multi sint morosi, quam si unus esset dumtaxat morosus; essetque maximum incommodum, posse creditorem, qui unum solum debitorem habet morosum, ab eo exigere integras expensas exactionis sui debitis; ex eo verò, quod habeat plures debitores morosos, non posse easdem integras expensas exigere, præsertim cum non sint majores expensæ necessariæ ad exigenda multa, quàm ad exigendum unum debitum; sed cum damno multarum morarum solutionis debitorum suorum, sentire quoque damnum solutionis partis expensarum, quam solvere deberent debitores non idonei: fieret enim inde planè, ut multiplicata debitorum culpa in damnum juris creditoris redundaret, & unus debitor ex alterius debitoris culpa relevaretur à damno, contra duo juris principia, alterum in textu, *l. si quis gradus, ff. ad Sillanian.* alterum *in l. non debet alteri, ff. de regul. jur.* & contra naturalem ipsam rationem, quæ sine ulla constitutione sufficit ad causas decidendas, *l. scire oportet* 13. *§. sufficit, ff. de excusat. tutor.*

29 Est autem hujus conclusionis eadem

dem ratio, & fundamentum, quod casus præcedentis: nam quemadmodum multi delinquentes, qui non sunt complices unius delicti, insolidum obligantur singuli ad sui delicti pœnam, & ad expensas processus punitionis eorum, quo fit, ut si simul, & eodem tempore adversus ipsos procedatur possit ab unoquoque solidum exigi cæteris existentibus non idoneis; ita prorsus similiter multi debitores morosi, qui neque unius obligationis, neque unius moræ, (quæ culpa est) participes sunt, obligati sunt insolidum ad solvendas suæ exactionis expensas, & exactoris salaria, ex quo procedit, ut possit ab unoquoque solidum salarium exigi, si alii ad solvendum non sint idonei.

30 Declaranda tamen est ista resolutio (quemadmodum, & præcedens) ut tunc procedat, quando judex deputatus ad multorum exactionem, simul, & eodem tempore procedit, exercetque commissionem suam adversus omnes debitores: nam si diversis temporibus eorum obligationes exequatur, non poterit exigere ab uno salaria ejus temporis, quo adversus ipsum non processit, quoniam cùm unus eorum non sit particeps culpæ alterius, aut obligationis alterius, non potest ab eo exigi salarium temporis, quod judex in altero exigendo occupavit, nisi simul illud occuparit in exigendo idoneo; tunc enim eo, quòd sit obligatus solvere in solidum expensas temporis occupati in sua obligatione exigenda, & exequenda, si alterius executio concurrat, cum sua justè exigitur ab ipso salarium solidum, quod idem posset ab ipso exigi, si adversus solum ipsum procederetur argumento, *l. ex parte* 40. *in princip. ff. famil. erciſc.*

31 Hinc colligitur manifestum discrimen inter duos casus supra propositos. Primus est, quando idem judex procedit adversus plures complices unius, & ejusdem obligationis civilis, vel criminalis. Secundus, quando procedit adversus plures obligatos separatim, & non participes, unius, & ejusdem obligationis, seu civilis, seu criminalis, sed qui per actus diversos, & separatos, facti sunt rei suarum obligationum. Nam *primo casu*, *finem* procedat judex uno, & eodem tempore adversus omnes, sive diversis, semper exigit ab idoneo pro non idoneis. Ratio est, quoniam participatio in una, & eadem culpa per se, & ex natura sua habet hunc effectum, eò quòd in solidum obligat omnes delinquentes, & cùm culpa una sit, & delictum unum, quilibet ex delinquentibus est reus in solidum, & videtur esse in causa, cur adversus omnes procedatur, juxta dicta à nobis *supra n.* 20. *& sequentibus.* In secundo tamen casu, cùm delicta sint multa, & divisa, & obligationes invicem separatæ, & unus delinquens, vel reus non participet de culpa alterius, neque ullam communicationem habet cum pœna ejusdem, per accidens tamen contingit, ut quia quilibet in solidum tenetur ad expensas sui processus, & vno, & eodem tempore fit processus adversus omnes, neque major est expensa plurium, quàm unius, qualibet enim die constituitur judici salarium mille maravedinorum, sive adversus unum, sive adversus multos procedat, hæc enim est taxa congruæ sustentationis *judicis*, *hinc* oritur, *ut si* simul, & eodem tempore adversus plures reos judex procedat, possit ab unoquoque solidum salarium exigere, & ab idoneo pro non idoneis. Cæterum si uno tempore adversus unum dumtaxat procedat, cùm alter in nullo particeps, non poterit ab eo exigere salarium temporis, quod in ejus causa non occupavit. Quare cautus debet esse judex, qui ejusmodi commissionem impetraverit, ut quoties unus ex reis *sit non idoneus*, *non procedat adversus* eum solum, neque in ejus solo processu aliquod tempus occupet, sed simul procedat adversus idoneos, ut possit ab eis salarium exigere suæ occupationis, alioqui si vel idonei prius puniantur, vel sua debita solverint, non poterit postea ab eis exigere salaria ejus temporis, quod post eos punitos, vel exactos, in causis non idoneorum occupaverit. Atque juxta istam resolutionem ego in dictis commissionibus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

semper practicavi, tametsique difficilis visa fuerit superioribus res ista, primo aspectu ante visa fundamenta, postquam tamen rationem reddidi, cur justè fieri posset ista exactio, ab eis hactenus permissa fuit, & nullus deinceps fuit qui obloqueretur.

32 Observare tamen oportet hac in re, quoties contigerit in uno loco esse multos debitores morosos, ob quorum negligentiam mitti solet exactor ad debita exigenda, sive à Regio Consilio, sive à creditore privato, etiam si rigore juris attento, possit creditor multos exactores designare, quorum singulis singulorum debitorem exactionem commendet, suggerente tamen æquitate unus dumtaxat exactor eligendus est ad ista omnia debita exigenda, ne debitores patiantur illud incommodum, quod oritur ex multorum exactorum salariis. Quod procedit ex iisdem fundamentis, quibus motus Senatus Pedemontanus decidit; plures consortes, qui à subditis exigunt census minutos, ratione feudi debere unum tantum exactorem deputare, cui solvantur, referente Gaspare Antonio Thesauro *lib. 1. quæstionum forensium, quæst. 19.* cui consonat constitutio Anastasii Imperatoris *in leg. ult. C. de exactor. tributor. lib. 10.* quæ est una ex legibus recenter additis *ad tres libros Codicis, in impressionibus novioribus*, adversus exactorum multitudinem lata. Qua statuitur in singulas Provincias (nedum in singulas civitates) unum tantum ad exigenda debita exactorem mittendum, ne exactorum multitudo, & fisci rationibus, & Collatoribus damnum afferat, cui consonat de jure Neapolitano *pragmatic. 11. cap. 62. de officio judicum.*

33 Sed adversus hanc resolutionem urget, quoniam videtur adversari præcepto Regio incluso in commissionis rescripto, quo jubetur iste judex dividere salarium inter multos reos, illudque exigere per partes, quo fit, ut singulos ex illis videatur dumtaxat tangere partis solutio, ac per consequens injustè totum exigetur ab eo, qui partem tantum debet.

34 Sed respondendum est primo, verba rescripti commissionis, in quibus agitur de percipiendo salario, nihil includere attinens ad partitionem ejus, sed simpliciter judici assignare salarium mille nummorum, seu maravedinorum, & cuicumque officialium certam sui salarii quantitatem; post assignatum verò salarium subjungi verba, quæ agunt de salarii partitione, & divisione: sic enim ferè dici solet, ut in meæ commissionis rescripto continebatur, *Los quales dichos salarios cobrareis, repartiendolos, &c.* Quæ verba referuntur planè ad executionem, seu exactionem, quò fit, ut locum habeat regula, quòd verba, quæ referuntur ad executionem, non immutant dispositionem, quam tradit celebris textus *in Clement. 1. de præbendis*, Bartol. *in l. Lucius, n. 3. ff. de aliment. & cibar. legat. & in l. inter stipulantem 83. §. sacram. n. 6. ff. de verb. obligat.* Alexander *in l. quæ dotis 34. n. 12.* Jaso *n. 41. ff. soluto matrimon.* Decius *in l. non omnis, n. 11. ff. si cert. petat. & in l. de quæst. 30. n. 21. C. de pactis*, Paulus Castrensis *cons. 398. n. 3. 1. part.* Covarruvias *in rubrica de testamentis 2. part. n. 38. vers. Tertia conclusio*, Joannes Garcia *de expens. & meliorationib. cap. 4. n. 38.* Riccius *decisionum collectan. 786.* (Monet. *de commutationibus ultim. voluntatum, c. 7. n. 48.* Franchis *decis. 6. n. 6.*) Ex quo infertur, si juxta jura, & æquitatem ipsam isti rei obligati sunt in solidum ad ista salaria solvenda, ut hactenus diximus, & conveniri possunt in solidum idonei pro non idoneis, hanc ipsam obligationem non esse immutandam ex verbis, quæ referuntur ad executionem ipsius, modumque exigendi, sed mansuram in suo eodem robore.

35 Secundo addendum est, verba illa, quæ pertinent ad istorum salariorum exactionem accipienda esse cum effectu, ut solent, & debent verba cujusque dispositionis, *l. quamvis, ff. de in jus vocando, l. si per alium, §. docere, ff. ne quis eum, qui in jus vocat est vi exim.* Quare præceptum istud Regium circa modum exactionis, eo modo exequendum est, quo ejus executio sit possibilis, videlicet si omnes rei sint idonei

nei facta inter eos salarii divisione, alioqui si solvendo non sint, fieri non potest, ut ei obtemperetur, & eo casu præceptum remittitur, & res temperatur, ut quoniam officiales sua salaria amittere non debent, in quorum exactione magis de damno vitando, quàm de lucro captando certant, quippè cùm salarium sit merces operarum, & laborum, quæ nemini denegari debet, §. *ne autem, in Authent. de judiciis, cap. Sacerdos* 1. *quæst.* 2. imò denegare impietas esset, *l. quidam cum testamentum*, §. *illo videlicet, C. de necess. servis hared. instit.* animadvertit Hieronymus de Laurentiis *decis.* 121. *n.* 3. ea exigant, ut de jure possunt. Nam ubi ea forma, quam lex induxit, præcisè impleri non potest ob contingens impedimentum, quod impossibilem reddat ejus observationem, illa remittitur, & actus aliter factus sustinetur, Romanus *consil.* 433. *n.* 5. Craveta *cons.* 177. *n.* 5. qui multos adducit, Tiraquellus *de legib. connubial. gloss.* 6. *n.* 29. & 34. Roland. *cons.* 81. *ex n.* 25. *volum.* 1. & *cons.* 43. *n.* 36. *volum.* 2. & *cons.* 30. *n.* 13. *volum.* 3. Rota Romana *in decisione coram D. Lita, in causa Placentina*, quam refert ad verbum Garcia *de beneficiis, part.* 9. *cap.* 2. *n.* 90. *in principio*, Peregrinus Janinius *de citatione reali lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 190. 193. & 204. Itaque cùm in istiusmodi commissionibus præcipitur salarium exigi divisione facta inter reos, subintelligenda est conditio, si fieri possit, juxta glossam notatu dignam *in c. quemadmodum, verb. conditio, de jurejurando*, si verò id non possit fieri, & observata divisione exactio effectum non sit habitura, recurrendum est ad exactionem possibilem, & justam; neque credendum Principem velle fraudare officiales suos justa mercede operarum, & debito salario, contra justitiam, & pietatem, ad quod accipiendum, non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas, *dict. cap. Sacerdos*, sed præsumendum potius, eum velle, ministros suos justa percipere emolumenta, si non possunt modo, quo jubentur, saltem quo licitè valent.

36 Secundo, adversus prædicta oppo-

ni potest textus *in l.* 1. & 2. *C. si plures una sententia*, ubi multi condemnati ad solutionem certæ quantitatis manent obligati singuli pro virili, & unus non solvit, quod ab alio servari non potest, neque censendi sunt rei debendi, obligati insolidum ad eam solutionem; imò obligatio à principio est divisa. Igitur hoc casu, de quo agimus, idem dicendum est, nempe obligationem solvendi salaria à principio divisam esse inter istos reos, & unum non teneri pro alio, qui idoneus non est, siquidem clausula illa commissionis, quæ præcipit salaria ab istis exigi, est veluti præceptum de solvendo quòad omnes illos, & quasi sententia condemnatoria, per quam damnantur ad expensas exactionis ob moram incursam, vel inquisitionis, & processus ob culpam commissam. Hujus tamen argumenti solutio pendet, & inferetur ex resolutione octavi casus, quam mox subjiciemus.

37 Octavus casus est, cùm multi sunt obligati ad solvendum salarium ex sententia; qui tamen, ut commodius resolvatur, subdividendus est in plures articulos. Aut enim multi, qui condemnantur ad solvendum salarium, condemnati sunt ad solvendum illud in solidum, quod Hispanè dicimus: *Estar en la sentencia mancomunados para la paga*: aut condemnati sunt ad solvendum salarium simpliciter, non expresso, quod insolidum sint obligati ad solvendum.

38 Primò casu planè dicendum est conveniendos esse multos istos reos, velut insolidum obligatos, ita ut si omnes possit satisfacere, debeat inter eos solutio dividi pro rata, sin minus conveniantur idonei pro non idoneis; quoniam eum effectum habet ista condemnationis forma, ut observarunt relati à nobis *supra n.* 20. præsertim Bobadilla *dict. lib.* 2. *politicæ, cap.* 21. *n.* 251. cum multis quos ibi congessit.

39 Secundus casus, pluribus adhuc modis potest contingere. Primò hæc condemnatio multorum simpliciter facta, ut solvant certam quantitatem salarii, fieri potest per præceptum de solvendo, in exequutionem obligationis præcedentis in so-

lidum contractæ. Et hoc casu adhuc dicendum est, manere reos insolidum obligatos ad solvendam quantitatem contentam in præcepto de solvendo, ac per consequens teneri idoneum pro non idoneo, hæc enim est vis, & natura obligationis in solidum contractæ. Ita sentit Baldus *in dict. l.* 1.*n.*2.*C. si plures una sententia* : cujus doctrinam sequutus est Senatus Neapolitanus apud Vincentium de Franchis *decis.* 680. & Riccius *collect.* 246.

40 Secundò, hæc condemnatio multorum, ut solvant certam quantitatem, seu rationem salarii, sivè alicujus alterius obligationis simpliciter facta, fieri potest per sententiam diffinitivam, quæ lata sit in exequutionem obligationis pœnalis contractæ ex maleficio, dolo, vel culpa; veluti si per statutum imposita esset certa pœna delictum aliquod perpetrantibus, & delinquentibus multis, judex damnaret eos diffinitivè simpliciter, ut solverent pœnam legibus statutam. Quo casu dicendum est reos, ita simpliciter damnatos, nihilominus teneri singulos in solidum ad solvendam pœnam, & quod consequens est idoneos pro non idoneis conveniri. Ita docet Baldus *in dict.l.* 1.*n.*3.4.*&* 5.*C.si plures una sententia*, & Salicetus *in ead.l.* 1.& quam legit sub *l.ultim.C.de usur.rei judic.n.*2.*vers. quæro tertiò*, post Innocentium *in cap.constitutus*, *n.*3. *de Religiosis domibus*, Hieronymus à Laurentiis *decis.* 112. Ursillus *ad Afflictis decis.*215.*n.* 1. (Facit Caballinus *milleloquio* 60.) & ita in hoc casu, & precedenti limitanda est, *dict.l.* 1.*C.si plures una sententia.*

41 Tertiò, hæc sententia diffinitiva condemnatoria multorum simpliciter lata, esse potest in exequutionem obligationis non ortæ ex maleficio,& quæ à multis contracta fuerit, non insolidum, sed pro virili. Quo casu plures isti rei condemnati exiguntur dumtaxat pro virili, & non insolidum, & unus non debet, quod ab alio non potest exigi, quia obligatio à principio est divisa, ut in simili superiùs probavimus *n.* 6. *&* 22. & apertè decidit *in d. l.* 1.*&* *in l.legatorum, in princip.ff.de legat.*2. *& in l.solent, in fine, ff.de alim.& tibar.legat.*

42 Quartò, sententia ista diffinitiva simpliciter lata contra plures reos super obligatione civili contracta, ab omnibus in solidum producit ex se, & natura sua actionem judicati adversus omnes, non quidem in solidum, sed pro virili; ac per consequens si actor conveniat istos reos ex actione judicati, orta ex sententia,& obligatione eidem actioni correspondenti,non potest eos convenire in solidum, sed pro virili; ut dicit textus *in dict. l.* 1. & ibi Doctores, *&* *in l. Paulus* 43.*ff. de re judic. & in l.si qui separatim, §.quoties, ff.de appellation.* Afflictis *decis.*215. Grammaticus *decis.*68.*n.*9. Boerius *decis*59.*n.*8. Flaminius Cartarius *decis.*28. Giurba *decis.*46.*n.* 1. *& sequentibus*, Abbas Panormitanus *cons.*33. *n.*8.*lib.*2. Quam tamen resolutionem limitandam docet Peguera *decis.*181. post Zasium *in dict. l. Paulus*, in sententia lata super individuis, ut super hypotheca bonorum contracta à pluribus, quem sequitur Riccius *dict. collect.* 246. Giurba *ubi supra num.* 5.

43 Quintò, fieri potest, ut post latam sententiam diffinitivam simpliciter contra plures reos in solidum obligatos obligatione civili, actor non utatur actione judicati orta ex sententia, sed velit eos convenire vi actionis primitivæ in judicium deductæ, quæ oritur ex obligatione solidi. Et eo casu potest quilibet reus conveniri in solidum, sine metu exceptionis rei judicatæ, ut *in dict.l.* 1. notat glossa *in verb. virilibus,in fine*, quam sequuntur ibi Doctores communiter, Bartolus, Baldus, Angelus, Salicetus, Paulus, Bobadilla *lib.*2.*politicæ, cap.*20.*n.*58. alios refert Scipio Rovitus *consil.*58.*ex n.*2.*lib.*2.post hæc scripta editus, qui nihil resolvit. Quæ nostra resolutio ex eo planè confirmatur, quòd non soleat esse deterior conditio eorum, qui actionem suam in judicium deduxerunt, quam si non deduxissent,per judicium enim potius melior redditur actio litigantium, quam deterior fiat, *l. aliam* 29.*ff.de novationibus*, *l. non solet* 87.*l.nemo* 88. *ff. de regulis juris*, notant Doctores istis locis, *&*

in

in l. 1. C. de judiciis. Si igitur actori ante cœptum judicium licebat singulos reos in solidum convenire, & ab idoneis debitum suum pro non idoneis exigere, cur id post sententiam latam negandum erit, nisi per judicium juris ejus conditio deterior facta fuerit? Ex quibus constat expositio *dict. l. 1.* & solutio difficultatis à nobis propositæ *superiùs n. 36.*

44 An verò in quolibet ex istis casibus, quibus superiùs diximus, multos reos esse in solidum obligatos, concedendum sit illis beneficium divisionis, si cæteri sint solvendo: & postquam alii pro aliis solverunt, solventibus competat beneficium cessionis, & utilis actionis, quo possint recuperare portionem pro aliis solutam, difficultas est, quæ longiorem postulabat sermonem. Sed ne videamur per negligentiam, quod ad hoc attinet omisisse, distinguendi sunt duo casus. Primus est, cùm obligatio est civilis orta ex contractu, vel quasi, sive sit primitiva, sive secundaria, & non orta ex delicto, aut quasi delicto. Quo casu in universum dicendum est, multis reis indulgeri beneficium divisionis, ne conveniantur, nisi pro rata, *Authentic. hoc ita, C. de duobus reis, l. 10. tit. 12. part. 5.* idque dummodo cæteri sint idonei, ut jam animadvertimus *supra n. 6.* Quo eodem casu solventibus conceditur, etiam beneficium cessionis, & utilis actionis, per quam consequantur, quod pro aliis solverunt, *l. 1. C. de duobus reis,* & ibi notant Doctores, *& in l. Modestinus, ff. de solutionibus.*

45 Secundus casus est, cùm obligatio est criminalis orta ex delicto, vel quasi delicto, ex dolo, aut culpa dolo simili. In quo, si agamus de beneficio cessionis, & utilis actionis, universim dicendum est, hoc beneficium denegari solventibus ob proprium delictum, & culpam, ne quid consequantur à cæteris doli participibus. Textus est notatu dignus *in l. 1. §. nunc tractemus, versic. Planè, ff. tutel. & ration. distrahend. Planè si ex dolo communi conventus præstiterit tutor, neque mandandæ sint actiones, neque utilis competit, quia proprii delicti pœnam subit, quæ res indignum eum fecit, ut à cæteris quid consequatur doli participibus, nec enim ulla societas, vel communicatio justa damni ex maleficio est.* Cui consonat textus *in l. si ex duobus, ff. eod. & in l. si plures, §. unde quærendum, ff. de administrat. tutor. unde quærendum est* (ait Papinianus) *an actiones pupillus ei, qui solus convenitur, in alterum pro parte scilicet præstare debeat, sed cùm propria cujusque contumacia puniatur, qua fronte poterit hoc desiderari?* Notant istis locis Doctores, Ronchegalus *in dict. l. eand. in princip. n. 220. & sequentibus, ff. de duobus reis,* Franchis *decis. 662. ex n. 8.* Ponte *decis. 10. ex n. 1.* Bobadilla *lib. 2. politicæ, cap. 21. n. 252. & lib. 5. cap. 3. n. 68.* ubi multos refert.

46 Illud admoneo, tametsi quoad forum exteriùs hæc resolutio sequenda sit, in foro tamen interiori, in iis casibus, in quibus multi conveniuntur ex dolo, vel culpa communi ad interesse, in quibus diximus *supra, hac eod. quæst. n. 21.* unica solutione reos omnes liberari, teneri eos, qui solutione alterius liberari sunt, ei pro rata sua parte satisfacere, non secus, ac si ipsi possent cedi actiones pro rata. Ita docuit Innocentius *in cap. sicut dignum, n. 5. de homicidio,* D. Thomas 2. 2. *quæst. 62. art. 6. ad 1. & art. 7. ad 2.* & istis locis Cayetanus, Covarruvias *in regula peccat. 2. part. §. 12. n. 4.* Lesius *de justitia, & jure, lib. 2. cap. 13. dubitat. 5. n. 40. & 47.* significavit Magonius *decis. Lucens. 27. n. 54.*

47 Quod tamen attinet ad beneficium divisionis, an concedendum sit multis reis in solidum obligatis ex delicto, vel quasi, res est controversa. Nam Angelus *in l. reos, in princip. n. 2. ff. de duobus reis,* post Azonem, Glossam, & Bartolum, quos refert, est in sententia negativa.

48 Contrarium tamen sententiam affirmativam sequitur Bartolus *in dict. l. reos, in princip. n. 5.* & ibidem Paulus *n. 5.* qui recedit à sententia Angeli, eamque impugnat ex textu, cujus Angelus non meminit *in l. si plures, in principio, ff. de administratione tutorum,* qui videtur hanc sententiam probare. Adde eundem Bartolum *in dict. l. 1. §. nunc tractemus, n. 2. & 3. ff. tutel. & ration. distrah.* Ponte *dicta decis. 10. n. 2.* & Do-

ctores *in l. 1. C. de transactionibus*, & dicta à nobis *hac eadem disputatione n. 22.*

SUMMA DISPUTATIONIS SEXTÆ.

1 *SAlariorum condemnatio executionis mandari potest appellatione non obstante.*

2 *Salariorum celeris solutio fuit præceptum divinum veteris legis.*

3 *Præcepta judicialia veteris legis in nova non obligant ex auctoritate legis, sed possunt servari, ut rationi naturali consona.*

Jus Romanorum non obligat in Regno Castellæ auctoritate legis, sed servatur ex vi rationis.

4 *Præcepta Regia rescriptis contenta habent executionem paratam.*

5 *Sententiæ in causis alimentorum mandantur executioni appellatione non obstante.*

6 *Condemnatus in causa alimentorum non auditur appellans, antequam alimenta solverit.*

7 *Salarium officialium æquiparatur victui, seu alimentis.*

8 *Admonitio ad superiores judices.*

9 *Talis debet esse superior erga subditum, qualem erga se superiorem desiderat.*

10 *Paupertas victoris requiritur, ut sententia alimentorum executioni mandetur, & judices delegati ferè semper sunt pauperes.*

DISPUTATIO VI.

Utrùm judex possit, non obstante appellatione ad superiores interposita, executivè exigere sua, & suorum ministrorum salaria.

1 COmmunis est hac in re Doctorum ferè omnium sententia salaria judicis delegati, & officialium ejus rescripto delegationis designata, quæ ut solvat reus damnatus est, executivè exigi posse appellatione ad superiores interposita non obstante. Eam secuti sunt quotquot de exactione salariorum expressè tractarunt, Rebuffus *tom. 1. in constitut. reg. tract. de sentent. provision. artic. 3. gloss. 7. per totam*, ubi ait, universim eam doctrinam veram esse in salario omnium operariorum, eorumque qui quocumque modo serviunt; planum est autem judices, eorumque officiales in suo ministerio Regi, Reipublicæque inservire, esseque etiam operarios, quod notavit Hieronymus de Laurentiis *decis. 121. n. 3.* addit *ubi supra* Rebuffus *n. 6.* ex Imberto *lib. 1. institut. forens. §. præterea.* Quòd si quis fuerit condemnatus ad salarium, & aliam rem, una sententia, quoad salarium, exequetur sententia, sed non quoad aliam rem non favorabilem, atque arresto ita judicatum asserit die 7. Martii anni 1529. Rebuffum sequitur, & refert ex nostris Azevedus *in l. 9. n. 38. tit. 15. lib. 4. Recop.* eidem sententiæ adhæsit. Quintilianus Mandosius *in tract. de monitoriis, quæst. 59.* quem refert, & sequitur Paz *in praxi 1. tom. 4. p. cap. 1. n. 56.* Flores de Mena *lib. 1. variarum, quæst. 8. §. 2. n. 23.* Amator Rodriguez *tract. de executione, cap. 1. artic. 3. n. 24.* Bobadilla, qui loquitur de de salario judicis in specie, & officialium ejus *lib. 2. Policicæ, cap. 21. n. 238.* ubi testatur de usu, & practica hujus conclusionis, dicens apud nos receptum esse, exigi ea salaria executivè appellatione non obstante, idque sæpius in multis Senatibus decisum est. In primis in ea sententia fuit Rota Romana *decis. 764. part. 1. diversorum*, Rota Florentina apud Magonium *decis. Florentina 12. n. 11.* Senatus Siciliæ apud Milanensem *decis. 5. n. 26. lib. 1.* Gratianus *decis. Marchiæ 53. n. 5.* & Additio ad eam *ad n. 2.* (Senatus Cathaloniæ apud Pegueram *decis. 170. aliàs, cap. 172. 1. part.* Mansonius *de causis executivis, lib. 1. quæst. 7. ampliatione 32. n. 9.*) Andreas Gail *observationum practicarum, lib. 1. observat. 44. n. 6. & 7.* ubi ait in Camera Imperiali, non solum expediri pro salariis litteras executoriales (quæ vicem habent mandati executorii) sed etiam quandoque præceptum de solvendo, quod nos dicimus, *mandamiento de pago, ò apremio*, quod satis est notatu dignum, observavit Tepatus *in compendio variarum, tit. 87. cap. 13. versic. salarium.*

Pro-

2 Probatur primò, quoniam id tàm juſtum eſt, æquum, ac rationi conſonum, ut lege divina populo Iſraelitico fuerit conſtitutum, ac præceptum ab ipſo Deo, *Levitici* 19. *n.* 13. dicitur: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te uſque mane, & Deuteron.* 24. *n.* 14. *&* 15. *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſive advenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt; ſed eadem die reddes ei pretium laboris ſui, ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum, & Thobiæ* 4. *n.* 15. *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.* Si igitur ſalarium tam citò, & celeriter ſolvi præcipitur, citò & celeriter poterit exigi, juxta regulam correlativorum: exactio enim, & ſolutio correlativa ſunt, & quod de uno ſtatuitur, alterum comprehendit, *l. ultima, C. de cupreſſis ex lucro daphnenſi, lib.* 11. diximus *ſupra diſputat.* 3. *n.* 4. & plures auctoritates congeſsimus.

3 Neque verò huic rationi obſtat, quòd juxta doctrinam D. Thomæ 1. 2. *quæſt.* 104. *art.* 3. *in corpore*, & Theologorum omnium, quos referens, ſequitur Suarez *tract. de legibus, lib.* 9. *cap.* 11. *n.* 3. quod animadvertit Tiraquellus *de retractu, in præfatione, ex n.* 8. præcepta judicialia veteris legis poſt novam non obligent, neque obſervari debeant, ut præcepta. Nam reſpondendum eſt, verum quidem eſſe, ceſſaſſe adventu novæ legis vim obligativam in præceptis veteris judicialibus, non autem vim directivam, videlicet, ut deſinant eſſe rationabilia, & non poſsint eadem, quæ illi populo, injungi noſtro à Principibus, & ſuperioribus: imò verò ob convenientiam poſſunt renovari, & denuò conſtitui, quemadmodum tùm in legibus Imperatorum, tùm etiam in jure Canonico, multa ex præceptis judicialibus veteris legis, eò quòd ſint æqua, congruentiaque Reipublicæ noſtræ deſumpta ſunt, notat Gratianus cum gloſſa ibi *in §. his itaque, diſtinct.* 6. Joan. Antonius de Sancto Georgio, Præpoſitus Cardinalis Alexandrinus *in proœmio ad libros feudorum, n.* 12. Joannes de Imola *in l. teſtamenti,* 3. *n.* 6. *ff. de teſtament. ordinand.* Decianus *reſponſ.* 11. *n.* 3. *volum.* 4. Salon de Pace *in relectione proœmii legum Tauri, n.* 100. & Covatruvias *lib.* 1. *variarum, cap.* 17. *n.* 1. (Hojeda *de incompatibilitate beneficior.* 1. *part. cap.* 23. *n.* 92.) Atque ut ex multis quædam commemoremus præcepta legis Aquiliæ ferè deſumpta ſunt ex *Exodo cap.* 21. multæque aliæ Leges, & Canones concordant cum præceptis judicialibus veteris legis traditis in libris Numerorum, Levitici, & Deuteronomii, quòd ſatis indicat idem D. Thom. *dict. quæſt.* 104. *art.* 3. dum ait: *Præcepta judicialia ſunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi, non tamen ſunt mortifera, quia ſi quis Princeps ordinaret in Regno ſuo illa judicialia obſervari non peccaret.* Certè ſi in Regno Caſtellæ, quamvis non obliget jus civile Romanorum in vim legis, *l.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* obſervatur tamen tanquam jus æquum, & rationi conſentaneum, & ex illo, & juxta illud decidantur lites in omnibus, tribunalibus niſi quatenus reperitur correctum per noſtras leges, ut aſſerunt Joannes Lupus de Palacios Rubios *in introductione ad rubricam de donationibus inter virum, & uxorem, n.* 16. Burg. Salon de Paz *in l.* 1. *Tauri, ex n.* 509. Anton. Gomez ibi *in principio*, Gregorius Lopez *in l.* 6. *tit.* 4. *p.* 3. *gloſſ.* 2. Didacus Perez *in proœmio in ordinationes Regia* 3. *q. proœmiali*, Azevedus *in Rubrica, n.* 4. *& ſequentibus, tit.* 1. *lib.* 2. *Recop.* Olanus *in præfationibus ad concordiam ſuam, n.* 2. *& ſequentibus, & n.* 7. *&* 13. Franciſcus Suarez *de legibus, lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 4. *&* 5. (inſignis omnigena eruditione, recondita doctrina ſermonis elegantia, & ingenii perſpicacia præceptor noſter Joannes Solorzanus *in illuſtri opere* de Indiarum Jure, *lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 77.) quemadmodum, & in Gallia ſervari teſtatur Caſſanæus *conſil.* 8. *n.* 25. *& ſequentibus*, & Rebuffus *in proœmio conſtitutionum Regiarum, gloſſ.* 5. *n.* 127. multo majori, & fortiori ratione obſervanda erit lex judicialis à Deo ipſo impoſita, cujus ratio adhuc viget, ex vi naturalis ju-

justitiæ, & æquitatis à nostris legibus condissonantis, quod planè docuit textus *in cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filii sint legitimi,* in quo Pontifex Innocentius III. argumentum desumit ad decisionem casus ex lege Deuteronomii, ita fit, ut non ineptè Rebuffus *tract. de sententiis provisionalibus, dict. gloss. 7. n. 1.* confirmarit legem Galliæ, eamque rationi conformem, & æquam esse comprobaverit testimoniis Levitici, & Deuteronomii à nobis adductis.

4 Secundò probatur eadem sententia, quoniam præceptum Regium Regio rescripto contentum regulariter habet paratam executionem, *l. 1. ff. de constit. Princip. l. 28. & 52. tit. 18. part. 3.* & ibi Gregorius *gloss. 2. & 5.* & ibi ab executione similium rescriptorum denegatur appellatio, nisi executor modum, & mandatum excedat, Suarez *in l. post rem, notabili seu casu 12. ff. de re judicat.* & Valdes ad eum locum, Rebuffus *tom. 2. in constitut. Regi, tract. de rescriptis, artic. 2. gloss. 3.* Parladorius *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 1. part. §. 7. ex n. 1.* Bobadilla *lib. 2. politicæ cap. 10. n. 59. cum sequentibus.* Planè Regio rescripto commissionis judicum delegatorum, & ordinariorum, continetur clausula de exigendis salariis, & solvendis judici ipsi delegato, & officialibus ejus, jure igitur pro exactione eorum ex vi ipsius rescripti, poterit procedi executivè, & appellatione postposita.

5 Tertiò probatur, quoniam sententiæ in causis alimentorum executioni mandantur non obstante appellatione, ne alioqui in illud incidamus incommodum, ut qui alii debet interim, dum lis apud superiores tractatur, & tribus sententiis finitur, famæ pereat; venter enim dilationem non patitur, nec ferre potest, ut esse in veteri proverbio, tradit Menochius *de arbitrariis, lib. 2. cent. 1. casu 52. n. 12.* nimirum quia auribus caret, ut meminit Erasmus *in adagio, venter auribus caret, chil. 2. centur. 8. adagio 84.* retulit Seneca *epist. 21. & in fine,* & ad eum Lipsius, & fames est malè suada Virgilio *lib. 6. Æneidos, versic. 276.* imò verò, & sancto Gregorio *in pastorali, p. 2. cap. 7. circa finem, Ægentis etenim* (inquit) *mentem doctrinæ sermo non penetrat.* Istam conclusionem tradiderunt Speculator *lib. 2. tit. de appellat. §. in quibus, n. 10. & 11. per textum in l. ultima, ff. de appellation. recip.* Bartolus *in l. 2. n. 5. in fine, ff. de re judic.* Baldus Novellus *de dote 9. part. privileg. 7. n. 2.* Tiraquellus *tract. de privileg. piæ causæ, privileg. 153.* Socinus *regul. 40. fallent. 21. aliàs lit. A. regul. 24. fallent. 21.* Rebuffus *tom. 1. in constitut. Regias, tract. de sentent. provisionalib. art. 1. gloss. 2. n. 34.* Cassadorus *decis. unic. n. 1. tit. de mutuis petitionibus,* Rota *decis. 764. part. 2. diversorum,* Paulus Æmelius Verallus *decis. 24. & decis. 39. 1. part.* Cacheranus *decis. 25. n. 20.* Peguera *decis. 170.* Trivisanus *decis. 16. n. 7. lib. 2.* Barcius *decis. 69. n. 10.* Vivius *decis. 523. n. 41.* Milanensis *decis. 5. n. 32. lib. 1.* Marianus Giurba *decis. 5. n. 27.* Fachineus *lib. 1. controversiar. cap. 77.* Lara *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n. 26. & sequentibus, ff. de liber. agnosc.* Surdus *de alimentis, tit. 8. privileg. 60. per totum,* Barbosa *in l. 1. part. n. 56. ff. solut. matrimon.* Gutierrez *l. b. 1. practicarum quæst. 106.* Lancellotus *de attentatis 2. part. cap. 12. limitat. 24. per totam,* Scaccia *de appellationib. quæst. 17. limitat. 7. ex n. 1.* (Mausonius *de causis executivis, lib. 1. quæst. 7. ampliatione 31. ex num. 1.*)

6 Imò verò, ut adnotavit Surdus *dict. privileg. 60. n. 20. & privileg. 96. per totum,* appellans à sententia condemnatoria in causa alimentorum, non auditur apud superiores, nisi prius solverit alimenta.

7 Salarium autem tàm officialium, cæterorum servientium æquiparatur victui, seu alimentis, & in eorum locum succedit, ut notat Angelus *in l. si non sortem, §. libertus, n. 8. ff. de condict. indebit. juxta l. 2.* & ibi notata per glossam, *C. de locat.* Cassadorus *dict. decis. unic. n. 1.* Surdus *de alimentis, tit. 1. quæst. 67. n. 7.* Scaccia *dict. quæst. 17. limitat. 7. n. 9. & limitat. 8. n. 8. & 9.* Idque planè probatur ex eo, quòd Divus Paulus 1. *ad Timoth. 5. n. 18.* salaria, & emolumenta Sacerdotum, quæ percipiunt ex altaris ministerio, æquiparaverit cibo, & alimentis, de quibus interpretatus est locum Deuteronomii 25. *n. 4. Non alligabis os bovi triturantis,*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ranti, addens: *Dignus eſt operarius mercede ſua*, quod idem fuerat Chriſti doctrina, *Lucæ* 10.*n.*7. refertur *in cap. quicumque* 66. *duodecima, quæſt.*2. & iterum 1.*Corinth.*9. *n.* 7. *& ſequentibus: Quis militat ſuis ſtipendiis unquam, &c. an & lex hoc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi, non alligabis os boni trituranti, numquid de bobus cura eſt Deo? An non propter nos utique hoc dicit,&c. Neſcitis quoniam, qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt, & qui altari deſerviunt cum altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annunciant de Evangelio vivere*, quò ſpectat textus *in cap. cum ſecundum Apoſtolum* 16. *de præbendis, & dignitat.* Ex quo planè fit exequendas eſſe ſententias circa ſalaria, ſeu condemnationes ſalariorum appellatione non obſtante.

8 Neque verò ſuperiores judices id graviter ferè debent, aut impedire inferiores ſuas ſententias de ſalariis exequentes, ne cenſeantur alligare os bobus trituranti bus, auferreque ſtipendia militiæ ſuæ inferioribus, eaque illis invidere. Quamvis enim non auferatur, quod differtur, *l. quoties, C.de precibus Imperat. offerend. cap. nemo deſperandus, de pœnit.diſtinct.*7. quibus locis id notant Doctores; auferre planè eſt differre exactionem ſalariorum uſque ad finem litium,quæ nunquam ſunt exitum habenturæ, quas agunt privati cum fiſco, niſi ipſi privati eas finire ſtudeant. Neque item equum eſt permittere, ut poſtquam officiales ſua munera fideliter exercuerunt, moveantur eis lites circa ſtipendia ſua,quæ eorum exactionem impediant, hoc enim eſt faceſſere negotium aliis contra jus, & æquitatem, quod certè ſibi fieri nollent. Meminerint quæſo ſententiæ illius ex ipſo naturæ luminæ, & dictamine primo rectæ rationis ortæ,ſacriſque litteris commendatæ ſæpiùs, Thobiæ 4. *n.* 16. *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*, Matthæi 7. n. 12. *Omnia ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis, hæc eſt enim lex,& Propheta*, Lucæ 6.n.31. *Et prout vultis: ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter*, (quam egregiè commemorat, & commendat Caballinus *milleloquio* 294. *n.* 2. *&* 3.) Certè ſepiùs ego hoc tàm ſanctum præceptum in memoriam revoco, quòd videam in oblivionem ſuperiorum veniſſe, tantòque lubentiùs obſervantiam ejus injungo, quantò minus ſervari video, infringique plerumque teſtis ſum. Dolenda certè res,quod ſuperiores alium ſibi Deum alium inferioribus velint, ut Hiſpano proverbio dicitur; ſed licet hæc ſit hora ſua, & poteſtas tenebrarum notum illis ſit forè, *ut eadem menſura, qua menſi fuerint remetiatur ipſis*, Lucæ 6. Igitur cogitent, quam lentè paterentur, ſi Rex illis circa ſuorum ſalariorum exactionem litem moveret, aut moveri ſineret,cum tempus ſolutionis inſtaret.

9 Quod ſi hoc ferendum non eſſet, æquum eſt, ut ſe tales erga ſubditos gerant, quales erga ſe ſuperiores deſiderant, *cap.quorumdam, diſt.*74.Seneca *epiſtol.* 47. *Hæc* (inquit) *præcepti mei ſumma eſt, cum inferiore ſic vivas, quemadmodum tecum ſuperiorem velles vivere*, notat D. Thom. qui multa adjungit *opuſculo de eruditione Principis, lib.*3.*cap.*3. & Abbas *in proœmio Gregoriano, verb. Rex pacificus, ante n.*1. eodemque jure, quod in alios ſtatuunt uti debent, *in rubro, & nigro, ff. quod quiſque juris*, idem enim debet eſſe jus in membris,quod in capite, *cap.in Sinodo, diſt.*63.& ibi gloſſa *verb.ac per hoc*, alioqui rei, ac participes eruet ejus peccati,quod juxta Divum Thomam *de erudition. Princip. lib.* 7. *cap.*12. ad Deum clamat, videlicet detentionis mercedis mercenariorum; ejus enim detentionis ſatis eſt particeps, qui mercedem exigi non permittit, in eumque jure cadit reprehenſio Apoſtoli Jacobi in ſua canonica, *cap. ultim. Ecce merces operariorum veſtrorum, quæ fraudata eſt à vobis clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introivit.*

10 Neque obſtare poteſt, quominus hæc ita obſerventur,quod in cauſis alimentorum, ut ſententiæ executioni mandentur appellatione ad ſuperiores non obſtante, requiratur paupertas ejus, in cujus favorem ſententia eſt exequenda, atque ut aliunde non habeat, unde ali poſsit, ut

notat Baldus Novellus *tract. de dote, part. 9. privileg. 7. n. 2.* Surdus *de alimentis, tit. 8. privileg. 60. n. 21.* Lara *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n. 31. ff. de liber. agnoscend.* Lancellotus *de attentatis 2. part. cap. 12. limit. 24. n. 15.* Scaccia *de appellat. quæst. 17. limitat. 7. n. 17.* cum aliis quos referunt. Ea enim qualitas ineſt omnibus judicibus inferioribus delegatis, & eorum officialibus, ut ferè ſemper contingere videmus, in eiſque utpote operariis, paupertas ut qualitas naturalis præſumitur, Tiraquellus *de retractu lignag. §. 32. gloſſ. unic. n. 94.* Scaccia *de appellat. dict. quæſt. 17. limitat. 8. n. 9.* qui niſi egerent eas delegationes non ſuſciperent, inſanirent enim, ſi non egentes iſtiuſmodi peſsimæ occupationi ſe immiſcerent, quòd ſi unquam acciderit judicem delegatum eſſe divitem, juſtiſsimè indicet in laqueum ejuſmodi litium, ſiquidem ad id officium venit ductus ſordida, & cæca cupiditate: nullum enim exiſtimo futurum tàm ignarum, quem eo pertrahat ambitio, præſertim noſtro ſæculo, ac tempeſtate, qua publicarum dignitatum honos tàm miſerè jacuit.

SUMMA DISPUTATIONIS SEPTIMÆ.

1 *Multis caſibus poteſt judex reſtituere adverſus ſuas ſententias.*

2 *Judex poſtquam ſententiam tulit, officio ſuo functus eſt.*

3 *Judex multis caſibus poteſt ſuam ſententiam retractare, remiſsivè.*

4 *Nova cauſa emergente poteſt judex de cauſa finita cognoſcere.*

5 *Lata ſententia expirat officium judicis mercenarium, ſed durat nobile.*

6 *Productis poſt ſententiam novis inſtrumentis, intra triennium conceditur reſtitutio adverſus rem judicatam in cauſis fiſcalibus, & publicis.*

7 *Proponitur dubium, an reſtitutionem contra ſuam ſententiam poſsit ſolus ordinarius concedere, vel etiam delegatus.*

8 *Tres ſententiæ communes de hac re, & nulla vera.*

9 *Prima ſententia negativa.*

10 *Primum fundamentum ex* l. ſi ut proponis, prima, C. quomodo, & quando judex.

11 *Secundum fundamentum ex* l. minor autem, §. idem Imperator, in fine, ff. de minoribus, l. adverſus, C. ſi adverſus rem judicatam, l. 1. C. ubi, & apud quem.

12 *Secunda ſententia affirmativa, & fundamentum ejus.*

13 *Tertia ſententia diſtinguens.*

14 *Rejicitur tertia ſententia, & ejus fundamentum.*

15 *Proponitur nova diſtinctio, & conciliato primæ, & ſecundæ ſententiæ.*

16 *Cùm juriſdictio delegati per ſententiam non expirat, poteſt reſtituere, & cognoſcere de nullitate.*

17 *Quando expiret juriſdictio delegati, vel non, ex aliis juris principiis expendendum eſt,* & n. 18.

19 *Delegatus non poteſt reſtituere adverſus interlocutoriam, quæ totam commiſsionem abſorbet.*

20 *Delegatus ab ordinario reſtituit adverſus interlocutoriam, non adverſus diffinitivam.*

21 *Diſtinguuntur duo caſus, quoad diffinitivam delegati inferioris à Principe.*

22 *Delegatus ab inferiore, qui tullit ſententiam, nulliter, an poſsit de nullitate cognoſcere, & ſententiam iterum fere.*

23 *Sententia affirmatium minùs communis, ſed verior.*

24 L. ſi ut proponis *exponitur.*

25 *Delegatus à Principe ad ferendam diffinitivam, non poteſt adverſus ipſam reſtituere.*

26 *Delegatus à Principe ſimpliciter ad cauſam reſtituit antequam exequatur, etiam contra diffinitivam, non poſt.*

27 *Solutio Pauli Caſtrenſis, & Joannis Gutierrez, adhibita fundamento prædictæ reſolutionis.*

28 *Rejicitur, & impugnatur.*
Una eſt, & eadem juriſdictio ad reſtituendum, & exequendum, & unum, & idem judicis officium.

29 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum reſti-*

ſtituit adverſus ſuam diffinitivam.

30 *Delegatus ad excutionem, antequam executio effectum habeat, reſtituit, & cognoſcit de nullitate ſuæ ſententiæ.*

31 *Rejiciuntur aliæ diſtinctiones inventæ à Doctoribus*, & n. 32.

33 *Delegatus à Principe ad exactionem, eandem poteſtatem habet, ac delegatus ad executionem.*

Sententia poſterior non ſemper eſt juſtior, & melior, neque ſuperior ſemper doctior, ſed quandoque etiam ſtultus, elevatur in locum ſublimem.

34 *Confirmatur tandem, & approbatur tradita reſolutio.*

35 *Quæſtionem, an delegatus cognoſcat de nullitate ſuæ ſententiæ, tractant multi Doctores, & ex aliis principiis reſolvunt.*

36 *Satisfit textui* in dict. l. ſi ut proponis, *& n.* 37.

38 *Declaratur* l. 1. C. ubi, & apud quem, *& quis fuerit inſtitutor officii Procuratoris Cæſaris.*

Auguſtus Cæſar fuit primus inſtitutor publicorum ſalariorum.

39 L. minor autem, §. idem Imperator, & d. l. adverſus, *declarantur, & n.* 40.

41 *Satisfit fundamentis ſecundæ ſententiæ.*

DISPUTATIO VII.

Utrùm judex delegatus poſsit adverſus ſuam ſententiam concedere reſtitutionem in integrum, & de ejus nullitate cognoſcere.

Ad l. 3. tit. 25. part. 3.

1 PLanum eſt multos eſſe caſus, in quibus jure poteſt judex ipſe, qui ſententiam tulit, concedere reſtitutionem in integrum, adverſus ſententiam à ſe prolatam. Ita docet textus *in l. in cauſa, 2. §. ultimo, in fine, cum l. ſequenti, ff. de minoribus, cap. cauſa 9. de in integrum reſtitution.* conſonant *l. 3. tit. 25. part. 3.* notat gloſſa ultima *in dict. l. in cauſa* 17. & gloſſa prima *in l. 1. C. ſententiam reſcindi non poſſe*, & iſtis locis Doctores.

2 Neque obſtat, quòd judex poſtquam ſententiam tulit officio ſuo, ita functus videatur, ut jam non poſsit amplius in eam cauſam manus mittere, quaſi extincta quoad id juriſdictione, *l. quod juſsit* 14. *in fine, l. judex poſtea quàm* 55. *ff. de re judic. l. 1. cum rubrica, C. ſententiam reſcindi non poſſe, l. pœnam n.* 15. *C. de pœnis.*

3 Non inquam obſtat, quoniam tametſi verum ſit, eam regulam plerumque, & ferè ſemper eſſe obſervandam; habet tamen ſuas, non paucas exceptiones, quas fallentias, & limitationes vocant noſtri. Earum plures recenſuit gloſſa prima *in dict. l. 1. C. ſententiam reſcindi non poſſe*, ubi multorum caſuum meminit, in quibus judex ſententiam à ſe latam, à qua non eſt appellatum, & quæ rei judicatæ robur accepit, revocare poteſt. Septemdecim refert Romanus *in l. admonendi, ex n.* 34. *ff. de jurejurando, & in eadem leg.* Alexander, Jaſo, & Ripa notant, alios Felinus *in cap. qualiter, & quando, el primero, ex n.* 23. *de acuſationibus.* Marianus Socinus ibi, *ex n.* 64. & Doctores *in dict. l. judex poſtea quàm.* Eſt autem ea regula in primis intelligenda, & practicanda, rebus ſic ſtantibus, quæ conditio tacitè ineſt in multis actuum, & diſpoſitionum generibus, ut colligitur ex textu *in cap. quemadmodum*, & ibi gloſſa *verbo, condicio, de jurejurando, & in l. quod ſervius, ff. de condict. ob cauſ. & in l. cùm quis* 38. *ff. de ſolution. in principio*, obſervat Jaſo *in l. is qui putat*, 15. *n.* 9. *ff. de adquirenda hæreditate, & in dict. l. quod ſervius, n.* 8. Tiraquellus *in l. ſi unquam in præfatione, n.* 166. *cum ſequentibus, C. de revocand. donat.* Hippolitus de Marſiliis *de fidejuſſoribus, n.* 173. ſecundum aliam impreſsionem *n.* 151. Guido Papæ *deciſ.* 199. *n.* 3. Cacheranus *deciſ.* 91. *n.* 2. 3. 14. & 15. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 1. *n.* 32. Seraphinus *deciſ.* 162. *n.* 5. Marta *de clauſulis* 1. *part. clauſul.* 123. cum multis omiſsis.

4 Cæterùm prædicta regula fallit, ubi nova emergit cauſa, nam hæc viam aperit judici, ut poſsit denuò de lite finita cognoſcere: nam plerumque nova emergente cauſa, novum debet adhiberi remedium,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dium, *l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrog. action. l. 1. in princip. ff. de inspiciendo ventre, cap. cæterùm, de jurament. calum. l. 6. tit. 25. part. 7.* Hippolitus *singul. 233.* Peregrinus *de jure fisci, lib. 1. tit. 3. n. 67.* idque regulare est. Ita fit, ut ex causa nova apparente post sententiam possit ipsa sententia retractari.

5 Tametsi verò lata sententia judex functus sit officio, officium tamen illud, quod prolata sententia expiravit, finitumque est, est officium mercenarium, quod deservit actioni, ut *in d. l. Judex postea quàm 55.* observant Bartolus *n. 2.* Cumanus *in princ. ante n. 1.* Joannes de Imola *n. 4.* Alexander *n. 2.* durat autem post sententiam officium nobile judicis, quo expeditur, tùm in integrum restitutio, tùm etiam exequutio sententiæ, ut iidem notarunt.

6 Inter alios verò casus, in quibus restitutio adversus rem judicatam concedi potest, & debet, ille est notatu dignus, quando post rem judicatam inveniuntur, & producuntur instrumenta, quæ si ante sententiam in processu producta fuissent, judicem permovissent ad sententiam aliter ferendam, idque peculiariter in causis fiscalibus, & publicis. Nam quamvis regulare sit sententiam, prætextu novorum instrumentorum retractari non posse, *l. sub specie, C. de re judicata,* ubi notat Baldus *n. 1.* & Salicetus, Cinus, Angelus, Fulgosius, Paulus, fallit, tamen hæc regula favore Fisci, & Reipublicæ, juxta textum *in l. Imperatores, ff. de re judicat. & in l. unica, C. de sentent. adversus Fiscum latis, retract. lib. 10. & in l. 19. tit. 22. part. 3. vers. Otrosi decimos,* ubi notat Gregorius *gloss. 9.* Doctores *in dict. l. Imperatores, & in dict. l. unica,* & Baldus *in dict. l. sub specie, n. 1.* Salicetus *n. 1.* Paulus *n. 2. & consil. 257. n. 3. 2. part.* quod in antiquis erat *n. 325.* Hippolitus de Marsiliis *singular. 229.* Padilla *in l. sub prætextu, n. 7. C. de transactionibus,* Joannes Garcia *de nobilitate, gloss. 6. §. 2. n. 5.* Peregrinus *de jure fisci, lib. 7. tit. 4. n. 2.* Sfortia *de restitut. in integr. 2. part. quæst. 75. articul. 1.* In causis enim publicis, & fiscalibus, ob instrumenta denuò reperta, vel producta intra triennium conceditur restitutio, ut *in dict. l. unica, C. de sentent. adversus fiscum latis, retract. lib. 10. & in dict. l. 19. tit. 22. part. 3.* & ibi Gregorio *gloss. 11.* de quo tamen vide latiùs Paulum, & Salicetum *in d. l. sub specie,* & Joannem Garcia *dict. gloss. 6. §. 2. n. 14.* Quæ juris conclusiones difficultatem non habent.

7 Est tamen dubium, quod memini ex facto ipsum esse non leve, tametsi judicio meo immeritò, an istam restitutionem possit concedere dumtaxat judex ordinarius, an verò etiam delegatus. Certè facultatem concedendi restitutionem in integrum in universum videtur tribuere, tàm ordinariis, quàm delegatis, Justinianus *in l. ultima, C. ubi & apud quem,* solùm arbitris eam denegans, & Gregorius IX. *in cap. causa restitutionis 9. de in integr. restitution.* apud nos *l. 3. tit. 25. part. 3.* correcto in hoc articulo antiquo jure digestorum, quo solùm Magistratus majores habentes merum, & mixtum imperium, poterant integrum restituere, juxta textum *in l. in causæ 17. §. ultimo, & l. Præfecti 18. ff. de minoribus,* Magistratus autem minores quales sunt municipales, non poterant id auxilium impartiri, *l. ea quæ, ff. ad municipal. & de incol.* Jure verò noviori favore minorum, atque eis possit promptius, & facilius subveniri introductum est, ut omnes Judices, sive majores, sivè minores, sivè ordinarii, sivè delegati, præter arbitros, & eorum delegatos, & compromissarios, possint restitutionem concedere id, quod notavit Glossa *in dict. §. ultimo, verb. Pro jurisdict.* quam sequitur Bartolus, & Baldus, Mauritius *de restit. in integ. cap. 35. in fin.* Sfortia Oddus *1. part. quæst. 32. articul. 4.* estque communis opinio. Unde jam jure novo facultas restituendi competit jure Magistratus, ac per consequens est delegabilis, juxta *l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdictio,* ut probat textus *in d. l. ultima, C. ubi, & apud quem cognitio in integr. restit. agit. sit.* Verùm oportet textus istos enucleare, & difficultatem profundius inspicere.

8 Tres fuerunt in hac re Doctorum sententiæ, omnes communes, duæ extremæ,

mæ, altera media illas distinctione facta concilians, & ad concordiam reducens; quarum tamen nulla judicio meo scopum veritatis attigit.

9 Prima sententia universè negat judicem delegatum, sivè ab ordinario, sivè à Principe posse restituere adversus suam sententiam. Ita sentit Cinus *in l. adversus, in fin. C. si adverſ. rem judic. & in l. 1. & ultima, C. ubi, & apud quem*, Albericus *in dict. l. ultim.* Ancharranus *in cap. ex litteris 4. n. 4. de in integr. reſtit.* & alii, quos refert Sfortia *de reſtit. in integr. 1. part. quæſt. 32. artic. 18. n. 139.* ubi dicit communem.

10 Hæc sententia, quod attinet ad delegatum ab ordinario, probatur ex textu *in l. ſi ut proponis, 1. C. quomodo, & quando judex*, in quo judex, qui sententiam tulit obnoxiam vitio nullitatis, non potest iterum sententiam pronunciare, eò quòd jurisdictio ejus expirasset. Ergo ob eandem rationem iste judex delegatus prolata sententia non poterit adversus ipsam, restitutionem concedere.

11 Quòad delegatum autem à Principe probatur, quoniam adversus sententiam delegati à Principe, solus Princeps restituit, *l. minor autem 18. §. idem Imperator, in fin. ff. de minorib. l. adverſus, C. ſi adverſus rem judicat. l. 1. C. ubi, & apud quem.* Ergo ipsemet delegatus restituere non potest, quo fit, ut neuter delegatus, neque ab ordinario, neque à Principe possit restitutionem concedere.

12 Secunda sententia extremè opposita indistinctè concedit delegato à Principe, præsertim, facultatem restituendi adversus quamlibet suam sententiam. Hanc tuetur Petrus, relatus à Cino *in d. l. adverſus*, Bartolus *in l. minor autem, §. ſed & Proſenio, ff. de minorib.* Fulgosius *in dict. l. adverſus, n. 2. C. ſi adverſus rem judic. & in d. l. 1. n. 2. C. ubi, & apud quem*, ubi Paulus Castrensis *n. 1.* Rebuffus *tom. 2. in conſtit. regi tract. de reſtitutionibus, in præfatione, n. 12.* licèt de stilo Regni Franciæ, aliud servari testetur in tribunalibus sæcularibus, Maranta *in praxi 5. part. n. 36.* & istam communem sententiam dicit Sfortia *dict. artic. 18. n. 139.* Fundamentum hujus sententiæ desumitur ex generalibus verbis textus *in dict. l. cauſæ, §. ultimo, in fin. ff. de minorib. & in d. l. 3. C. ubi, & apud quem*, quibus in universum, & sine limitatione ulla videtur concessa judicibus, tùm ordinariis, tum delegatis à Principe facultas restituendi adversus suas sententias, quod planè confirmant verba, *cap. cauſa, de in integr. reſtit.* quæ eam facultatem concedunt delegatis à quolibet ordinario.

13 Tertia sententia media est inter istas, easque fœdere distinctionis conciliare conatur: aut enim (inquit) agimus de sententia interloquutoria, & tunc locum habet secunda sententia, nempè judicem delegatum, sivè ab ordinario, sivè à Principe posse concedere restitutionem adversus illam: aut agimus de sententia diffinitiva, & eo casu prima sententia vera est, scilicèt non posse delegatum adversus ipsam restituere. Hanc sequitur Bartolus *in d. l. adverſus, n. 1. C. ſi adverſus rem judicat.* ubi Baldus *n. 2.* qui pro ea refert Jacobum Butrigarium, Angelus *n. 2.* Salicetus *n. 2.* Paulus *n. 1.* Abbas *in dict. cap. cauſa reſtitutionis 9. n. 7.* Sfortia *de reſtitutione 1. part. dict. quæſt. 32. artic. 18. n. 139. circa finem*, Gutierrez *lib. 2. canonicarum quæſt. cap. 2. n. 37.* & Sfortia ait hanc distinctionem esse magis communem. Quæ sententia colligitur ex fundamentis primæ, & secundæ, & orta est ad conciliandas leges, quæ sibi ipsis videntur contrariæ.

14 Si tamen in tàm controversa re licet nostrum interponere judicium, tametsi existimem duas illas sententias, primam, & secundam, distinctione conciliandas esse, credo longe diversam distinctionem hoc casu locum habere, amplectendamque esse: id quod apertè colligimus ex mente ipsa Doctorum, qui sequuntur propositam tertiam sententiam, & distinctionem ejus. Nam fundamentum unicum, quo omnes nituntur, qui delegato denegant potestatem restituendi adversus suam sententiam diffinitivam est, quòd postquam sententiam tulit officio suo functus videatur, ejusque jurisdictio finita: nemo vero sine jurisdictione sen-

sententiam suam retractare potest, seu per restitutionem, seu quovis alio modo, cum jurisdictionis actus sit restitutionem concedere, *l. 1. ff. de in integr. restit. dict. l. in causæ, §. nunc videndum, cum legib. sequent. ff. de minorib. l. eum qui, ff. de jurisdict. omn. judic. juncta l. omnes, ff. de in integr. restit.* Hoc autem fundamentum plane infirmum est, fallaxque & lubricum, nam si quid probaret illud, etiam probare non posse à judice ordinario, concedi in integrum restitutionem adversus suam sententiam, quia videlicèt non minus finitur jurisdictio ordinaria, ordinariique officium quòad causam jam judicatam, quam delegati in causa delegata postquàm tulit sententiam, ut probat textus *in d. l. Judex postea quam, ff. de re judic.* Quemadmodum igitur hoc argumentum efficax non est quòad ordinarium, & suam habet solutionem, ut attigimus *supra hac eadem disputatione n. 5.* ita enervari potest, & dilui, quod attinet ad delegatum.

15 Aliter igitur distinguendum est, aut sententia, sivè interloquutoria, seu diffinitiva lata, finitur, expiratque commissio judicis delegati, ejusque jurisdictio, aut non finitur, nec expirat. Primo casu judex delegatus non potest restituere adversus suam sententiam, sive interloquutoria sit, sive diffinitiva. Ratio est, quia concedere restitutionem est actus jurisdictionis, ut probavimus *numero præcedenti*, & notant *in d. l. judex postea quàm*, Bartolus, Imola, Cumanus, & Alexander, relati *supra n. 5.* Ergo jurisdictione finita, & officio judicis extincto concedi non potest restitutio, seu adversus interloquutoriam sententiam, seu adversus diffinitivam. Idque tàm est perpetuum, & universim verum, ut non solum locum habeat in judice delegato, sed etiam in ordinario: nam si contingeret jurisdictionem ordinarii, casu aliquo expirare, finireque officium ejus, post latam in aliqua causa sententiam diffinitivam, aut interloquutoriam, planè deinceps non posset concedere restitutionem in integrum, adversus quamlibet sententiam à se prolatam, ut probat apertè textus, *in l. eum qui, ff. de jurisdictione omnium judicum.*

16 Secundo autem casu, quando per prolationem sententiæ, seu interloquutoriæ, seu diffinitivæ, non finitur mandatum, vel commissio, neque expirat jurisdictio delegati, concedere potest restitutionem in integrum adversus suam sententiam, seu interloquutoriam, seu diffinitivam, atque item cognoscere de nullitate suæ sententiæ, expedireque reliqua, quæ judicis officio expediuntur. Probatur manifestè, quoniam eo casu durat post sententiam jurisdictio, judicisque officium, ac per consequens facultas juris dicendi, æquitatisque statuendæ, seu administrandi justitiam subditis eam petentibus. Ergo nihil impedit, quominus judex delegatus suam jurisdictionem exercere possit, si quidem nulla lex est, quæ ejus potentiam, & jurisdictionem coarctet, devegetque illi facultatem concedendi ista restitutionem, quod evidenter constabit ex solutione argumentorum contrariorum. Confirmatur ex doctrina Glossæ approbata communiter à Doctoribus, *in d. l. in causa 18. §. nunc videndum, verbo, pro jurisdictione sua*, cujus meminimus *supra n. 7.* dicentis, facultatem restituendi competere jam judicibus jure Magistratus, idest eo ipso, quòd sunt Magistratus. Ergo durante officio, & Magistratu, durat quoque restituendi facultas. Quæ me rationes evidenter convincunt, ut in hanc sententiam descendam.

17 Sed eò videtur hæc difficultas reducta esse, ut videamus, & examinemus, quando expiret jurisdictio delegati lata sententia, & quando censenda sit post sententiam durare, ut ex eo judicemus, quando possit delegatus adversus sententiam suam restituere, vel de nullitate suæ sententiæ cognoscere, quòd ex iisdem principiis derivatur.

18 Respondendum est tamen, id definiendum esse ex aliis juris principiis, spectata primùm commissione, & mandato judicis, ex quo pendet ejus jurisdictio, ejusque exercitium item spectata natura delegationis proveniens ab ipso delegante. Nam delegatus à Principe in multis differt

à

à delegato ab inferiori ordinario, ut notant Legistæ *in rubrica, ff. de officio ejus, cui mandat. est jurisdictio*, & Canonistæ *in rubrica de officio, & potestate judic. delegat.* Maranta *in praxi 4. part. distinct. 5. ex n. 23.* & alii à nobis relati *supra, disputatione 4. n. 38.* Quam tamen doctrinam, ut sigillatim prosequamur, & ad peculiares casus descendentes declaremus, nonnulla subjiciemus exempla, ex quibus apertius constabit Doctores in hujus difficultatis resolutione halucinatos.

19 Infertur primò ex istis, eo casu, quo sententia interloquutoria talis est, ut totam causam delegatam absorbeat, jurisdictionemque finiat, non posse delegatum etiam à Principe concedere adversus ipsam restitutionem, aut de nullitate suæ sententiæ cognoscere. Ita observavit Albericus *in l. minor autem n. 4. ff. de minorib. & in l. cum scimus, 3. n. 3. C. ubi & apud quem*, Ancharranus *in cap. casu 9. n. 7. de in integr. restitution.* quos sequitur Sfortia *de restitution. 1. part. quæst. 32. articul. 18. n. 141.* & Gutierrez *lib. 2. canonicarum quæst. dict. cap. 2. n. 38. in fine*, idque ob rationem ante dictam.

20 Infertur secundò delegatum ab inferiore ordinario simpliciter ad aliquam causam regulariter posse restituere adversus sententiam interloquutoriam à se prolatam, aut de ejus nullitate cognoscere, quoniam adhuc durat jurisdictio ejus, & articulus restitutionis est incidens in causa principali, cognoscitque de ipso, ut incidenti. Ita probat textus *in dict. cap. causa 9. de in integr. restitut.* sed prolata sententia diffinitiva non posse adversus ipsam concedere in integrum restitutionem, aut de ejus nullitate cognoscere, quia nempè ejus jurisdictio expirat prolata sententia, & post eam finitam non potest dici incidens esse restitutionis articulus, quod ex eodem textu planè colligitur.

21 Verùm quod attinet ad diffinitivam prolatam à delegato inferioris à Principe distinguendi sunt duo casus. Primus est, quando delegatus inferioris protulit sententiam diffinitivam jure validam, quo casu sine controversia receptum est expirare jurisdictionem delegati ab inferiore Principis, ac per consequens non poterit tunc iste delegatus cognoscere de nullitate suæ sententiæ, si nullitas adversus ipsam objiceretur, aut contra ipsam restituere.

22 Secundus casus est, quando protulit sententiam nullam, quo casu Doctores frequentius sentiunt, non posse delegatum inferioris cognoscere de nullitate suæ sententiæ. Ita sentit Glossa ultima *in d. l. si ut proponis, prima*, quam sequuntur Bart. Baldus, & alii ibi, *C. quomodo, & quando judex*, Abbas Panormitanus *in cap. in litteris 9. n. 4. de officio delegati*, Menochius *de arbitrariis, lib. 1. quæst. 67. ex n. 21.* tametsi ibi non tàm examinet, an possit iste delegatus cognoscere de nullitate suæ sententiæ, quam an possit causam iterum definire, verum ex iisdem principiis pendet utraque quæstio. Probant istam sententiam *ex dict. l. si ut proponis.* Consulto tamen prætermittimus isto casu quæstionem, an possit judex iste contra ejusmodi sententiam restituere; quoniam cum sententia ipsa nulla sit, & nullam esse præsupponamus, restitutione rescindi non potest, *l. nam, & sub conditione, vers. post defectum, ff. de injusto rupto, irritoque fact. testament. l. 3. §. ex his ff. eodem tit. l. quos retrahi 3. C. si adversus libertatem, cap. ad dissolvendum, de despensat. impub.* idque jure quidem optimo, cum privatio præsupponat habitum, *l. manumissiones 4. ff. de justitia, & jure, l. Titio usus fructus 95. ff. de condict. & demonstrat. l. decem, 110. ff. de verbor. obligat.* meminit Thuscus *lit. P. conclus. 715.*

23 Contrariam tamen sententiam, imò judicem delegatum ab ordinario, qui sententiam tulit, quæ nulla est, posse iterum pronuntiare, cognoscereque de nullitate suæ sententiæ, sequutus est Cumanus *in l. à Divo Pio, in principio, n. 3. ff. de re judic.* quem supresso nomine sequitur Decius *in dict. cap. in litteris, n. 13. de offic. & potest. judic. delegat.* & Parisiensis author damnatus ad Dinum *in cap. quod semel, n. 2. de regul. jur. in sexto, in verb. delegans.* Fundamentum est, quoniam sententia nulla non absorvet,

nec

nec consumit jurisdictionem delegati: nam non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, *cap. non præstat, de regul. jur. in sexto*, & quod nullum est, nullum habet effectum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.*

24 Ad textum autem *in d. l. si ut proponis*, dicunt nullo modo probare, id quod existimant communiter Doctores, ideò enim ibi delegatus non potuit de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & in causa iterum sententiam ferre, quoniam delegans revocavit delegationem, & alteri causam denuo tractandam commisit, idque justè fecit, quoniam in culpa fuit delegatus pronuncians sententiam die feriato, & parte non citata, præsumitur enim in judice dolus, quando contra reum procedit more in solito, & solemnitatibus judicii non servatis, Thesaurus *decis. 1. n. 9.* Cacheranus *decis. 22. n. 6.* Thuscus *litter. B. conclus. 127.* Mascardus *de probationibus, conclus. 240. & 241.* Farinacius *in praxi crimin. quæst. 37. n. 138. volum. 1.* Cravetta *cons. 854. n. 6. & consil. 969. n. 14. volum. 5.* Surdus *cons. 377. n. 38. lib. 3.* Bobadilla *lib. 2. politicæ, cap. ultimo, n. 137. & lib. 5. cap. 1. n. 206.* quare merito Præses alteri causam delegavit, qua nova delegatione facta non potuit delegatos amplius de causa cognoscere, *l. judicium solvitur, ff. de judiciis.* Si vero ibi delegatio non esset revocata, posset delegatus, & de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & causam iterum definire. Qua sententia satis est probabilis, etiam si sit minus communis, imò judicio meo vera.

25 Tertio infertur delegatum à Principe ad procedendum in aliqua causa usque ad diffinitivam, seu ad proferendum diffinitivam in aliqua causa, non posse postquam sententiam tulerit diffinitivam, adversus suam sententiam restituere, aut de nullitate ejus cognoscere. Ratio est in promptu, quoniam jurisdictio ejusmodi delegati limitata est, & tandiu durat, donec sententia profertur, qua prolata expirat, finiturque; istum tamen judicem posse restituere adversus sententiam interloquutoriam à se latam, ob contrariam rationem, scilicet quòd prolata interloquutoria ejus jurisdictio durat usque ad diffinitivam proferendam. Hactenus vera est tertia sententia quam proposuimus, & non est ulterius extendenda, ut ex iis, quæ statim subjiciemus erit manifestum.

26 Quartò infertur, delegatum simpliciter à Principe ad aliquam causam, posse adversus suam sententiam, tam interloquutoriam, quàm diffinitivam restituere, & de earum nullitate cognoscere. Ratio est, quia jurisdictio delegati à Principe simpliciter ad aliquam causam, non finitur prolata sententia, sed adhuc durat usque quo eam mandet exequutioni per se, vel per alium (quod intra annum facere potest, juxta jus canonicum) *cap. in litter. 9. cap. quærenti 26. de offic. & potest. jud. deleg.* docet Bartolus *in d. l. à Divo Pio, in princip. n. 2.* Angelus ibi, *n. 1. 2.* Imola *n. 1.* Alexander *n. 2.* qui dicit communem sententiam etiam de jure civili; quidquid contrarium post Accursium dixerit Jason *ex n. 6.* qui tamen tandem consentit *n. 10. in fine*, sententiæ Bartoli, & aliorum, pro qua etiam videri potest Maranta *in praxi 4. part. distinct. 5. n. 45.* & Menochius *de arbitrariis, lib. 1. quæst. 74. ex n. 48.* tametsi ab ea videatur discessisse, sed eam sequutus est Molina *de justitia, tract. 5. disputat. 26. n. 4.* qui dicit esse in nostro Regno usu receptam. Ergo durat in eo facultas juris dicendi, administrandique justitiam, ac per consequens si juxta præscripta legum, restitutio, quæ ab eo petitur, concedi potest, non erit cur ipsam non concedat, ut cur non conoscat de nullitate ob defectum jurisdictionis. Ita sentit Angelus *in l. judex postea quàm 55. n. 6. ff. de re judic.* Abbas Panormitanus omninò videndus *consil. 87. 1. part.* quem sequitur Thuscus *litter. R. conclus. 278. tom. 7.* Decius *in dict. cap. in litter. n. 14. cum seqq.* Boerius *decis. 6. n. 6.* Menochius *de arbitrariis, lib. 1. quæst. 67. ex n. 43.* alios refert pro eadem sententia Tiraquellus *in l. boves, §. hoc sermone, limitat. 21. n. 4. & 5. ff. de verbor. significat.* Verum quidem est, hunc eundem delegatum, non posse concedere restitutionem adversus suam diffinitivam, aut de nullitate ejus cognoscere-

cere, si id ab eo peteretur, postquàm diffinitivam à se latam exequutioni mandasset, quoniam eo tempore jurisdictio ejus cessasset, & officio suo functus esset, *d.cap. in litter.* ubi notant Doctores. Et hæc illatione directo est opposita tertiæ sententiæ supra propositæ.

27 Sed respondet Paulus de Castro *in d.l. adversus, n. 1. C. si adversus rem judic.* ad textum *in dict. cap. quærenti, de offic. delegat.* quem sequitur Joannes Gutierrez *lib. 2. canonicarum, dict. cap. 2. n. 23. & 40.* verum quidem esse, durare jurisdictionem delegati à Principe intra annum à prolata sententia, id tamen intelligendum esse, dumtaxat quòad exequutionem sententiæ, non verò quòad destructionem, & rescissionem per restitutionem in integrum.

28 Sed hæc evasio indigna est ingenio Pauli, & inexcusabilis, indignationem certè meretur, quando bonus Homerus dormitarit, si Joanni Gutierrez ignoscipotest, qui illum sequutus erraverit. Est itaque responsio omninò inverisimilis quoniam non est duplex jurisdictio, aut duplex officium judicis nobile, unum, quo sententia exequutioni mandetur, alterum quo restituatio in integrum concedatur, & cognoscatur de nullitate sententiæ, sed duplex iste actus, seu effectus ab uno, & eodem fonte, & principio procedit, ab una, & eadem jurisdictione, & officio judicis nobili deribatur, ut observarunt Bartolus, Cumanus, Imola, Alexander, relati *supra hac disputatione n. 5.* & colligitur ex traditis ab Hostiensi *in summa, de officio judicis, n. 3.* Speculatore *lib. 1. eod. tit. de officio omnium judicum, §. potest 7.* Canonistis *in rubrica, & cap. 2. de officio judicis*, ubi notat Panormitanus *n. 5.* Legistis *in l. 1. ff. de jurisdict. omn. Judic.* ubi præter alios Oroscius *n. 23. & 24.* qui testatur de communi. (Gail *observation. pract. lib. 1. observat. 114. n. 1.*) Ergò merè voluntariè, & sine fundamento dicitur manere jurisdictionem quòad unum effectum, non quòad alium, estque id manifesta petitio principii, ut dialectico more loquamur: id enim est, de quo dubitamus, & quod probari deberet, non assumi, ut alio in proposito, sed sapienter notavit Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita, n. 78. in fine, ff. ad trebellian.* Interim enim donec durat jurisdictio, & officium judicis nobile, quod natura sua est principium multorum actuum, durat facultas exercendi omnes illos actus, siquidem nullo jure coarctatur facultas ista ad unum actum potiùs, quàm ad alium. Atque quemadmodum per exercitium unius actus jurisdictionis præscribitur jurisdictio quòad omnes actus unius, & ejusdem speciei, etiam si aliorum actuum nullus fuerit usus, ex eo, quòd omnes isti actus procedunt ab eodem fonte, & quasi habitu, ut eleganter notavit Jaso *in l. imperium, n. 23. ff. de jurisdict. omn. judic.* Baldus qui multos refert *tract. de præscriptionib. 2. part. princip. quæst. 2. n. 16. cum sequentibus, & n. 22. & sequentibus* (Surdus *cons. 323. ex n. 45. lib. 3. Postius de manutenendo, observat. 73. ex n. 130.* latè & propriè *ex n. 140.* Castill. *quotid. controvers. lib. 7. cap. 33. ex n. 8.* Salgado *de Regia protectione, part. 3. cap. 10. ex n. 104.*) imò verò, ut ibidem post Bartolum, & alios, notavit idem Baldus *n. 26.* quod attinet ad retentionem jurisdictionis, quæ favorabilior est, quàm præscriptio, per unum solum actum retinetur in universum jurisdictio, etiam quòad alias species; ita similiter in casu proposito, quo agitur de retinenda jurisdictione, & officio judicis, judex delegatus, qui post sententiam retinet jurisdictionem, & officium quòad exequutionem, juxta textum expressum *in dict. cap. in litteris, cap. significasti, &c. quærenti, de officio delegati*; retinebit eam quoque quòad facultatem restituendi, tametsi hæc esset diversa facultas à facultate exequendi, nedum cùm una, & eadem sit facultas, à qua procedit uterque actus.

29 Quintò infertur, delegatum ad universitatem causarum posse restituere adversus suam sententiam, tàm interloquutoriam, quàm diffinitivam, quia nempe post latas istas sententias officium, & jurisdictio ejus durat: & ob eandem rationem potest de suarum sententiarum nullitate cognoscere. Ita sentiunt *in d.l. judex postea quàm,*

ff. de re judic. Albericus *n.* 2. Angelus *n.* 6. Imola *n.* 6. *tametsi sub dubio*, Alexander *n.* 13. Baldus *in dict. l. ut proponis* 4. *n.* 10. *C. quomodo, & quando judic.* & ibi, Salicetus *n.* 3. *circa finem*, Philippus Franchus *in cap. cum causam* 62. *n.* 25. *de appellationib.* Decius *in cap. in litteris, n.* 18. *de offic. delegat.* Panormitanus *in cap. qualiter, & quando*, 1. *n.* 2. *&* 3. *de accusationib.* Felinus ibi, *n.* 40. Ripa *in l. quod jussit, n.* 64. *ff. de re judic.* Vantius *tract. de nullitatib. tit. coram quo nullitas, n.* 17. Menochius *de arbitrariis, lib.* 1. *quæst. n.* 67. *n.* 47. Gutierrez *lib.* 2. *canonicarum, dict. cap.* 2. *n.* 35. *& sequentibus*, Maranta *in praxi* 4. *part. distinct.* 5. *n.* 51. (Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *remedio* 1. *concluf.* 6. *n.* 99.)

30 Sextò infertur, delegatum ad exequutionem aliquam, donec cum effectu fuerit exequutus mandatum suum, jurisdictionem habere, ac per consequens posse, vel de nullitate processus, vel sententiæ cognoscere, vel etiam restitutionem concedere. Exemplum est in delegato à Papa ad conferendum beneficium, etenim si primo contulit nulliter beneficium, non ideò impeditur, ne possit iterum beneficium conferre, donec gratia Pontificis habeat verum effectum. Ratio est, quia cum Princeps delegat exequutionem, videtur magis cogitare de effectu, quàm de nudo facto, & consequenter delegatus non dicitur functus officio suo, donec res plenum sit effectum sortita. Ita sentit Innocentius *in d. cap. in litter. n.* 2. *&* 3. *de officio delegati* quem sequuntur, ibi: Zabarella *n.* 1. Joan. Andreas *n.* 3. Ancharranus *n.* 1. Baldus *n.* 2. Felinus *n.* 2. Decius *n.* 29. idem Baldus *in l. item* 6. *§. si decuriones, ante n.* 1. *ff. quod cujusque univers. nom.* Marian. Socinus *in cap. qualiter, & quando, prima n.* 83. *de accusat.* & ibi, iterum Felinus *n.* 45. Oldradus *cons.* 295. *n.* 2. Henricus Boberius *singular.* 7. *n.* 17. Mesia *in l. Toleti, in conclusione ultimæ partis, n.* 48. ubi multos refert, Gutierrez *dict. cap.* 2. *n.* 33. Et confirmatur ex textu *in l. à Divo Pio, §. si super rebus, ff. de re judic.* ubi facta exequutione super una re, quæ apparuit litigiosa, potest denuò fieri exequutio super alia, quæ fuit observatio Ancharrani *in dict. cap. in litteris, n.* 2. *versic.* 4. *dicitur.*

31 Neque verò admittenda est, quòad hoc differentia, quam plerique tradiderunt, sed non assignata ratione differentiæ, inter mandatam jurisdictionem, & mandatum facti extrajudicialis, ut hæc doctrina locum habeat in mandato facti extrajudicialis; non verò in mandato jurisdictionis. Quod docuit *ubi supra* Innocentius, & Baldus, & Menochius, cum multis, quos sequutus retulit *in dict. quæst.* 67. *n.* 71. certè hoc verum esse in commissione facti, probat optimus textus *in l.* 2. *in princ. vers. data, ff. de option. l.* sed interim, donec ratio discriminis designetur, ille probat mihi in jurisdictione mandata, cùm sciam rectè duci argumentum à mandato Procuratoris ad mandatum jurisdictionis, juxta observationem Everardi *in locis legalib. loco* 35. & textum *in l. & quia in fin. ff. de jurisdict. omn. judic.* ubi omnes Doctores notant, Jaso *in l. more, n.* 20. *ff. eodem tit.* Itaque ubi discriminis ratio non redditur, asseritur sine fundamento, discriminis autem rationem ego nullam invenio.

32 Non est item admittendum discrimen aliud inter delegatum, qui per errorem facti commissionem suam nulliter exercuit, & eum, qui per errorem juris, ut primus possit actum reformare, non secundus, tametsi enim ista discrimina à doctissimis viris inventa sint, sunt tamen figmenta sine fundamento ullo introducta, quæ aliis non minus doctis displicuerunt, ut videri potest apud Tiraquellum utrosque referentem *in l. boves, §. hoc sermone, limitat.* 21. *n.* 4. *&* 5. planius, & verius est, quod in universim diximus, delegatum ad exequutionem jurisdictionem habere, donec fuerit exequutus mandatum, idque indifferenter, & in omni casu accipiendum est ex superius adductis.

33 Septimò infertur, judicem delegatum à Principe ad exactionem alicujus quantitatis sibi debitæ ab aliquo reo, & ejus fidejussoribus, interim donec quantitas non est exacta, non esse functum officio suo, sed ejus jurisdictionem durare, &

quod

quod consequens est, si sententiam aliquam tulit in processu exequutivo, postquam producantur nova instrumenta, ratione quorum locum habeat petitio restitutionis in Fisci favorem, poterit concedere illam adversus suas sententiam diffinitivam processus exequutivi. Quod ita ex facto non semel judicavi, judicaremque quoties se casus offerret, aliisque judicandum suaderem, quoniam existimo hanc sententiam verisimam, & firmisimo fundamento innixam, contrariam autem prorsus falsam, & contra jura aperta, efficacisimamque rationem, cui satisfieri congruè non potest. Quare quidquid Gutierrez *ubi supra, n.* 41. reprehenderit Advocatum, qui testabatur sæpius se vidisse concedi à delegato restitutionem adversus suam diffinitivam, dixeritque suam illam sententiam veram esse, & tenendam in judicando, & consulendo, tametsique viderim ex meis illis sententiis aliquas revocatas à judicibus superioribus in gradu appellationis, non recedo tamen à mea sententia, donec videam eversa fundamenta, quibus nititur. Quippè cùm sciam, etiam posse forsam unius, & deterioris sententiam, & multos, & majores aliqua in parte superare, *l.* 1. *§. sed neque, C. de veter. jur. enucl.* sciam etiam non esse ideò quem deteriorem, quòd inferior sit, neque majorem scientia, quòd superior; imò verò sæpè sæpiùs videas cum sapiente *Ecclesiastes* 10. *Stultos positos in dignitate sublimi. Est quoque qui stultus apparet, postquàm elevatus est in sublime*, Proverbior. 30. n. 32. *Nam exaltatio stulto ignominia*, Proverbior. 3. n. 35. *Atque viderim ideò nonnumquam* (utinam non sæpè) *bene latas sententias in pejus reformari, neque enim utique melius pronuntiat, qui novissimus sententiam laturus est*, ut testatur Ulpianus *in l.* 1. *ff. de appellation.* Ne dicam cum celebri Rotæ Advocato Capharelo, cujus dictum retulit Glossam regularum Cancellariæ Innocentii VIII. in procemio non longè à fine, & ejus ut notatu digni, meminit Joannes de Nevizanis *in silva nuptiali, lib.* 5. *n.* 2. Corrasius *de communi opinione lib.* 2. *tit.* 9. *cas.* 10. *n.* 58. & Joseph Ludovicus *decis. Lucens.* 3. *n.* 48. videlicet, *Rota aliquando rotat.* Igitur qui utriusque sententiæ fundamenta attentè, & imperturbato animo inter se contulerit, matureque pensitaverit, poterit inter utramque judicare.

34 Octavò tandem infertur, veram esse proculdubio resolutionem, quam sumus amplexi, & distinctionem, quam adhibuimus ad conciliandas duas illas extremas sententias, primam, & secundam, qua retulimus; eam verò, qua utitur tertia à nobis relata sententia insufficientem esse, & fundamento carere, nisi ad limites nostræ distinctionis reducatur. Planè tertia illa sententia, & aliæ quædam limitationes, & distinctiones, quarum meminimus *n.* 31. & 32. introductæ sunt ad conciliandas leges, quæ in hoc articulo videntur invicem contrariæ: quæ tamen neque secum repugnant, neque ea conciliatione indigent, ut mox apparebit.

35 Non omitto multos Doctores tractasse de ea quæstione, an possit delegatus cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & resolutionem ejus ex aliis principiis deduxisse. De qua consuli possunt Cumanus *in l. à Divo Pio, in princip. n.* 3. *ff. de re judic.* Ripa *in l. quod jussit, ex n.* 62. *ff. eodem*, Paulus *in l. adversus, n.* 3. *C. si adversus rem judicatam*, Philippus Franchis *in cap. delicto, ultimo, ex n.* 64. *de appellationibus*, Socinus *cons.* 83. *volum.* 4. Magonius *decis. Florentina* 90. *n.* 10. *& sequentibus*, Maranta *in praxi* 4. *part. dist.* 5. *ex n.* 21. Vantius *de nullitatibus, tit. coram quo nullitas, ex n.* 14. Bobadilla *lib.* 2. *Politicæ, cap.* 21. *n.* 214. Azevedus *in l.* 2. *n.* 6. *& 7. tit.* 17. *lib.* 4. *Recop.* præter eos, quos hac disputatione sparsim retulimus.

36 Ad fundamenta igitur primæ sententiæ, quatenus pugnat cum nostra respondendum est, ad primum desumtum *ex l. si ut proponis, prima C. quomodo, & quando judex*, dicendum est primò, in eo textu revocatam esse delegationem, atque ex eo factum esse ut delegatus non potuerit iterum judicare, juxta *l. judicium solvitur, ff. de judiciis*, aliter responderet Imperator, si delegatio revocata non esset, ut

diximus *hac eadem diſputatione, num.* 24.

37 Secundò dicendum eſt, textum loqui de delegato inferioris à Principe, cujus juriſdictio regulariter finitur prolata ſententia diffinitiva, & officio finito, neque reſtituere, neque de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere poteſt, ut diximus *ſupra n.*20. longè aliter res habet in delegato à Principe, cujus juriſdictio nobilior, & firmior eſt, duratque adhuc poſt prolatam diffinitivam, ut diximus *n.*26.*& ſequentib.* & planè docet Bartolus *in l.terminato* 3.*n.* 8.*C.de fruct.& lit.expenſ.* Ita explicat illum textum Decius *in dict.cap. in litter.n.*18. *de officio deleg.* & Silveſter Aldobrandinus ibi in additione, verbo, denuo, tametſi enim prolata ſententia ceſſet officium judicis mercenarium, juxta textum *in l.judex poſtea quàm* 55.*ff. de re judicata*, durat officium nobile, quo expeditur exequutio ſententiæ, & in integrum reſtitutio, ut diximus *ſupra n.*5.*&* 28.

38 Ad ſecundum deſumptum *ex l.minor autem, §.idem Imperator, cum verſ.ſeq. ff.de minorib.* & ex concordanti textu *in l. adverſus, C.ſi adverſus rem judicatam, cum l.*1.*C. ubi,& apud quem,* reſpondetur in primis *in d. l.*1.*C. ubi, & apud quem,* non agi de ſententia delegati à Principe, ſed de ſententia Procuratoris Cæſaris, adverſus quam non Præſes Provinciæ à quo ibi reſtitutio erat reſtituere poteſt, juxta eam legem, ſed ſolus Princeps. Procurator autem Cæſaris erat Magiſtratus ſuperior ordinarius, à quo acta, vel geſta ſic comprobabantur, ac ſi à Cæſare geſta eſſent. Is Magiſtratus creditur inſtitutus ab Auguſto, qui teſtante Dione Caſsio Hiſtoriæ Romanæ *lib.*53.*in princip.* Anno ab Urbe condita 726. *inſtituit, ut adminiſtrationi Ærarii quotanis bini Prætorii viri præficerentur*, & inferius paulò ante medium ejuſdem libri: *Imperator etiam Procuratores (ſic enim ii vocantur, qui publicos redditus colligunt, certaſque impenſas faciunt) in omnes ſuas, ac populi Provincias ex Equitibus alios, alios ex libertis mittit*, refert item conſtituiſſe illis ſalarium. Quodque notatu dignum eſt, fuiſſe Auguſtum primum inventorem, & authorem ſalariorum, quæ gerentibus publica officia deſignantur, cum antiquitus, qui aliquod à Republica munus ſuſcepiſſent omnia ſuis impendiis agere conſueviſſent; quemadmodum Senatus Romanus poſt captam à Fabio Terracinam ſtipendia de publico ſolvi militibus decrevit, cùm ante id tempus de ſuo quiſque functus eo munere eſſe, Authore Livio *decade prima, lib.*4.*ſub finem*, (de quo Lipſius *lib.* 1. *electorum cap.* 2. Notavit Menochius *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *caſu* 514. *num.* 2.) Deinde à ſuccedentibus Principibus aucta paulatim eſt ejus Magiſtratus juriſdictio, dignitas, & authoritas, ut colligi poteſt *ex tit.Digeſtorum, de officio Procuratoris Cæſaris*, & Uveſembecio, *in paratitla, eodem tit.* Certè Cornelius Tacitus *lib. duodecimo annalium*, teſtatur hunc Magiſtratum ſub Claudio vires ſumpſiſſe: *Eodem anno* (inquit) *ſæpius audita vox Principis parem vim rerum habendam à Procuratoribus ſuis judicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet, ac ne fortuitò prolapſus videretur, Senatuſconſulto quoque cautum plenius, ac uberius quàm anteo.* Idem paulò aliter refert Suetonius Tranquillus in Claudio, *cap. duodecimo.* Sub recentioribus verò Cæſaribus mutatum eſt nomen Procuratoribus Cæſaris in nomen Comitis rerum privatarum, & ſacrarum largitionum, ut conſtat *ex tit.lib.*1.*C.* & iis, quæ ſcribit Caſsiodorus *lib.*6.*variarum, cap.*7.8.*&* 9. De initio, & progreſſu iſtius Magiſtratus, videbis ſi placet, quæ ſcribit *in ſuo Legico* Joannes Calvinus, *verbo, Procurator Cæſaris, & in libello de Magiſtratibus Romanis, eodem verbo*, diximus aliqua *diſputatione* 2. *quæſt.* 6.*ſectione nona, n.* 701. Nobis ſatis ſit notaſſe, dignitatem Procuratoris Cæſaris non fuiſſe inferiorem dignitate Præfidis, ut adverſus illius ſententiam apud hunc poſſet peti reſtitutio. Atque item iſtum Procuratorem non fuiſſe delegatum Principis, ſed ordinarium judicem, circa materias fiſcales, & patrimoniales, quo fit, ut textus *in d. l.*1.*C.ubi, & apud quem*, nihil adverſus noſtram ſententiam faciat.

39 Ad textum verò *in d. l. minor autem, §. Imperator, cum verſ.ſeq. & in dict.*

l.

l.adverſus rem judicatam, quibus dicitur adverſus ſententiam delegati à Principe, ſolum Principem reſtituere poſſe, reſpondetur, dictionem, *ſolus*, excludere omnes alios judices ordinarios, qui non poſſunt reſtituere adverſus ſententiam delegati à Principe; idque ob duas rationes. Prima, quoniam minor judex non reſtituit adverſus ſententiam majoris *l.minor.autem* 18.*in princip. ff.de minorib.* ubi notant Doctores, delegatus autem in ſua cauſa major eſt quolibet ordinario, *cap.ſignificaſti*, *cap.ſanè quia*, *cap.paſtoralis*, §.*quia verò*, *de officio deleg.* quibus locis notant Doctores, & *in rubrica de officio delegati*, ubi Joannes Andreas *n.*3. Ancharranus, Felinus *ante n.*1. & Cardinalis Zabarella, item *in rubrica*, *ff. de officio ejus*, *cui mandat. eſt juriſdict.* ubi Paulus Caſtrenſis, Alexander *n.*4.& 5. Jaſo *in princip.& n.*1. Decius *ex n.*2. diſputat latè Alciatus, tametſi ab omnibus diſcedat *ex n.*30. idem Decius *in dict.cap. in litteris*, *n.*16. Menochius *conſ.*51.*n.*9.*lib.*1. Bobadilla *lib.*2.*Politicæ*, *cap.*21.*n.*59. qua ratione ad hoc probandum uſus eſt Bartholomeus Socinus *conſ.* 83. *n.* 5. 6. & 7.*vol.*4. Secunda, quoniam ſemel per Principem delegata cauſa, tacitè videtur ad ipſum advocata, *cap.ſtuduiſti*, *de officio legati*, *cap. cæterum* 3.& ibi Doctores, *cap.paſtoralis* 14. *cap. cum contingat*, 24. *de reſcript.* Quo fit, ut mandato etiam finito non poſsit ordinarius amplius in eam manus mittere, aut de ea cognoſcere, *cap.licet*, *de offic.legat.cap.ut noſtrum* 56.*de appellationib.* Rota *deciſ.*48.*in fin.de reſcript.in antiquis*, & *deciſ.*1.*de elect. in nobis*, Baldus *in l.ſi ut proponis* 4. *in* 1.*lectur. n.*12.*C.quomodo*, & *quando Judex*, Decius *conſil.*137.*n.*4. Alciatus *conſil.* 48. *hac in attentatorum*, *n.* 9. *lib.* 6. Menochius *de arbitrariis*, *lib.*1.*quæſt.*67.*n.*46. Avendañus *de exeq. mand.*1.*part.cap.*19.*n.*3.*verſ. Tacita ergo*, Gutierrez *lib.*5.*practicarum*, *quæſt.*23. *n.*5.& *quæſt.*24.*n.*13. Bobadilla *lib.*2.*Politicæ*, *cap.*21.*n.*34.59.& 60.ubi refert multos, Scaccia *de ſentent.& re judic.cap.*1.*gloſſ.* 4.*quæſt.*6.*n.*24. Aymon Cravetta *conſ.*21. *n.* 1. *inter conſilia feudalia diverſorum.* (Geminianus *conſ.*47.*n.*1. Joannes de Arnono *ſingulari* 89.Maranta *poſt practicam diſp.*6. *n.*20.& 21. Caballinus *milleloquio* 739. & 740. Magonius *deciſ. Florent.* 90. Caſtillo *deciſ.*42.*n.*6.*lib.*1.) Dictio verò illa, *ſolus*, non excludit judicem ipſum delegatum, qui vice, & nomine Principis reſtituit, ac per conſequens ipſe Princeps reſtituere videtur; ut enim rectè animadvertit Baldus *in dict.cap.ſtuduiſti*, *n.*5.delegati vice Principis funguntur, & poſſunt idem quod ipſe Princeps, quia vices ſuas gerunt, ut dicitur *in d.cap.ſanè quia*, Princeps autem, qui per alium facit, videtur facere per ſe ipſum, *cap. is qui* 12. *de præbendis in ſexto*, notat Gloſſa *in d.l.ultima*, *verb. Reſtitutionem*, & *in d.l.cauſæ*, §.*ultim. verb.pro juriſdictione*, *in fin.ff.de minorib.*& Paulus Caſtrenſis *in d. l.ultim.n.*3. ubi per eum textum notat, ea, quæ facit judex delegatus, cenſeri facta eſſe à delegante. Confirmatur ex textu *in l. item eorum* 6.§.*ſi decuriones*, *ff.quod cujuſque univerſit.nomin.* ubi ſi decuriones dederunt alicui poteſtatem eligendi, qui eligitur vi iſtius poteſtatis, videtur electus ab ordine decurionum, & non ab eo, qui ex commiſsione decurionum elegit, ubi Baldus notat, & Bartolus *in l.unum ex familia*, §. *ſi de falcidia*, *n.*1.*ff.de legat.*2. Decius *conſ.* 443. *n.* 8. Et quod magis eſt ſolutio iſta planè deſcendit ex textu *in d.l.ultim.C.ubi*, & *apud quem*, ubi Juſtinianus ſatisfaciens tacite objectioni, quæ reſultabat adverſus generalem deciſionem illius legis concedentis facultatem delegatis à Principe reſtituendi adverſus ſuas ſententias, ex concluſione *d. l. adverſus*, quod adverſus ſententias delegati à Principe, ſolus Princeps reſtituit, ſubjunxit: *Sancimus non ſolum apud judices pro tribunali hujuſmodi cauſæ cognitionem proponi, ſed etiam apud eos judices, quos Auguſtalis dederit majeſtas, aut noſtræ Reipublicæ adminiſtratores, vel in hac Regia Urbe, vel in Provinciis, ut videatur* (attende, & nota) *ipſe, qui judicem deſtinaverit, utpotè pro tribunali cognoſcens in integrum dare reſtitutionem.* Eandem doctrinam confirmat dicta Gloſſa, ibi: *In verb. Reſtitutionem*, ex textu *in l.& ſi Prætor*, *ff.de offic.ejus cui mandat.eſt juriſd.* Neque verò notum

tum est in jure, ut ea, quæ fiunt à mandatario, censeantur à mandante fieri, imò id regulare est *l. unum ex familia, in princip. & §. 1. ff. de legat. 2.* & ibi Doctores, Felinus *in cap. cum R. canonicus, v. 3. de offic. delegat.* Cardin. Thuscus *litter. A. concl. 154.*

40 Quod vero illa verba, *solus Princeps, in d. l. adversus*, non excludant delegatum, sed solùm Magistratus ordinarios, probat planè ipsius legis contextus. *Adversus sententiam* (ait) *ejus, qui tunc vice Principis judicavit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem, seu Præsidem Provinciæ clarissimum virum flagitare nequaquam poteris: nam adversus ejus sententiam, qui vice Principis cognovit, solus Princeps restituit.* Restitutio igitur ista petita non est coram Delegato, sed coram Prætore, aut Præside Provinciæ, judicibus ordinariis, qui eam concedere non poterant ob rationes *n. præcedenti* allatas. Petita est autem ista restitutio eo tempore, quo commissio delegati, ejusque mandatum finitum erat. Sed quo argumento, quoniam id indicant illa verba, *qui tunc vice Principis judicavit*: nam adverbium, *tunc*, non adjungitur verbo præteriti, nisi ad significandam rem multo ante præteritam, notat Bartolus *in l. tutoribus, n. 1. ff. de testament. tutel.* Cùm igitur casus illius textus præsupponat, finito delegati mandato restitutionem peti, & definiat quæstionem, ubi & apud quem sit petenda restitutio adversus sententiam delegati ejus delegatione finita, mirum non est, textum dicere à solo Principe posse concedi, siquidem eo casu non à delegato, quia commissio ejus finita erat, ac per consequens ejus jurisdictio cessaverat, neque ab ordinario, quia minore concedi potest. Reliquum est igitur, ut solus Princeps possit eam indulgere. Aliter respondissent Imperatores si restitutio petita esset coram delegato ipso, qui judicaverat jurisdictione ejus durante. Ita fit, ut non sit necessarium recurrere ad solutionem Glossæ *in d. l. adversus, verb. solus*, quæ credidit legem illam corrigi, *à l. ultima, C. ubi, & apud quem*, quæ disertis verbis sine ulla limitatione concesit facultatem restituendi judicibus à Principe delegatis.

41 Fundamenta autem secundæ sententiæ non faciunt contra nostram resolutionem: nam licèt verum sit judices delegatos à Principe facultatem habere restituendi adversus suas sententias, sicut & ordinarios, quod attinet ad naturam suæ jurisdictionis, id tamen intelligendum est, datis terminis habilibus, quemadmodum intelligitur in quavis dispositione, & conclusione juris, *l. qui testamento, in princip ff. de testament. l. dudum C. de contrab. empt. cap. 1. de ætat. & qualit. & ordin. præficiend.* Itaque dum durat jurisdictio delegati à Principe, potest concedere restitutionem adversus suas sententias, juxta textum *in d. l. ultim. C. ubi, & apud quem, & in cap. causa de in integr. restit.* Finita verò jurisdictione expirat hæc facultas, quod in judicibus quoque ordinariis locum habet, ut considerabamus *supra num. 15.*

SUMMA DISPUTATIONIS OCTAVÆ.

1 *IN Regno Castellæ quis sit usus concedendi promissa, & quid eo nomine significetur.*

2 *Administratores patrimonii fiscalis cum vendunt, vel locant res fiscales subhasta, & Decuriones in venditione, vel locatione rerum ad civitates pertinentium, & hæredes cùm vendunt res hæreditarias ad satisfaciendos creditores, possunt promissa concedere.*

3 *In quo consistat difficultas præsentis disputationis.*

4 *Prima sententia affirmativa. In re propria quilibet est moderator, & arbiter. Factum judicis censetur factum partis.*

5 *Secunda sententia negativa.*

Solum potest concedere promissa, qui habet administrationem generalem cum libera.

Judex exequutor circa bona, quæ vendit ex causa judicati, non habet administrationem generalem cum libero.

Administratores publici possunt transigere.

Differt administratio publica, cum mandato cum libera, concessa à lege, vel concessa ab homine. Judex non potest vendere pignora capta in causam judicati, nisi præsenti pecunia.

Pro-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

6 *Promissorum concessio continet gravamen debitoris, spectato futuro eventu, tametsi de præsenti videatur favorabilis.*

Potestas in re aliena tota pendet ex Domini mandato.

Mandati fines diligenter sunt custodiendi.

Negotiatio, qua exponitur res discrimini lucri, aut jactura soli Domino reservatur.

Negotiorum gestor tenetur de damno, & non consequitur lucrum.

7 *Ratio discriminis inter administratores publicos, & judices vendentes pignora.*

8 *Factum judicis censetur factum partis, cum rite, & rectè procedit, non cùm abutitur sua potestate.*

Factum judicis æquiparatur facto partis in venditione judiciali quoad evictionem, non quoad alia.

DISPUTATIO VIII.

Vtrùm Judex pro exequutione sententiæ vendens subhasta pignora debitores capta in causam judicati, possit licitatoribus augentibus pretium, & afferentibus meliorem oblationem promittere pro præmio augmenti, partem pretio rei licitatæ.

1 IN Regno Castellæ, cùm locantur Regii redditus, eorum Administratores eo jure facultatem habent concedendi licitatoribus afferentibus meliorem oblationem partem pretii aucti. Quam partem licitatores pretium subhastationis augentes omnimodo lucrantur: nam sivè ipsis redditus addicantur, tantò minùs solvunt, quantum est illis promissum, sivè post ipsos alius meliorem conditionem offerat, & posteriori licitatori redditus addicantur, ille, velut, partem ab eo debiti pretii solvit anteriori oblatori quantitatem promissi ab Administratore concessam, Hispani *Prometidos* vocant. Quorum concedendorum facultatem tribuit Administratoribus gabellarum, *l.* 22. *tit.* 13. *lib.* 9. *Recop.* & ibi *in l.* 25. declaratur promissum censendum esse partem pretii. Item *in d. l.* 22. statuitur quintam partem ipsiusmet promissæ quantitatis, cedere debere lucro Regis. Estque mirabilis modus augendi licitationis calorem; de quo vide Gutierrez *lib.* 7. *practicarum, de gabellis, quæst.* 151. & 152. ubi etiam quando promissum amittatur, (similis consuetudinis meminit Baldus *cons.* 327. *modus, & forma, vol.* 2. & *cons.* 191. *factum super quo, vol.* 3. Asinius *tract. de executionib.* §. 6. *cap.* 9. Antonius de Mato *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 38. *n.* 13. & eadem in hoc Regno est inviridi observantia.) Eas leges ego sæpius practicavi, dum administrarem Regios redditus gabellarum civitatis Astigitanæ in Bætica Provincia.

2 Eandem facultatem concedendi promissa ad invitandos licitatores habere quoslibet deputatos administrationi patrimonium quorumlibet Principum, testatur Franciscus Lucanus *tract. de Fisco*, 4. *part. n.* 4. *tom.* 12. *tract.* Item hæredes dum vendunt bona hæreditatis ad solvenda debita defuncti, & ejus creditores satisfaciendos, docet Bartolus *in l. ultima*, §. *in computatione, n.* 3. *C. de jure deliberand.* Item Decuriones civitatis dum locant redditus publicos, notat Avendañus *de exequend. mand. part.* 2. *cap.* 12. *n.* 12. *vers. circa quod*, Aviles *in cap.* 22. *Prætorum, in verb. Depujar. n.* 16. Bobadilla *lib.* 5. *Politicæ, cap.* 4. *n.* 60. Azevedus *in d. l.* 22. *n.* 2. *tit.* 13. *lib.* 9. *Recop.* Gutierrez *de gabellis, d. quæst.* 152. *n.* 3.

3 Nunc verò dubitamus, utrùm quod licèt Regiis administratoribus in subhastatione Regiorum reddituum, & Decurionibus in locatione publicorum, liceat circa bona vendita subhasta quibuscumque judicibus sententiam exequutioni mandantibus, ut eo modo augeatur licitationis calor, & rerum venditarum pretium, quod videtur cedere in beneficium debitoris, cujus pignora venduntur.

4 Prima sententia affimat, posse à quovis judice vendente concedi promissa, seu partem pretii rei venditæ, in præmium auctæ oblationis. Hanc amplectitur Escobar *de ratiociniis administratorum*, 1. *part. cap.* 24. *n.* 43. Probatur, quoniam debitor ipse, si venderet pignora, posset ea promis-

missa concedere, cùm in re propria, quilibet sit moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mandati.* Sed factum judicis vendentis pignora capta in causam judicati, censetur factum ipsius debitoris, & illi æquiparatur, *l. si ob causam, C. de evictionibus.* Ergo judex, seu Exequutor vendens, potest promissa concedere.

5 Secunda sententia verior negat, promissa concedi posse à judice vendente subhasta pignora capta in causam judicati ad satisfaciendos creditores. Ita sentit Parladorius *libr. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. 5. part. §. 13. num. 8.* Joannes Hævia Volaño *in Curia Philippica, 2. part. §. 22. num. 3. in fin.* Probatur primò, quia is solùm potest concedere ista promissa, qui habet administrationem generalem, vel cum libera, bonorum, quæ locat, vel vendit, ut colligitur ex traditis à Bartolo, & communiter Doctoribus *in l. à Divo Pio 15. §. sed si emptor, ff. de re judicata.* Sed judex, vel Exequutor non habet administrationem generalem, vel cum libera, pignorum captorum in causam judicati, ad ejus enim officium solum pertinet administrare justitiam in causa exequutionis, circa quam habet mandatum, ut acute adnotavit Jaso *in l. Præses 12. numer. 10. Cod. de transactionibus*, ubi ait Administratores publicos, electos ad gerendum negotia publica civitas, posse transigere, secus si essent electi ad reddendum jus, ut in Potestate. In quam sententiam refert Cynum, Raynerium, Bartolum, & Alexandrum, & singulare dictum Baldi *in l. jusjurandum, quod ex conventione, §. fin. in ultimis verbis, ff. de jurejurand.* ubi ait, si in creatione Potestatis detur ei ampla facultas, & apponantur verba, cum libera, nihil operari, nisi quantum attinet ad jus reddendum. Idem docet Paulus *in l. civitas 27. numer. 1. ff. si certum petatur*, imò & idem Jaso *in leg. Procurator, 7. numer. 2. C. de Procuratoribus*, distinguit administrationem concessam cum mandato cum libera, à lege, vel ab homine, ut concessa illa non possit Administrator alienare, vel transigere, hac verò possit. Ex quo provenit, ut exequutor vendens pignora in causam judicati, capta ad satisfaciendum creditoribus, non possit ea vendere habita fide de pretio, ut posset Procurator generalis cum libera; sed ea debeat necessario vendere præsenti pecunia, ut expressè statuit textus *in dicto §. sed si emptor, versicul. Oportet enim*, ubi notant Bartolus *numer. 2.* Cumanus *numer. 4.* Paulus *in principio*, Imola *in principio, & numer. 20.* Alexander *numer. 3.* Jaso *numer. 4. 6. & 7.* Zasius *numer. 7.* Gratianus *tom. 2. disceptationum forensium, cap. 316. numer. 4. & 5.*

6 Secundò, quia ista promissorum concessio continet speciale præjudicium, & gravamen debitoris domini rei venditæ, vel locatæ, siquidem cum ea lucraturis, qui meliorem oblationem affert, diminuitur pretium venditionis, aut locationis, ex pretio enim deducuntur in lucrum adjectionis, cui sunt concessa, & auferuntur domino rei. Nam quamvis verum sit, spectato eo tempore, quo sit adjectio esse utilem domino rei venditæ promissorum concessionem, quippè cùm qui adjicit sex ob promissionem ducum, spectato tempore adjectionis adjiciat solum quatuor in commodum domini rei venditæ, quod illi utile est, cùm pretium rei suæ eo tempore, sine ullo damno, aut diminutione augeatur: tamen attento futuro eventu ulterioris adjectionis, paratur eidem domino gravamen, & præjudicium, cum pars pretii suæ rei sit convertendum in utilitatem primi adjectoris. At actus omnes, qui continent speciale damnum, aut etiam gravamen, requirunt specialem, & expressam voluntatem ejus, qui passurus est læsionem, neque possunt expediri, sine speciali mandato ejus, sine quo non potest esse legitima potestas, cùm potestas in re aliena tota pendeat ex domini mandato, *d. l. in re mandata, C. mandati*, & ex acto officio geri necesse sit: colligitur ex textu, & ibi Glossa præsertim penultima, & ultima, & Doctoribus *in cap. qui ad agendum, de Procuratoribus in sexto.* Ergo sine speciali commissione, & mandato, vel voluntate domi-

mini, non potest Judex, vel executor promissa concedere in venditione pignorum captorum in causam judicati; non enim debet transcendere fines mandati, qui diligenter sunt custodiendi, *l. diligenter 5. l. si quis pro eo 46. ff. mandat.* facit textus *in l. si pupillor. §. si Prætor, ff. de rebus eor.* cum traditis à Molina *de primog. lib. 4. cap. 5. ex n. 10.* ubi ex illo textu docet facultate data alicui ad vendendum rem aliquam, quam alioqui alienare non liceret, non licere ei eam rem pignori subjicere, & in decreto, aut mandato, non licere quod est minus, cui licet, quod est plus, cùm à forma decreti, aut mandati recedendum non sit. Ita igitur permissa est in causa executionis pignoris capti venditio, ut totum rei pretium in utilitatem debitoris convertatur, & ejus creditorum, quod idem est. Concedens autem promissa exponit se periculo convertendi partem pretii in utilitatem adictoris, quod ei non licet, cùm nemo possit negotiari circa rem alienam, etiamsi aliquid lucretur, exponens eam periculo damni, aut diminutionis. Negotiatio enim periculosa, qua res exponitur dubio discrimini lucri, aut jacturæ, soli domino rei reservatur, aut cui ipse commiserit. Quo fit, ut negotiorum gestor, qui præter domini mandatum administrat, teneatur de damno, & lucrum non consequatur, *l. si negotia 11. ff. de negotiis gestis.*

7 Ex quibus deducitur, cur Administratores Regii patrimonii, aut rerum ad civitates pertinentium, videlicet Decuriones, possunt ista promissa concedere, non verò Judices, aut Executores. Ratio enim disparitatis est, quòd illi cùm habeant à lege administrationem officio annexam, censetur habere mandatum cum libera, ut notant Joannes Lupus *in repet. Rubricæ, de donat. inter, §. 66. n. 29.* Ponte *de potest. Proreg. tit. 4. §. 5. n. 29.* Mandellus *cons. 393. ex n. 2. & 3. vol. 2.* Trentacinq. *libr. 2. variar. de Procuratoribus, resolut. 1. ex n. 1.* Natta *consil. 641. n. 5. tom. 3.* Doctores *in l. Præses 12. C. de transactionibus*, per textum ibi. Judex verò, vel executor non habent potestatem administrandi pignora capta in causam judicari, sed administrandi justitiam, ut planè colligitur ex textu *in l. magis puto, 5. §. si æs alienum, ff. de rebus eorum*, ibi: *Prætori enim non liberum arbitrium datum est distrahendi res pupillares, sed ita demùm si æs alienum immineat.*

8 Argumentum verò prioris sententiæ facili negotio diluitur, si dicamus in primis. in casu, de quo agimus, neque ipsi pignorum domino licere concedere promissa augentibus licitationem. Nam cùm promissa pars pretii sint, & res capta in causam judicati, vendatur ad satisfaciendos creditores, tota quantitas pretii ejusdem rei converti debet in creditorum beneficium, eorumque lucro cedere, & non licet partem ejus creditoribus auferri, & in lucrum licitatorum converti. Quamvis enim in re propria quilibet sit moderator, & arbiter, ita id debet accipi ne tertio præjudicium fiat, & debitoris liberalitas damnum creditoribus afferat. Deinde tunc factum Judicis, censeri factum partis, cùm Judex procedit ritè, & rectè, ut optimè animadvertit Gratianus *tomo 2. disceptat. forensium, cap. 326. n. 7.* (& notaverat Udalricus Zasius *in l. à D. Pio 15. §. sed si emptor, n. 6. post Cumanum, & Jasonem, ff. de re judicat.* & Menochius *de recuperand. possess. remed. 8. n. 44. & 45.*) secus si jurisdictione, & potestate sua abuteretur. Quare non potest efficere, quod posset ipse dominus; non enim potest rem vendere habita fide de pretio, & non præsenti pecunia, ut ex *l. à D. Pio, §. sed si emptor, ff. de re judicat.* & Doctoribus *ibi* notavi *paulò supra num. 5.* neque posset vendere rem minori pretio, quàm justo, aut sine subhastationibus, ut posset dominus efficere. Eatenus autem dumtaxat factum Judicis æquiparatur facto debitoris in venditione pignorum, juxta *dict. l. si ob causam, C. de evictionibus*, ut debitor ex venditione Judicis maneat obligatus ad evictionem, ac si ipse vendidisset, utpotè, qui ex venditione commodum percipiat, cùm in utilitatem ejus totum pretium venditionis convertatur, non tamen ulterius, & quoad alia, ut rectè adnotavit Felicianus *de censibus, tom. 2. libr. 3. cap. 2. n. 14. versiculo, Tertio pro eadem parte.* Atque hæc di-

dicta sint de toto primo titulo, de judicum legitima potestate, & priori tomo totius operis; cui finem imposui Neapoli die Sancti Matthæi Apostoli, Februarii 24. anni 1629. In quo si quæ dicta sint utilia; Deo Optimo Maximo essentia uni, Personis trino, gratiæ habeantur: cujus ope ad hujus operis finem, post multorum annorum spatium, succedentibus sibi plurimis impedimentis,& occupationibus, tandem perventum est: sicubi verò erratum, ut revera sæpius fortasis erratum esse suspicor, ingenii mei imbecillitati tribuatur. Id humanum ingenium suapte natura fert, errores,& ignorantias,nisi divinæ gratiæ radiis,& splendore illustretur. Omnia autem dicta sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ censuræ,& correctioni subjecta sunto, in cujus fide, & sub cujus obedientia vivere me, & moriturum protestor.

☞ Ultra disputationes in præcedenti libro contentas institueramus quasdam alias adjicere, circa difficultates passim occurrentes de legitima Judicum potestate, quæ planè in nostro hoc opere desunt. Sed quoniam neque speramus otium, neque quietem, quousque Dominus tribuat nobis illam requiem sempiternam,quam confidimus per suam gratiam, & misericordiam ob Jesu Christi Domini nostri merita adepturos, noluimus studiosum lectorem ex toto fraudare. Itaque proponemus difficultates, & quæstiones, quas eramus disputaturi, & indicabimus loca, ex quibus possit earum resolutio colligi, ut vel sic totum titulum de legitima Judicum potestate absolvamus, & perficiamus.

DISPUTATIO IX.

Utrum Judex possit cognoscere, an sua sit jurisdictio in qualibet causa?

VIde pro resolutione Canonistas *in cap. super litteris 20. de rescript.* ubi Panormitanus *ex num.* 10. Felinus *ex num.* 28. Glossam *in l. ex quacumque, Scholio 2. ff. si quis in jus vocat. non jerit.* & ibi Doctores, Franciscum Marcum *decis.* 157. *num.* 4. *2. part.* & longam remissionem apud me, *2. tom. tit.* 2. *disput.* 5. *num.* 10.

DISPUTATIO X.

Utrum Judex possit coarctare dilationem legalem?

